EMENDATIONES
IN
SUIDAM
ET
HESYCHIUM,
ET
ALIOS LEXICOGRAPHOS
GRÆCOS.

VOL. I.

SCRIPSIT
JO. TOUP,
ECCLESIÆ CATHED. EX[illegible] PRÆBENDARIUS,
ET ECCLESIÆ S. MARTINI CUM CAPELLA
DE LOO IN AGRO CORNUBIENSI
RECTOR.

OXONII:
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.
MDCCXC.

2

MVSEVM
BRITAN
NICVM

PRÆFATIO.

NOVÆ huic TOUPIANARUM Emendationum Editioni occaſionem dedit Hæredis ejus ac Sororis Filiæ munificentia; cujus dono omnia ejus Adverſaria in manus Academiæ Oxonienſis devenerunt. Inter illa præcipue eminebant Notæ in Suidam et Heſychium. Etenim ſuarum in Suidam Emendationum exemplar jam ex prelo emiſſum iterum evolvebat TOUPIUS, et notis quamplurimis in margine appoſitis (non tam ſparſim quidem illis, quam continua ſerie per totum opus) vel corrigebat quæ antea ſcripſerat, vel

confirmabat, vel augebat. Itaque tam ipſius Authoris Voluntas, et Cura ejus in nonnullis vel corrigendis vel adjiciendis, quam Primæ Partis raritas, quæ apud Bibliopolas vix inveniebatur, novam Editionem efflagitare videbatur. Quod ad hanc ordinandam ſpectat, ſatius fuiſſet fortaſſe notas marginales operi intexuiſſe, et totum Emendationum corpus in unam ſeriem juxta Alphabeti ordinem denuo redegiſſe; quod tamen cum fieri non potuit, niſi refingerentur ſententiæ quædam, et forma operis in nonnullis innovaretur, religio erat Authore jam defuncto perturbare vel immutare quæ ipſe propoſuerat. Maluimus textum ad prioris Editionis formam in omnibus recudere, notas autem quas diximus ſingulas ſuis paginis ſubjicere, ſervatis etiam in illis (quantum fieri potuit in rebus compendioſe ſcriptis) ipſius Toupii verbis.

De

De Heſychianis alia erat Quæſtio. Hoc opus neque in lucem edidit, neque ultimam ei manum impoſuit Cl. Author. Inceptum multis abhinc annis, ut cuivis Autographum inſpicienti facile pateret, etiam ante viſam ab eo Editionem Albertinam, et ante editas ab ipſo in Suidam et alios Emendationes, in quatuor tomos digeſſerat, et ſingulis ſuum Indicem adjunxerat. Notæ breviuſculæ ſunt, et compendioſe ſcriptæ, dilatandæ forſan priuſquam eas publici juris faceret. Voces in quas animadvertebat nullo ordine aut lege ſeligebat, ſed ſuorum ſtudiorum, ut videtur, ductum ſecutus, ab hoc vel illo Authore quem lectitabat ad Heſychium ſe conferebat: ita ut ab una parte Lexici Heſychiani ad aliam pro libitu tranſiliret; nec infrequenter eas ipſas voces, quas prius tractaverat, denuo excutiendas revocaret, corrigendo

do quæ antea poſuerat, vel ulterius proſequendo quæ in dubio reliquerat, et de quibus *quærendum* eſſe pronuntiaverat. Eadem de cauſa factum eſt, quod nonnunquam ſequiorem Authorem citat, ubi potuit ſummæ authoritatis Scriptorem allegare, Q. Calabrum v. g. vice Homeri. Opus ita digeſtum omittebat, viſa fortaſſe Editione Albertina, quæ præoccupaverat non paucas ejus animadverſiones, vel fortaſſe ex eo quod in Suida ſuo ſe magis oblectaretur; nec vero penitus ex manibus abjiciebat; etenim recentiori manu iterum atque iterum vel corrigebat quicquam vel adjiciebat; denique in Marginem iſtius Editionis notas ſuas jam expurgatas transferebat; ſed hanc recenſionem parce et in primo tantum Volumine (cujus etiam magna pars amiſſa eſt) peregit. Opus igitur in noſtras manus devenit, partim rude et imperfectum, partim redundans; alia enim omnino

nino, alia ex parte præoccupaverant, tum Editio Albertina, ut diximus, tum ſui ipſius et aliorum in lucem emiſſæ Criticæ Lucubrationes. Haud dubium eſt, quin ipſe Author totum reformaturus fuerit, reciſis quamplurimis, priuſquam illud typis commiſiſſet. Nobis in alieno opere idem non licuit. Verebamur illud alii refingendum tradere, ne forte ſenſu Authoris parum intellecto, vel TOUPIANA omitterentur aut detorquerentur, vel aliena pro TOUPIANIS venditarentur. Multo minus totum opus rejiciendum eſſe arbitrabamur, in quo certe non deſunt quæ ab aliis intacta pro ſolito ſuo acumine et Græcarum Literarum peritia Cl. Author inveſtigaverit. Nec vero facile reſecandæ erant partes ab aliis præoccupatæ, quæ nonnunquam a ſuo loco ægre divelli poſſunt ſalva operis integritate, neque prorſus uſu carent; cum partim quæ ab aliis excogitata ſunt confirmationem

quandam

quandam habent ex eo quod Toupius in eadem inciderit, partim diverſa forma et modo, vel cum additamento quodam a Toupio proponuntur. Rectius igitur Fidem noſtram expleturi eſſe nobis videbamur, ſi totum opus nulla immutatione facta publici juris faceremus; hæc præmonuiſſe contenti, ne in hoc animadverteret quiſquam tanquam conſummatum et perpolitum opus. Præterea nonnullis haud ingratum fore arbitrabamur, ſi judicii Authoris progreſſum, primas quippe ejus, et plus ſimplici vice renovatas cogitationes coram oculis proponeremus.

Notæ paginis ſubjectæ ex poſtrema ſuarum Emendationum recenſione deſumptæ ſunt, quam inchoaverat, et in margine Editionis Albertinæ deſcribebat: quæ autem ibi exſtabant de novo excogitatæ ad aliarum calcem imprimendas eſſe curavimus.

Denique

DENIQUE ut TOUPIANARUM Animadverſionum in Lexicographos Græcos corpus compleremus, faſciculos quoſdam notarum in J. Pollucem, Harpocrationem, Mœrida Atticiſtam, et Timæi Lexicon Platonicum, ejuſdem fere moduli cum Heſychianis, hanc operis partem recte clauſuros eſſe judicavimus.

APPENDICIS loco ſubjecimus ſummi Viri Thomæ TYRWHITT, haud ita pridem defuncti, breves quaſdam Annotationes in TOUPIANAS Emendationes. Necnon in eaſdem Viri Doctiſſimi Magiſtri Artium in Academia Cantabrigienſi Animadverſiones nonnullas, quas benigne nobiſcum communicavit, nomen autem ſuum non aliter niſi ſignatura ſua appoſita deſignari voluit.

Dabamus ex Ædibus
Clarendonianis,

XXIX Januarii M DCC XC.

JO. TOUPII

EMENDATIONUM

IN

SUIDAM

PARS PRIMA.

OPTIMO PRÆSULI

GEORGIO,

EPISCOPO EXONIENSI;

OB

ECCLESIAM ANGLICANAM

ORE, SCRIPTIS, EXEMPLO,

DEFENSAM, PROMOTAM, ORNATAM;

HAS EMENDATIONES

IN

SUIDAM

EA QUA PAR EST OBSERVANTIA,

D. D. D. C. Q.

AUCTOR.

PRÆFATIO AUCTORIS

AD

PARTEM PRIMAM.

LECTORI ERUDITO S.

HABES, Erudite Lector, notas noſtras atque emendationes in Suidam, quas ex margine libri, cui olim adſcripſeram, magnam partem depromptas, hic tecum communicatas volui. Eſt autem Suidas Lexicographorum omnium in ſuo genere longe utiliſſimus, et ſine cujus ſubſidio, nihil quidquam, mihi crede, in Græcis profeceris. Et tamen quantus eſt hodie hominum proventus, qui ſe Græcos, ſi diis placet, profitentur, cum Suidam ne ſemel quidem unquam inſpexerint. Hunc auctorem ante

annos quinquaginta Cantabrigiæ edidit Ludolphus Kuſterus, vir Græcæ linguæ peritiſſimus, et doctrinæ et ingenii laude celeberrimus; qui egregiam ſane operam noſtro Lexicographo navavit, et majorem ſine dubio navaſſet, ſi per anguſtias temporis licuiſſet. Feſtinabat enim non lente vir doctiſſimus. Quare nihil mirum, ſi in nonnullis minus accurate ſe geſſerit. Kuſteri autem notas hic illic meis inſerui; quo pacto cum majore fructu ſimul et voluptate utræque legentur. Uno enim oculorum conjectu, quid ego et ille præſtiterimus, videbis. Eſt autem Suidas, ſi quis alius, caute et cum judicio tractandus, et minime quidem ſollicitandus, niſi locum inveneris, ad quem reſpexerit. Conſtat enim, ut plurimum, ex ſcholiis et veterum ſcriptorum fragmentis, præclaris quidem iis, hinc inde corraſis et convaſatis, quæ niſi in promptu habeas, quod non cujuſvis eſt, nec pro cujuſvis otio, fruſtra equidem et non ſine periculo ad ingenii vires confugeris. Quod ſi nova Editio hujus ſcriptoris procuretur, (quod quidem haud ſperaverim, iſta præſertim tempeſtate,

tate, qua literæ atque adeo literati frigent) polliceri auſim multo auctiorem noſtrum atque emendatiorem ex accurata Codd. MSS. Pariſienſium et Lugd. Bat. cum Editione Mediolanenſi collatione proditurum. Quæ quidem Editio nobis uſui nonnulli atque adminiculo ad rem noſtram fuit. Atque hæc hactenus. Reliquæ autem emendationes, cum Longino noſtro, qui jam geſtit exire, ſi Deus vitam vireſque dederit, ſuo tempore ſequentur. Vale.

EMENDATIONES IN SUIDAM.

ΑΒΕΛΤΕΡΟΣ. Ἀνόητος. Ἀσύνετος.—Λέγουσι δὲ καὶ ἀβελτήριον, τὴν ἀβελτηρίαν. Ἀλεξανδρίδης Ἑλένῃ. PARS I.

Ἄγκυρα, λέμβος, σκεῦος ὅτι βάλει λέγε.
Ὦ Ἡράκλεις ἀβελτηρίᾳ τεμενικῇ.]

Alexandridem iſtum laudat etiam Suidas infra v. Ἀρεοπαγίτης. Sed perperam. Scribendum enim utrobique Ἀναξανδρίδης. Alius fuit Anaxandrides, alius Alexandrides. Hic Delphis oriundus, patriam hiſtoriam ornavit; ille Rhodius, Comicus, fabulis ſuis celeberrimus. De utroque accuratiſſime diſſeruit ὁ πάνυ Hemſterhuſius ad Ariſtophanis *Plutum*. Vide et magnum Caſaubonum ad Athenæum, (c) qui plurimas ejus fabulas memorat. Solus autem, quod ſciam, Anaxandridæ *Helenam* laudat Suidas. Vocem vero iſtam ἀβελτηρία ſive ἀβελτήριον nunc per ε, nunc per η ſcribunt. Utramque ſcripturam agnoſcere

Meurſius.

(c) VI. 15. p. 456.

PARS I. agnoscere videtur Etymol. M. Ἀβελτερία, Καὶ τροπῇ τοῦ ε εἰς η ἀβελτηρίη, ἀνοησία, μωρία. Sed scriptura unice vera ex poetis petenda est. Percommode igitur accidit, quod hoc fragmentum Anaxandridæ nobis conservarit Suidas, ubi, ut ἀβελτερίᾳ scribatur, omnino postulat metrum. Quocum facit et vocis analogia. Ab ἀβέλτερος enim fluit ἀβελτερία, non ἀβελτηρία. Et sic quoque recte Lex. Vet. in Bibl. Coislin. apud Montfaucon. pag. 469. Ἀβελτερία, ἀνοησία. Sed et aliud hic est, quod manum medicam implorat, et peritam quidem. Quid enim illud monstri, τεμενικῆ? Emendabat Æmilius Portus, vir in hisce literis non admodum felix:

——— ἀβελτερίᾳ τὲ μανικῆ.

Atqui illud τὲ plane importunum est. Deinde τὸ μανικῆ hoc incommodo laborat, quod primam semper corripiat. Quo pacto Pyrrichius erit in quinta sede, quem metrum Iambicum aspernatur. Quid multa? Nos veram atque elegantissimam lectionem, vix literula mutata, exsculpsimus:

Ἄγκυρα, λέμβος, σκεῦος ὅ, τι βάλει λέγε.
Ὦ Ἡράκλεις, ΑΒΕΛΤΕΡΙΟΥ Γ ΕΛΛΗΝΙΚΟΥ.*
O Hercules, Quæ Græcorum amentia est!

saltem legend. τὰ Ἑλληνικῆ articulo duplicato, ut in Av. Arist. V. 224. in Not. pag. sequent.

* Apud Dio. Chrysost. p. 479. Edit. Lutet. 1604. habes ΕΛΛΗΝΙΚΑ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΑ, et in v. Πνεύματικον apud Suidam ΦΛΥΑΡΙΑ ΕΛΛΗΝΙΚΗ.

Priorem

Priorem verſum inepte reddunt: *Anchora, lembus, vas quodcunque vis, dic.* Non intellexerunt interpretes quid ſit σκεῦος. Eſt autem σκεῦος, *Inſtrumentum nauticum*, ſive quicquid denique eſt uſui ad armandas naves. *Armamenta* vocant Latini. Demoſthenes περὶ παραπρεσβείας pag. 145. Ed. nov. Τί δὲ; ὐ τριήρεις τριακόσιαι, Καὶ ΣΚΕΥΗ ταύταις, καὶ χρήμαθ' ὑμῖν περίεςι, καὶ περιέςαι διὰ τὴν εἰρήνην; Ælian. var. hiſt. vi. 12. ΣΚΕΥΗ δὲ εἶχεν ἕτοιμα ναυσὶν ἄλλαις πεντακοσίαις. Heſych. Ἄγκυρα, τὸ ναυτικὸν ΣΚΕΥΟΣ. Sed oratio nondum integra eſt. Deſideratur enim, ſi quid judico, articulus, qui ad hanc Comici ſermonis formulam plane neceſſarius videtur. Ariſtoph. Av. ver. 1131.*

——— ὦ Πόσειδον, ΤΟΥ μάκρυς.

Idem in Pac. ver. 237.

Ὦ ναξ Ἄπολλον, τῆς θυείας ΤΟΥ πλάτυς.

Idem in Nub. ver. 153.

Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, ΤΗΣ λεπτότητος τῶν φρενῶν.

Et ver. 816.

Ἰδὺ γ', ἰδὺ, Δί' Ὀλύμπιον. ΤΗΣ μωρίας.

Quare minime dubitandum eſt, quin ita ſcripſerit Anaxandrides:

Ὦ Ἡράκλεις, Τ' ΑΒΕΛΤΕΡΙΟΥ γ' ἑλληνικῦ. τὺλληνικῦ.

---

* Idem in Av. ver. 224.

Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, ΤΟΥ φθέγματος τὐρνιθίυ.

Τἀβελ-

PARS I. Τἀβελτερίᾳ more Atticorum pro τῇ ἀβελτερίᾳ, ut τἀνδρὸς, τἀνθρώπῳ, τἀληθῆς, τἀργυρίᾳ, pro τῇ ἀνδρὸς, τῇ ἀνθρώπῳ, τῇ ἀληθῆς, τῇ ἀργυρίᾳ. Decerptus autem eſt hic locus, ut docet Suidas, ex Anaxandridæ *Helena*; cujus proinde ſenſus, quem nemo perſpexit, iſtiuſmodi eſſe videtur. *Anchora, lembus præſto ſunt; apparatum denique quemcunque vis, indica. O Hercules! Vide quam inepti et amentes ſint Græci, qui tantum bellum unius fœminæ gratia ſuſceperint.* Quibus tacite et more comico ridet illud Homeri Il. Γ. 156.

Οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιὰς
Τοιῆδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.

Illud autem γε, quod inſeruimus, cum ad metrum, tum ad ſenſum loci atque elegantiam facit.

Porſon. IV. 440.

ΑΒΡΟΣ ΛΕΙΜΩΝ. Καινότερος καὶ εὐθαλής.] "Vocem hanc (καινότερος) ſuſpectam habeo, "quare eam in verſione non expreſſi." *Kuſter.* Legendum, καὶ νοτερὸς καὶ εὐθαλής. Quod et vidit doctiſſimus Marklandus ad Lyſiam. Locus Scriptoris, quem reſpexit Suidas, auctior et emendatior legitur in ver. Ἐρύθημα. Ἄνθος προσώπῳ ἐπιφυόμενον, οἷον ὅδε ἐς ΛΕΙΜΩΝ ΝΟΤΕΡΟΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΒΡΟΣ ΚΑΙ ΕΥΘΑΛΗΣ τεκεῖν ὑπὸ δρόσῳ ἐαρινῇ οἶδεν. Ita recte Edit. Mediolan.+ Vulgo male: ἁβρὸς καὶ εὐτελής.

+ Ευθαλης etiam Ed. Aldin. Porſon. IV. 435. ΑΒΡΟ- Sic legit Kuſter ad S. V. Ερύθημα, praſt. Kuhn. in Aelian. V. H. XIII. 1.

ΑΒΡΟΤΕΡΟΝ. Ἀλλ' ἁβρότερον αὐτῶν εἶχον, καὶ Συβάριδος μεσοὶ ἦσαν. *Sed delicatius ipſis vivebant, et lautioribus epulis pleni erant.*] " Verti, *lau-* " *tioribus epulis*, ſecutus auctoritatem Heſychii, " qui Σύβαριν, πολυτελῆ τροφὴν interpretatur." *Kuſter.* Fecit quod potuit vir doctiſſimus; ſed cum locum neſciret, unde hæc verba Suidas deprompſerit, ab eorum mente plurimum aberravit. Deprompta autem ſunt ex Philoſtrato in vit. Apollon. iv. 27. Λακωνικὸν δὲ ἀδὲν περὶ αὐτοὺς ἐφαίνετο, ἀλλ' ἁβρότερον αὐτῶν εἶχον, καὶ Συβάριδος μεσοὶ ἦσαν. Scribe, αὐτῶν εἶχον, atque ita verte: *Laconici vero moris nihil in eis apparebat, verum delicatius ſe gerebant, et mollitie, haud ſecus ac Sybaritæ, diffluebant.* Σύβαρις de luxu ſive mollitie, cum in victu, tum in cultu, dicitur. Quo poſtremo ſenſu hic uſurpatur. PARS I.

ΑΓΑΜΑΙ ΚΑΡΔΙΑΣ. Ἀττικῶς, ἀντὶ τῦ θαυμάζω.] Decerptus eſt hic locus ex Ariſtoph. Acharn. ver. 487. ubi legitur:

Τόλμησον, ἴθι, χώρησον· ἄγαμαι καρδίας.

Vir doctiſſimus, qui in Ariſtophanem non ita pridem ſcripſit, legendum contendit: ἄγ' ἐμὴ καρδία. Quod quidem ſatis ingenioſum eſt. Sed refragatur Suidæ auctoritas. Quod non animadvertit vir optimus. Quid quod ita locutus eſt Comicus Av. ver. 1742.

Ἐχάρην ὕμνοις, ἐχάρην ᾠδαῖς.

ΑΓΑΜΑΙ ΔΕ ΛΟΓΩΝ.

Item

PARS I.

Item Eurip. in Rheſo, ver 245.

ΑΓΑΜΑΙ ΛΗΜΑΤΟΣ.*

Feſtive autem ſibi atque animo ſuo adplaudit homo facetiſſimus. Τόλμησον, ἴθι, χώρησον· *Be bold, go on.* Ἄγαμαι καρδίας· *I commend my valour. What a heart I have!*

ΑΓΟΡΑΣΑΙ —— Ἐιλήφθω δὲ ὁμῶς Ἀριςοφάνους ἐξ Αἰολοσίκωνος.

Ἀλλ' ἄνυσον, ȣ̓ μέλλειν ἐχρῆν. Ὡς ἀγοράσω
Ἁπαξάπανθ' ὅσα κελεύεις, ὦ γύναι.]

Verſus poſterior laborat. Corrigo,

Ἁπαξάπανθ' ΟΠΟΣΑ κελεύεις, ὦ γύναι.

Quod verum eſt.+ Voces enim iſtæ ὅσα et ὁπόσα ſæpiſſime commutantur. Locus ita eſt interpretandus:

Sed feſtina. Haud cunctandi tempus eſt.
Ego vero curabo
Ut omnia, quæ jubes, empta tibi ſint, mulier.

Ariſtophanis autem *Æoloſiconem* præter alios ſæpius laudat Athenæus, qui et Ἀιολοσίκωνος δευτέρου ſive poſterioris meminit. lib. ix. p. 372.

Αριςοφάνης Ἀιολοσίκωνι δευτέρῳ.
———————— τῶν δὲ γηθύων
Ῥίζας ἐχȣ́σας σκοροδόμητον φύσιν.

---

* Item Malchus in Excerptis editis ab Hœſkelio: Τὸ τὲ σῶφρον τȣ̃ βίȣ θαύμασας, ϗ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΗΓΑΣΘΗ.

Ubi

+ Ὁποσα pro Ὅσα probare non poſſum. Ὁποσας ſimiliter pro Ὅσας Menandro obtrudit, Ep. Crit. p. 456. Sed hic legendum arbitror, ὅσ' αν κελευῃς, (ut apud Ariſtoph. Nub. 806. — παντα δραν ὅσ' αν κελευῃς) illic, Δικαιος ων απεδωχ' ὅσας αν καταβαλω. Porſon. IV. p. 434.

Ubi corrigit Caſaubonus, nulla metri ratione habita, σκοροδόνητον vel σκοροδόδμητον. Sed vera lectio proculdubio eſt, σκοροδομίμητον φύσιν.* *Quæ allii naturam præ ſe ferunt.* Idem lib. iii. p. 112. Ἀριſτοφάνης ἐν Γηρυλάδῃ καὶ Ἀιολοσίκωνι διὰ τούτων. PARS I.

Ἦκω Θεαρίων, ὡς ἀρτοπώλιον λιπὼν
Ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἐδώδια ——

Emendat vir magnus:

Ἦκω Θεαρίων ἀρτοπώλιον λιπὼν

Atqui Θεαρίων ſecundam producit. Quo fit ut verſus una ſyllaba ſit longior. Antiphanes modo ſupra apud Athenæum:

Μίμημα χειρὸς Ἀτ̣τικῆς, ἃς δὴ γοναῖς
Θεαρίων ἔδειξε ————

Ubi obiter ſcribendum:

———— ἃς δὴ ΜΟΝΟΣ
ΘΕΑΡΙΩΝ ἔδειξε † ————

Ariſtophanis autem locus ita certo certius refingendus eſt:

Ἦκω ΘΕΑΡΙΩΝΟΣ ἀρτοπώλιον
Λιπὼν, ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἐδώδια. ‡
Adſum, relicta Thearionis piſtoria taberna.

---

* Athenæus lib. x. p. 418. habet e Philetæri Lampadophoris, Θετταλότμητον κρίας. Forſan igitur hic legendum eſt: ΣΚΟΡΟΔΟΤΜΗΤΟΝ ΤΗΝ ΦΥΣΙΝ. Hoc rectum.

† Ita Suidas v. Μασανάσσης. Πρῶτος κὴ ΜΟΝΟΣ ὑπέδειξεν.

‡ Legendum: ΕΔΩΛΙΑ. Vide nos ad hanc vocem apud *Criticam Epiſtolam.*

Reſ-

PARS I. Reſpexit pro more Comicus ad Euripidis Hecubam.

ΗΚΩ νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότιʋ πύλας
ΛΙΠΩΝ, ΙΝ ἀΐδης χωρὶς ὤκισαι θεῶν

Erat autem iſte Thearion opere piſtorio celeberrimus, ut ex Platone in Gorgia liquet. Ejus meminere etiam Ariſtides, Themiſtius, Suidas. Quin et nonnulla ex Ariſtophanis Æoliſicone leguntur apud Pollucem ix. 63. Ἔστι δὲ καὶ τὸ διώβολον ἐν Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνης, Ὅπερ λοιπὸν μόνον ἦν ἐν τῇ γνάθῳ διώβολον γένηταί μοι. Quæ vide quam perite concinnaverint, vel potius confoderint viri eruditi:

——————Ὅπερ λοιπὸν μόνον
Ἐν τῇ γνάθῳ διώβολον γένηταί μοι.

Ubi Spondeus in ſexto loco, ut aper in fluctibus, natura repugnante ſtare nequit. Tu repone, me fidejuſſore:

———Ὅπερ ἦν λοιπὸν μόνον
Ἐν τῇ γνάθῳ διώβολόν μοι γίνεται.*

---

* Eadem locutione uſus eſt Plutarchus in Ageſilao p. 380. Edit. Bryani: Χρυσία μοι γενέσθαι. Quem ad locum Moſes Du Soul: "Abſurde vertunt omnes, Ageſilaumque alterum ab "oculis Midam faciunt: Verti debet—*Quam meum eſſe quic-*"*quid auri a me unquam eſt viſum*—Sic γενέσθαι μοι uſurpat "Lucianus, Thucydides, aliique: Ille initio ſtatim *Somnii* "et in Tox. το ΓΙΝΟΜΕΝΟΝ, pro *lucro* uſurpans aut *quæſtu*. "Thucydides autem vi. 54. his verbis: ΓΙΝΕΤΑΙ τῷ Θεῷ τὸ "ἀργυριον."

Unicu

Unicus reſtat mihi diobolus, qui in maxilla erat. Nihil facilius aut elegantius. Vide nos infra ad ver. Ἐνέκαψα. Pollux. x. 116. Ἐν δὲ τῷ Ἀριſτοφάνους Ἀιολοσίκωνι, καὶ διαſίλβοντ' ὁρῶμεν, ὥσπερ ἐν κενῷ λυχνέχῳ πάντα τῆς ἐξωμίδος. Ubi recte viderunt viri docti, legendum, ἐν καινῷ λυχνέχῳ. Sed metrum non conſtat. Priori enim verſiculo caput turpiſſime deminutum eſt. Nos autem ut inſpeximus, ita hæc corrigenda atque digerenda eſſe vidimus : PARS I.

(1) Κἀγὼ διαſίλβοντ' ὁρῶ μὲν, ὥσπερ ἐν
Καινῷ λυχνέχῳ, πάντα τῆς ἐξωμίδος.

Neſcierunt interpretes quid ſit, διαſίλβειν τῆς ἐξωμίδος. Quod miror. Græca ita ſunt vertenda : *Et video quidem omnia per exomidem, ut in nova laterna, pellucentia.* Verba ſunt nebulonis de muliercula, quæ, quod venale habebat, lubenter oſtendebat. Cæterum de fabula iſta Ariſtophanis,* quæ inter elegantiſſimas erat, legendus omnino Platonius περὶ κωμῳδιῶν διαφορᾶς, ubi nonnulla ſunt, quæ haud alibi temere reperias.

---

* Liban. Epiſt. 420. Καὶ φρονεῖ μὲν μεῖζον Ἀλκιβίαδου, ποιεῖ δὲ τὰ ΣΙΚΩΝΟΣ· ubi alluſit ad hanc fabulam, neſciente Wolfio. "*Sicon* proprium eſt viri nomen ; quod qui cenſent mutandum "in *Sicyon*, errant. Inde eſt Æoloſicon Ariſtophanis fabulæ "titulus." Hæc Caſaubonus ad Athenæum ix. 6.

PARS I.

ΑΓΚΗ ΚΑΙ ΑΓΚΕΑ.——ἐν Ἐπιγράμματι·
Θηροβολεῖ τούτῳ δ' ἄγκεσι θηροτόκοις.]

Decerptus eſt hic Pentameter ex Epigrammate in Antholog. lib. vi. p. 567. Edit. H. STEPHANI, ubi tamen legitur:

Δικτυβολεῖ τούτῳ δ' ἄγκεσι θηροτόκοις.

Sed de vera ac genuina hujus verſiculi lectione haud facile determinari poteſt; quia Hexameter, qui præcedere debuerat, intercidit.

ΑΓΡΙΟΤΗΣ. Ὁρμὴ.—Θαυμαστὴ γάρ τις κίνησις, ὡς ἔοικε, τἀνθρώπου πρὸς τοῦτο τὸ μέρος. Ἀγριότης, ἐπὶ φιλαργυρίας.] Fragmentum iſtud ſcriptoris incerti, quod hic adfert Lexicographus, nihil omnino facit ad vocem Ἀγριότης. Sed hoc non Suidæ, opinor, ſed librarii alicujus facinus eſt cenſendum. Quare ut et caput et pes, ut ait ille, uni reddatur formæ, ita legendus et diſtinguendus eſt iſte locus: Θαυμαστὴ γάρ τις κίνησις, ὡς ἔοικε, τἀνθρώπου πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ΚΑΙ ΑΓΡΙΟΤΗΣ. *Mirus enim quidam motus atque impetus, ut videtur, hujus hominis fuit ad hanc rem.* Quæ autem ſequuntur, Ἐπὶ φιλαργυρίας, ſunt verba Suidæ. Cæterum hoc fragmentum Polybio adſignandum eſſe puto, qui ita loquitur in Excerptis a Valeſio editis, p. 21. Ὥστε καὶ τὸν ἴδιον οἶκον ἐσφαλκέναι τὸ καθ' αὑτὸν διὰ τὴν ΠΡΟΣ ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΜΕΡΟΣ ὁρμὴν καὶ προστασίαν.*

εοικε, κὴ τἀν. π. τ. τ. μ. ἀγριότης. καὶ in præcedenti -κε absorpt.

* Vide et p. 146. Ἐξ ὧν εἴποι τὶς ἂν καταλελύσθαι τὴν δόξαν τῶν θαυμαζομένων παρὰ τοῖς Ἕλλησι περὶ ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΜΕΡΟΣ ἀνδρῶν.

ἈΓΡΟ-

ἈΓΡΟΝΟΜΟΙ. Οἱ ἐν ἀγροῖς διάγοντες.

Ἠχήεις τέτλιξ δροσεραῖς καγόνεσσι μεθυσθεὶς
Ἀγρονόμων μέλπει μῶσαν ἐρημολάλον.]

Ita quoque legitur Antholog. lib. iii. p. 381. Sed male. Scribendum enim ἐρημολάλος, ut ad cicadam referatur, quæ vere ἐρημολάλος sive *in solitudine loquax* est. Hinc etiam Φιλέρημος audit in Epigrammate.

Τίπτε με ΤΟΝ ΦΙΛΕΡΗΜΟΝ ἀναιδὲϊ ποιμένες ἄγρῃ
ΤΕΤΤΙΓΑ δροσερῶν ἕλκετ' ἀπ' ἀκρεμόνων.

ΑΔΡΑΝΕΣ. Ἀσθενές. Καὶ Ἀδρανία διὰ τοῦ ἰ, ἀδυναμία, ἀσθένεια. Ἐν Ἐπιγράμματι·

——— ἐπεὶ παρενήξατο τὸ πλεῦν
Ἦβης, ἐκ γήρως δ' ἀδρανίῃ δέδεται.]

" Est pars Epigrammatis, quod quia nondum " a quoquam editum esse memini, integrum " ex Anthologiæ MS. hic exhibebo:

Ἀσεμφῆ παδάγρην, καὶ δένακας ἀιθυκτῆρας,
Καὶ λίνα, καὶ γυρὸν τοῦτο λαγωοβόλον,
Ἰσθόκην, καὶ τοῦτον ἐπ' ὄρτυγι τέρανθέντα
Αὐλὸν, καὶ πλωτῶν εὐπλεκὲς ἀμφίβολον,
Ἑρμείῃ Σώσιππος, ἐπεὶ παρενήξατο τὸ πλεῦν
Ἦβης, ἐκ γήρως δ' ἀδρανίῃ δέδεται.

" In ultimo disticho mihi non placet illud, τὸ " πλεῦν ἦβης, quoniam non convenit de sene " dicere, eum majorem partem pubertatis

PARS I.

"præteriisse, cum totam utique pubertatem "excessisse necesse sit eum, qui tali nomine "appellandus est. Quare alii, quibus plus "otii est, videant, quomodo loci illius sensui "consuli possit." *Kuster*. At nos nullo negotio et loci sensui consuluimus, et veram lectionem restituimus:

Sic edidit Brunck, in Analect. Vol. I. p. 223. inter Epigr. Leonidæ Tarentini.

——— ἐπεὶ παρενήξατο ΤΟΝ ΠΛΟΥΝ
Ἥβης ———

Cum peregisset cursum juventutis. Quod vel verbum παρενήξατο satis evicerit.* Epigram. apud Suid. v. Διαπλώσας, et Antholog. lib. iii. p. 399.

——— ὦ σὺν ἀοιδᾷ
Πάντα ΔΙΑΠΛΩΣΑΣ καὶ σὺν ἔρωτι ΒΙΟΝ †

ΑΕΙ ΤΟΙΣ ΕΡΩΣΙ ΣΥΝΕΣΜΕΝ.] Ex Aristoph. Av. ver. 705. ubi invito metro circumfertur:

Porson. IV. 436.

Πολλοῖς δῆλον· πετόμεθα γὰρ, καὶ τοῖσιν ἐρῶσι σύνεσμεν.

Est versus Anapæsticus Aristophaneus, sed cui semipes desit ad metrum sustentandum. Erro-

* Vide Schol. ad Pind. p. 58. Olymp. VI. sub fin. Πάρεχε τῷ Ἀγησιᾳ εὐθὺν ΠΛΟΥΝ καὶ ἄκμητον, ὃν ἔντε εὐθημιᾳ καὶ εὐδαιμονίᾳ ὄντα πάρεσχες, ΔΙΑΝΗΞΑΣΘΑΙ ΤΟΝ ΒΙΟΝ.

† Ita locutus est Plato apud Phædonem p. 229. Edit. Forster.—Ἐπὶ τούτου ὀχούμενον, ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας, κινδύνευοντα ΔΙΑΠΛΕΥΣΑΙ ΤΟΝ ΒΙΟΝ.——Vide et Cl. Wesseling. ad Herodot. V. 321. p. 422.

rem

* Quem citat Wessel. ad locum Herodoti, infr. laudatum. (ρ)

† Quem citat Wesseling ad locum laudatum Herodoti in Phædro

(ρ) Herodotus V. 63. διεπλέξαντες τὸν βίον εὖ. placidè vitam exspiravit. et IV. c. ult. οὐκ εὖ τὴν ζοην κατέπλεξε, malè vitam finivit. Apud alios Διαπλέκειν τὸν βίον significat vitam agere.

(i) In hujusmodi Anapæstis Proceleusmaticus non admittebatur, ubi προσχελὲ occurrit, mutandum in προόχελε. Conf. Bentl. in Phal. 575. Editiones ante Kusterum πελορεσσα. Reske Brunckius: — πελορεσσα τε γαρ — Kusterianam ex auctorit. Suidæ recipiebat — πελωρεσσ' ασι. Porson. 436. Gaisford

rem vidit Kusterus, sed minus dextre sustulit. Optime succurrit Suidas, absque quo fuisset, in tenebris perpetuo micaremus. Repono certissime: PARS I.

Πολλοῖς δῆλον· πετόμεθα γὰρ ΑΕΙ, καὶ τοῖσιν ἐρῶσι σύνεσμεν.

Ubi tertiam sedem occupat Proceleusmaticus, qui Anapæsto ἰσόχρονος est. (i)

ΑΘΡΗΝΗ. Εἶδος μελίσσης.—Ἀθρήνιον. Ὁ μυσῶν τόπος.] Voces istæ ἀθρήνη et ἀθρήνιον nauci non sunt. Nec melius Kusterus Ἀθήναιον pro Ἀθρήνιον legendum putat. Reponendum sine dubio: Ἀνθρήνη, εἶδος μελίσσης. Ἀνθρήνιον, ὁ μελισσῶν τόπος. Schol. ad Aristoph. Vesp. ver. 1075. Ἀνθρήνια, νῦν μὲν τὰ τῶν σφηκῶν κηρία. Κυρίως δὲ τὰ τῶν ἀνθρηνῶν σμήνη. Ἀνθρήνας δὲ, οἱ μὲν τὰς μελίσσας· οἱ δὲ ἕτερον ζῶον κηροποιὸν ὅμοιον σφηκί. ΟΙ ΔΕ ΤΟΥΣ ΤΟΠΟΥΣ ΟΠΟΥ ΚΑΤΟΙΚΟΥΣΙΝ ΟΙ ΣΦΗΚΕΣ. † Ubi notanda illa, οἱ δὲ τὰς τόπους. Nempe confundit homo imperitus voces, ἀνθρήνας et ἀνθρήνια. Id quod fecit etiam Schol. ad Nicand. Alexiph. ver. 545. Τενθρήνη, εἶδος μελίσσης, ἢ ὅπου αἱ μελίσσαι διατρίβουσι. Rectissime autem distinxit Suidas. Quo-

† Vide Cl. Pauw in Philen, p. 86. ad hunc locum Scholiastæ, quem male sollicitat vir magnus.

cum

× Ex ipso Sophocle, ut videtur. Porson. 437.

PARS I.

cum facit Hesychius: Ἀνθρήνη, εἶδος μελίσσης. Ἀνθρήνιον, τὸ τῶν μελισσῶν πλάσμα. Confer etiam Suid. v. Ἀνθρήνη. Notandum autem ἀνθρήνια tum *favos*, tum *alvearia* significare. Quod ex Hesychio et modo laudato Scholiasta liquet. Hinc ἀνθρηνιώδης Plutarcho in Quæst. Nat. p. 917. *favi ad instar cellulis distinctus.* Ὁ δὲ πολύπους τήντε σάρκα προσιδεῖν αὐτόθεν ΑΝΘΡΗΝΙΩΔΗΣ καὶ πολύπορος.* Hæc scripseram, et vere, opinor, scripseram; cum ecce aliud agens ipsissimum locum reperi, quo respexit Suidas; si modo μουσῶν τόπος scripserit; quod quidem affirmare nolo. Est autem apud Philostrat. Icon. in Sophocle. Ἦπου τις καὶ ἀναφθέγξεται μικρὸν ὕστερον ἐπί σοι, ΜΟΥΣΩΝ ΕΥΚΟΛΩΝ ΑΝΘΡΗΝΙΟΝ. Quæ postrema verba

Locum Suidæ non præter-misit Olearius. p. 884. n. 6.

——— Μουσῶν εὐκόλων ἀνθρήνιον

ex Iambographo aliquo× deprompta, posteriorem partem senarii constituunt.

ΑΚΜΗΝΟΣ. Ἄγευστος.—Ἄκμηνος δόρποιο.] Fragmentum hoc, Ἄκμηνος δόρποιο, decerpsit

---

* Latine: *multicavatus* et *multicavus*. Ut apud Varr. de Re Rusticâ III. 16. ubi agitur de apibus: "Favus est, quem fingunt *multicavatum* e cera, cum singula cava sena latera habeant, quot singulis pedes dedit Natura."—Et apud Ovid. Met. viii. 561.

Pumice *multicavo*, nec levibus atria tophis
Structa subit ——

Suidas

Suidas ex Hom. Il. T. 163. Ubi tamen legitur, Ἄκμηνος σίτοιο. PARS I.

Οὐ γὰρ ἀνὴρ πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
ΑΚΜΗΝΟΣ ΣΙΤΟΙΟ δυνήσεται ἄντα μάχεσθαι.

Ubi Schol. Ἄκμηνος, ἄγευστος. Vox occurrit etiam apud Lycophronem, Nicandrum, Apollon. Rhodium, alios.

ΑΚΟΛΑΣΤΟΝ. Ἀκρατῆ. Θρασύν.—Ἀκόλαστον καὶ ὑβριστικὸν πρᾶγμα, ἢ ἄνθρωπος.] "Locus hic "turbatus mihi videtur; quem sic in ordinem "redigendum puto: Ἀκόλαστον, ἀκρατῆ, θρασὺν, "καὶ ὑβριστικόν. Ἀκόλαστον πρᾶγμα, ἢ ἄνθρωπος. "Hunc ordinem in versione secutus sum. "Quod si vero pro ἢ ἄνθρωπος legendum "quis censeat ὁ ἄνθρωπος, (ut in codice quo-"dam MS. legi Pearsonius ad hunc locum "notavit) nihil mutandum, et locus iste sic "vertendus est: *Petulans et injuriosum animal* "*est homo.*" *Kuster.* Quod ad hunc locum commentus est vir doctissimus, longe ineptissimum est. Quod vero exhibet MS. ὁ ἄνθρωπος, non est quidem contemnendum. Sed leniori medicina res restituenda est. Repone: Ἀκόλαστον καὶ ὑβριστικὸν πρᾶγμα ἡ ἄνθρωπος. *Libidinosa et petulans res est mulier.* Restituendus etiam articulus Aristophani in Lysistrata, ver. 935.

ΗΝΘΡΩΠΟΣ

Ælian. XII. 58. Vol. II. p. 824. τὴν ἄνθρωπον.

PARS I.

ΗΝΘΡΩΠΟΣ ἐπιτρίψει με ——
Ista mulier me enecabit ——

Recte Schol. Ἀντὶ τοῦ, ἡ γυνὴ, ἡ ἄνθρωπος εἶπε. Hesychius: Γυνὴ, ἡλικία τις παρὰ Πυθαγόρᾳ, ἢ ἄνθρωπος. Ubi scribendum forsan, ἡ ἄνθρωπος. Illud autem πρᾶγμα venustatis Græcæ est. Lucian. in Asino: Ξένος ΠΡΑΓΜΑ εὐκαταφρόνητον. *Hospes est res quam nemo magnopere curat.* Heliodor. Æthiop. lib. vi. 9. Οὐκ ἐννοήσεις, ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΟΥΣΑ ΠΡΑΓΜΑ ἀςάθμητον; *Annon cogitabis hominem te esse natam, rem instabilem?* Aristoph. Eccles. ver 441.

Γυναῖκα δ' εἶναι ΠΡΑΓΜ' ἔφη νουβυςικόν.

Ad Thucyd. potius. IV. p. 281, 10. qui paulo post etiam in eodem sensu ἀμαχητι adhibet.

ΑΚΟΝΙΤΙ. Χωρὶς κόνεως. Ἄνευ ἀγῶνος καὶ μάχης.] Diodor. Sic. xv. 51. Οἱ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων σύμμαχοι προθύμως εἶχον εἰς τὸν πόλεμον, ἐλπίζοντες μήτ' ΑΓΩΝΑ μήτε ΜΑΧΗΝ ἔσεσθαι, ἀλλ' ΑΚΟΝΙΤΙ τῶν Βοιωτῶν κρατήσειν. Ad hunc locum respexit Suidas.

ΑΚΡΑΤΟΣ.—Ξενοφῶν· Πάνυ δὲ ἦν ὁ οἶνος ἄκρατος, εἰ μή τις ὕδωρ ἐπιχέοι. Καὶ αὖθις· Ἡ τρὶς εἰδυῖ' ἀκρήτου χειλοποτεῖν κύλικας.] "Potius legendum "videtur, ἡ τρεῖς, quæ verba Hexametrum "claudunt: Quem sequitur deinde Penta-"meter:

Εἰδυῖ' ἀκρήτου χειλοποτεῖν κύλικας.

"In MSS. Paris. locus hic ita legitur: Ἡ τρὶς "ἐφεξῆς

Isocrates. Panegyric. p. 51. Ed. Mori δὶς ἐφεξῆς.

PARS I.

" ἐφεξῆς Ἐιδυῖ ἀκρήτου χειλοποτεῖν κύλικα. Nemini " non facile ſubolet verba hæc eſſe partem " Epigrammatis in fœminam temulentam et " ebrioſam. Sed ubi Epigramma hoc exſtet, " jam non recordor." *Kuſter*. Exſtat hoc Epigramma in Antholog. lib. iii. p. 329. quod, quia haud inelegans eſt, et ad Suidam illuſtrandum plurimum facit, hic integrum adſcribam. Eſt autem in *Ariſtium*, meretriculam, ut videtur, non incelebrem.

ΣΑΤΥΡΙΟΥ ΘΥΙΛΛΟΥ. Brunck anal. II p. 277.

ΘΥΙΛΛΟΥ.

Ἡ κροτάλοις ὀρχηστρὶς Ἀρίστιον, ἡ περὶ πεύκαις
Καὶ Κυβέλῃ πλοκάμους ῥίψαι ἐπισταμένη,
Ἡ λώτῳ κερόεντι φορουμένη, Η ΤΡΙΣ ΕΦΕΞΗΣ
ΕΙΔΥΙ ΑΚΡΗΤΟΥ ΧΕΙΛΟΠΟΤΕΙΝ ΚΥ-
ΛΙΚΑΣ,
Ἐνθάδ' ὑπὸ πτελέαις ἀναπαύεται, οὐκ ἔτ' ἔρωτι,
Οὐκ ἔτι παννυχίδων τερπομένη καμάτοις·
Κῶμοι καὶ μανίαι, μέγα χάιρετε· κεύθεται ᾄδῃ
Ἡ τὸ πρὶν στεφάνων ἄνθεσι κρυπτομένη.

In verſu quarto MSS. Par. κύλικα. Quo modo et exhibet Edit. Mediolan. Recte.* Nempe meri calicem τρὶς ἐφεξῆς, *three times following*, exſiccare, et pleno ſe auro proluere ſolebat iſta muliercula. Τρὶς ἐφεξῆς κύλικα eſt idem ac τρεῖς κύλικας ἐφεξῆς. Alterum ne Græcum quidem videtur. Epigram. apud Athenæum, lib. x. p. 436. E.

* Κυλικα. Ed. Ald. Diſtichon hoc exſtat in kr Callimachi Epigrammata, N. 38. — Πυχνη et Συχνη permutantur in Theopompo Athenaei. XI. p. 485. C. F. Porſon. 437.

Athen. l. c. Ου Βαθὸν —

PARS I.

+ Τὸν βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον Η ΔΙΣ ΕΦΕΞΗΣ
ΑΚΡΗΤΟΥ φανερῶς ᾤχετ' ἔχουσα ΚΥΛΙΞ.*

Huc facit Alexis apud Athenæum, lib. xi. p. 470.

——— γενόμενος δ' ἔννους μόλις
Ἤιτησε ΚΥΛΙΚΑ, καὶ λαβὼν ΕΞΗΣ πυκνὰς
Ἕλκει ———

Ita versiculos istos, qui vulgo corruptissimi leguntur, emendavit criticorum princeps † Bentleius in eruditissima Dissertatione de Phalaridis Epistolis. Sed inest tamen macula, quæ virum doctissimum fefellit. Scribendum:

+ p. 123. Ed. pr.

——— Καὶ λαβὼν ἑξῆς ΣΥΧΝΑΣ,

Plurima pocula exhaurit. Amphis Comicus apud Athenæum, lib. x. p. 426. B.

Ὁ παῖς σοβείτω τοῖς ποτηρίοις ΣΥΧΝΟΙΣ
Puer crebris poculis nos urgeat.

Sensum autem verbi χειλοποτεῖν, ‡ quod haud alibi legisse memini, recte, opinor, expressimus.

---

* Vide Callim. Epig. 38. ubi legitur προποθεῖσ' pro φανερῶς.

‡ Cui synonymum videtur λαβροποτεῖν, quod etiam omnino semel occurrit in Anthol. Lib. VII. p. 623. Sed Epigramma integrum, quia pulcherrime antiquum illum morem attingit, quo solebant veteres amicarum nomine calices bibere, tot scilicet quot nomine amicæ continebantur literæ, hic quoque perlegas.

Brunck. An. I. 268. ubi Εγχει Λυσιδ.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἔγκει Λεισιδίκης κυάθους δέκα, τῆς δὲ ποθεινῆς
Εὐφράντης ἕνα μοι, λάτρι, δίδου κυάθον.
Φήσεις Λεισιδίκην με φιλεῖν πλέον· οὐ μὰ τὸν ἡδὺν
Βάκχον, ὅν ἐν ταύτῃ ΛΑΒΡΟΠΟΤΩ κύλικι.
Ἀλλά μοι Εὐφράντη, μία πρὸς δέκα· καὶ γὰρ ἀπείρους
Ἀστέρας ἓν μηνὴς φέγγος ὑπερτίθεται.

De

PARS I.

De muliere enim hic agitur, quæ vino ac veneri operam dederat, et quæ genium ſuum fraudare neſcierat. Interpretes autem hic nihil viderunt. Cæterum locus Xenophontis, quem hic adfert Suidas, legitur in Cyri Exped. lib. iv. §. 19. p. 332. *Ed. Leunel. P. 314. Ed. Hutchinſ. qui locum Suidæ non prætermiſit.*

ΑΚΡΙΣΙΑ —— Γυναικός τινος, Δανάης ὄνομα, δυσπειθῶς πρός τινα δίκην ἀπαντώσης, σοφός τις πρὸς αὐτὴν ἀπεφθέγξατο· Κρίθητι καὶ σύ· οὐκ εἶ Δανάη ἡ Ἀκρισίου θυγάτηρ.] Recte vidit Cl. Kuſterus hoc exemplum non ad v. Ἀκρισία, ſed ad Ἀκρισίος pertinere. Sed ſic ſolet noſter Lexicographus. Jocum autem iſtum, qui non inficetus eſt, ad Demonactem refert Lucian. in vit. Demon.† Ejus verba ſunt: Δανάης δέ τινος πρὸς τὸν ἀδελφὸν δίκην ἔχουσης, Κρίθητι, ἔφη, ἐ γὰρ εἶ Δανάη ἡ Ἀκρισίου θυγάτηρ. *Cum quædam mulier, nomine Danaë, litem contra fratrem haberet; In jus ambula, inquit; Neque enim es Danaë Acriſii filia.* Græca ſuaviora ſunt quam ut Latine exprimi poſſint. Repetitur autem hic locus infra v. Δανάη.

† *Vol. II. p. 390. nec Suidæ locum prætermiſit Mudu Soul in notis.*

ΑΚΗΡΑΤΟΝ. Ἀκέραιον. Ἄφθαρτον. Ἀθάνατον.— Καὶ Ὅμηρος·

Ἡδὺν, ἀκηράσιον, θεῖον πολόν ——]

Scribendum Ἀκηράσιον. Ἀκέραιον. Id quod locus ex Homer. Odyſ. i. v. 205. petitus ſatis demonſtrat.

† *Scil. Lib. IX*

PARS I.

ſtrat.* Heſych. Ἀκηράσιον, ἄφθορον, ἄφθαρτον, ἀκέραιον, καθαρὸν, θεῖον, ἁγνόν. Ita ſcribendum. Idem quoque mendum mox occurrit apud Suidam. Ἁλιῤῥόθιον. Κῦμα θαλάσσης.

Antipatri Sidonii Epigr.

—— ἀκήρατον στόμα κόσμου
Παντὸς, ἁλιῤῥόθιος ξεῖνε κέκευθε κόνις.

Ubi recte notavit Portus, partem hæc eſſe Epigrammatis in Homerum quod exſtat Antholog. lib. iii. p. 388. ubi ἀκήρατον quoque legitur, metro fruſtra reclamante. Sed proculdubio vera lectio eſt ἀκηράσιον.

Brunck. II. 24. leg. ἀγήραντον quæ Ruhnkenii lectio. ϕ

Μουσῶν φέγγος Ὅμηρον, ΑΚΗΡΑΣΙΟΝ στόμα κόσμου
Παντὸς, ἁλιῤῥοθία, ξεῖνε, κέκευθε κόνις.

Homerum Muſarum decus, totius mundi os immortale,
Maritimus, O hoſpes, tegit pulvis.

Atque ita quoque corrigendum cenſeo in Epigrammate apud Steph. Byzant. v. Φασηλίς.

Brunck. III. p. 268. leg. ἀγηράντους, post Ruhnken. l. c. ϕ

Ὀκτὼ ΑΚΗΡΑΣΙΟΥΣ ἀμφεθέμην στεφάνους.

Vulg. ἀκηράτους. Vir quidem doctiſſimus, et de hiſce literis optime meritus ad Timæi Lexicon, alio modo utrumque locum ſublevandum putabat. Sed nobis noſtra emendatio unice placet.

Ruhnkenius in Timaeum. p. 17.

---

* Et iſte ex Apollon. Rhod. II. 1276.
Οἴνου ΑΚΗΡΑΣΙΟΙΟ μελισταγέας χέε λοιβάς.

ΑΛΟΓΙΑ.

ϕ In his Epigrammatis corrigendis Toupium sequitur Valcken. ad Eur. Hippol. 1114. — Hesychium emendarat Abresch. ab Alberto laudat. — Porson. 437.

Ἀκήρατοι[17]. καθαροί.

Ἀκι-

17. Ἀκήρατοι.] Politic. p. 189 D. τὸ λεγόμενον ἀκήρατον χρυσὸν εἴασεν ἡμᾶς ἰδεῖν. Polit. III. p. 443. E. καὶ ἐν ἀνδράσι βασανιζόμενον, καὶ ἀκήρατον ἐκβαίνοντα. ib. p. 444. F. Legg. V p. 607. G. τὸ τῶν ὑγιῶν καὶ ἀκηράτων ἠθῶν τε καὶ σωμάτων γένος. Ib. VIII. p. 647. E. μέχρι μὲν παιδογονίας ἠίθεοι, καὶ ἀκήρατοι, γάμων τε ἁγνοὶ ζῶσιν. Axioch. p. 731. F. ἀκήρατος ἀλυπία. Cratyl. p. 262. F. Phaedr. p. 345. C. Polit. VI. p. 476. F. Tim. p. 531. B. & in eum *Proclus* p. 318. Recte & ex usu veterum scribit *Porphyrius* de Abst. Anim. L. IV. p. 174. ἡ δὲ συνήθεια (λέγει) τὸ ἄμικτον καὶ καθαρὸν, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀκραιφνὲς ἀκήρατον. Hanc vocem velut praetereundo eximamus ex Epigrammate, quod in Theodecten Phaseliten scriptum conservavit *Stephan. Byzant.* v. Φασηλίς. Ἥδε χθὼν κόλποισι Φασηλίτην Θεοδέκτην Κρύπτει, ὃν ηὔξησαν Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες. Ἐν δὲ χθὼν, ἱεραῖς τρεῖς καὶ δέκα ἁμίλλαις Ὀκτὼ ἀκηράτους ἀμφεθέμην στεφάνους. Ult. versu vir summus, *Claud. Salmasius* legebat: Ὀκτὼ ἀνηρύκτους ἀμφεθ. στεφ. Cujus conjecturae rationem non assequor. Puto tamen, ultimum distichon, quod non uno vulnere laborat, hoc modo sanari posse: Αὐτὰρ ἐπὶ χθονὸς ὢν ἱεραῖς τρισὶ καὶ δέχ' ἁμίλλαις Ὀκτὼ ἀγηράντους ἀμφεθέμην στεφάνους. *Simonides* Anthol. L. III. p. 292. Κείμεθ' ἀγηράντῳ χρώμενοι εὐλογίῃ. In his quam proclivis lapsus sit, alio exemplo ostendamus. *Antipatri Sidonii* extat Epigramma in Homerum, Anthol. L. III. p. 388. cujus posterius tantum distichon adscribo: Μουσῶν φέγγος Ὅμηρον, ἀκήρατον στόμα κόσμου Παντὸς, ἁλιῤῥόθιος, ξεῖνε, κέκευθε κόνις. Mendosam lectionem metroque inimicam sequitur *Suidas* v. Ἁλιῤῥόθιον. Sed egregius ille Cod. Palatinus praebet, ἀγήρατον. quam scripturam etiam servat Epigramma in Homerum, quod ex marmore protulit *Gruterus* Inscript. p. CCCCXIX. 1. *Antipatri* illi ex parte aliqua tam simile, ut alter poëtarum alterum compilasse videatur. Una igitur literula, si metrum constare volumus, lectioni ἀγηράτῳ addenda: Μουσῶν φέγγος Ὅμηρον, ἀγήραντον στόμα κόσμου. Hac utriusque Epigrammatis emendatione tametsi nihil certius est, *Toupius* tamen, cui non nisi sua placebant, Emendat. in *Suid.* T. I. p. 17. scribere maluit, ἀκηρασίους στεφάνους, & ἀκηράσιον στόμα. At ratio nostra prae *Toupiana* placet idoneo talium elegantiarum judici, *R. F. P. Brunckio* ad Analecta T. III. p. 127.

ΑΛΟΓΙΑ. Ἀταξία.—Οἱ δὲ πάντες ἅμα ἀναχραγόντες ἐξ αὐτῆς οἱονεὶ παρελῃλύθεισαν] "Locus "hic corruptus eſt, et, ut puto, mutilus, qui "in integrum reſtitui haud facile poterit, quo- "niam pars illa Hiſtoriæ Polybianæ, ex qua "hæc decerpta ſunt, hodie non amplius ex- "ſtat." *Kuſter.* Eſt quidem nonnihil corruptus hic locus, ſed qui facile redintegretur tamen. Legendum: ἑαυτῆς οἱονεὶ ΠΑΡΕΛΥΘΗΣΑΝ. *Illi autem, clamore ſublato, ſtatim quaſi animis fracti et reſoluti ſunt.* Non alia etiam medela reſtaurandus Dio, vel quiſquis auctor fuerit fragmenti illius apud Suid. v. Ἀνίει. Οἱ δὲ τὸ πολὺ τῆς τόλμης παρελῃλύθεισαν, οὐ μὴν ἀνίεσάν γε, ἀλλὰ παρακελευόμενοι σφίσιν αὐτοῖς, πάσῃ δυνάμει προσέκειντο τῇ πολιορκίᾳ. Nemo qui Græce ſit doctus, dubitabit, quin ſcriptor dederit: πολὺ τῆς τόλμης ΠΑΡΕΛΥΘΗΣΑΝ. *Multum de audacia ſua remiſerunt.** Dio Caſſius in Excerpt. Valeſ. p. 634. Ὡς ἅπαξ ἐπέσχον, ΠΟΛΥ ΤΟΥ ΘΥΜΟΥ οἱ Κίμβροι ΠΑΡΕΛΥΘΗΣΑΝ, καὶ τότε καὶ ἀμβλύτεροι καὶ ἀσθενέστεροι καὶ ταῖς ψυχαῖς καὶ τοῖς σώμασιν ἐγένοντο. *Cimbri, poſtquam impetus eos deſtituit, multum de furore ſuo remiſerunt, atque inde tardiores infirmioreſque animo et corpore evaſerunt.*† Heſych. Παρελύθησαν, ἠσθένησαν.

PARS I.

* Vide etiam Suid. v. Κατάσχη.—ΠΑΡΕΛΥΘΗΝ τὰς τόνους ἀθρόον τῷ σώματος. *Nervos toto corpore ſubito reſolutus ſum.*

† Ælian. de Anim. lib. i. cap. 38. Γυναικὸς ὡραίας τόδε τὸ ζῶον (ἐλέφας) ἥττηται, καὶ ΠΑΡΑΛΥΕΤΑΙ δὲ ΤΟΥ ΘΥΜΟΥ ἐκκωφωθεὶς εἰς τὸ κάλλος.

ΑΛΛΩΣ.

PARS I.

ΑΛΛΩΣ. Μάτην —— Οὐδὲ ὤλισθον ἄλλως αἱ εὐχαὶ, αἱ κατὰ τῦ Θεῷ ἐχθρῦ ἀραί.] "Lego καὶ "τῦ θεοέχθρυ, i. e. *adverſus Dei hoſtem.* Vox "ἀραὶ autem, quæ ſequitur, eſt ſuperflua et "proinde expungenda: niſi forte quis legen-"dum cenſeat ἢ ἀραί." *Kuſter.* Satis ingenioſe vir doctiſſimus κατὰ τῦ θεοέχθρυ. Repetitur autem hoc fragmentum infra voce Ὤλισθον, unde ſalus huic loco petenda eſt. ΚΑΙ αἱ κατὰ τῦ θεοέχθρυ ἀραί, *Neque irritæ fuerunt preces et imprecationes adverſus Dei hoſtem.* Ceterum fragmentum haud abſimile occurrit infra voce Ἀναλώθησαν. Οὐδὲ γὰρ ἀναλώθησαν ἄλλως αἱ εὐχαί. Θήριόν γάρ τι αὐτοῖς πομπῇ κρείττονι ἐντυγχάνει. *Haud enim preces eorum irritæ fuerunt. Fera enim qnædam divinitus miſſa eis occurrit.* Πομπῇ κρείττονι eſt idem ac πομπῇ θείᾳ. Interpres non intellexit. Sic βυλῇ κρείττονι· *Divino conſilio,* apud Suid. voce Συμβλητά. Utrumque autem locum ex Æliani libro deperdito *de Providentia,* ex quo plurima et pulcherrima fragmenta nobis conſervavit Suidas, depromptum eſſe puto. Quod et res et ſtilus ſatis oſtendit.*

---

* Sic ὁσίᾳ πομπῇ apud eundem, Var. Hiſt. viii. 1. Σώκρατης —φωνὴν πολλάκις ἔφασκεν ΟΣΙΑ ΠΟΜΠΗ (vulg. ὁσίαν πομπῆς) ἐγκεκλῆρωμενην αὐτῷ. Hac de re vide Cl. Triller. Obſerv. Crit. p. 82. Edit. Francf. 1782.

Πομπῇ κρειττονι recte ΑΛΦΑΝΕΙ, interpretatur Gavelly ap. Abresch. Add. in Aeschyl. p. 653. Porson. 437. —

ΑΛΦΑΝΕΙ. Εὑρίσκει. — Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις: PARS I.

Οἴμοι κακοδαίμων τῆς τόθ' ἡμέρας, ὅτε
Εἶπεν μ' ὁ κήρυξ ἔτος ἀλφάνει ——

Εὔπολις Ταξιάρχαις· Οὐ θᾶττον αὐτὴν δεῦρό μοι τῶν τοιούτων ἀποκηρύξει τις ἐὰν ἀλφάνῃ.] "Quamvis "integrum Ariſtophanem diligenter perlege- "rim et cum Suida contulerim, verba tamen "hæc in Theſmophoriazuſis me legiſſe non "memini. Quare neſcio an non forte Suidas "ἁμάρτημα μνημονικὸν hic commiſerit, et aliud "agens Ariſtophani tribuerit quæ ejus non "ſunt, ſed alîus auctoris: cujus peccati Gram- "maticum noſtrum nonnunquam reum depre- "hendi." *Kuſter.* Scribendum, Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις β. *in ſecundis vel poſterioribus Theſmophoriazuſis*; cujus fabulæ, quæ diu eſt quod intercidit, cum alibi, tum voce Λακωνίζω meminit Suidas. Λακωνίζω. Τὰ τῶν Λακώνων φρονῶ. — Οἱ μὲν ἡττικίσασιν, οἱ δὲ λελακωνίκασιν. Λακωνίζειν δὲ παιδικοῖς χρῆσθαι. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις β. Quid ſit autem ἀλφάνειν vel τιμὴν ἀλφάνειν notum eruditis, vel ex iis qui ſequuntur Eupolidis Trimetris, qui ita erant emendandi atque in ordinem redigendi:

Οὔ θᾶττον αὐτὴν δεῦρό μοι τῶν τοιούτων
Ἰὼν ἀποκηρύξει τις, ἕως ἂν* ἀλφάνῃ;

* Legendum ἵς' ἄν.

Non

PARS I. *Non citius lictorum aliquis eam deprædicabit, donec pretium invenerit?*

ΑΜΑΞΙΤΟΝ ΟΔΟΝ. Δημοσίαν.—Μάλχος· Ἡ δὲ εἰσβολὴ τῆς Κιλικίας ἁμαξιτὸς ἦν ὁδὸς, ὀρθία, ἰσχυρὰ, καὶ ἀμήχανος εἰσελθεῖν στρατεύματι, εἴ τις ἐκώλυεν.] Fefellit hic Lexicographum noſtrum memoria. Neque enim Malchi, ſed Xenophontis eſt iſtud fragmentum. Exſtat autem Cyr. Expedit. lib.i.2. p.248. ubi legitur, ὀρθία ἰσχυρῶς· *Admodum præceps.* Sic quoque locutus eſt lib.iv.8. p.343. Ἄνω δὲ πρὸς τὸ ΙΣΧΥΡΩΣ ΟΡΘΙΟΝ μόλις βάδην ἐπορεύοντο οἱ ἵπποι. Eadem locutio occurrit etiam apud Suid. voce Ἰσχύς.* Τὰ χωρία ΙΣΧΥΡΩΣ ΟΡΘΙΑ ἦν καὶ λίθων περιβολαῖς ὠχύρωτο. Quæ ad vocem Ἰσχυρῶς pertinent, et ex Arriano, ut puto, perpetuo Xenophontis imitatore, ſunt deprompta.

ΑΜΠΑΛΙΝΩΡΟΣ. Ἀναστρέφων τὴν αὐτὴν ὁδόν.—Φιλέταιρος Μελεάγρῳ· Οὐ πρὸς γυναικὸς ὁ Κόρος· οἴκαδ', ὦ κόρη, ἄπιθ' ἀμπαλίνωρος.] Nihil ad hunc locum viri docti, quaſi undiquaque ſartus tectus eſſet, et nihil deſideraret. Atqui non uno quidem malo affectum eſſe video.

---

* Neque abſimilis apud Procopium de Ædificiis Juſtin. p. 9. Edit. Hœſkelii: Κατὰ δὲ τοῦ κόλπου τὸ πέρας, ἓν τὲ τῷ ἀνάντει καὶ ΙΣΧΥΡΩΣ ΟΡΘΙΩ, τέμενος ἐκ παλαιοῦ κοσμᾷ τὲ καὶ δαμιανῷ ἁγίοις ἀνεῖται.

Primum

Ἰσχυρῶς habet MS. Suid. in Biblioth. Coll. Corp. Ch. Oxon. — Errorem Suidæ castigat Abresch. in Thucyd. p. 594. Porſon. 43

PARS I.

Primum illud ἀμπαλίνωρος ne Græcum quidem eſt. Heſychii auctoritas, qui eandem ſcripturam præfert, non pluris facienda eſt quam Suidæ. Uterque enim ex eodem impuro fonte hauſit. Scribendum utrobique ἀμπαλίνορος. Fluit enim ab ὄρω, unde παλίνορος et παλίνορσος. Etymol. M. Παλίνορσος, παρὰ τὸ ὄρω γίνεται. Suidas, Παλίνορον, παλινόρμητον. Ἀριſτοφάνης· τὸ σφυρὸν παλίνορον ἐξεκόκκισε. Ariſtophanis locus eſt in ~~Veſp.~~ Acharn. ver. 1178.

Καὶ τὸ σφυρὸν παλίνορον ἐξεκόκκισε.

Hinc ἀναπαλίνορος, vel, quod idem eſt, ἀμπαλινορος. Quod vero ad Philetærum attinet, vel ejus fragmenti verſio, quæ ſane feſtiva eſt, ſatis fuerit ad morbum indicandum. Nullum enim ſenſum fundit, niſi qui plane ineptus et ridiculus ſit. *Non decet mulierem puellus.* Tu vero ita lege et diſpone meo periculo:

Οὐ πρὸς γυναικὸς ΟΧΛΟΣ· * οἶκαδ', ὦ Κόρη,
Ἄπιθ' ΑΜΠΑΛΙΝΟΡΟΣ ——

Non decet mulierem in publicum prodire; domum, ó puella, abi, unde veniſti. Eurip. Oreſt. ver. 108.

Εἰς ΟΧΛΟΝ ἕρπειν παρθένοισιν ἀ καλόν.

Idem Heraclid. ver. 43.

—— Νέας γὰρ παρθένες αἰδούμεθα
ΟΧΛΩΙ πελάζειν ——

---

* Vide D'Anſſe de Villoiſon Animadverſiones ad Longum, p. 295.

PARS I.

Illud autem, οὐ πρὸς γυναικὰς, notum et venuſtiſſimum eſt. * *Non eſt mulieris. Non decet mulierem.* Sophocles in Ajac. ver 583.

——— ΟΥ ΠΡΟΣ ΙΑΤΡΟΥ ΣΟΦΟΥ
Θρεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.

Quoniam autem de mulieribus hic agitur, quas foris verſari minus decorum habebatur, non abs re fuerit inſignem locum Menandri apud Stobæum, qui eruditiſſimos viros fruſtra exercuit, emendare. Eſt autem ex fabula, quæ ΙΕΡΕΙΑ inſcripta eſt.

Τὸν τῆς γαμετῆς ὅρκον ὑπερβαίνεις, γύναι,
ΔΙ ΑΥΘΑΔΙΑΝ, πέρας γὰρ αὔλιος θύρα
Ἐλευθέρᾳ γυναικὶ νενόμις' οἰκίας.

Ita imperite admodum edidit Grotius ex emendatione Salmaſii. Stobæus autem exhibet Διὰ τὴν αὐλάν. Unde haud ita arduæ molis erat veram lectionem expiſcari. Legendum proculdubio:

---

* Reſtituenda iſta locutio Plutarcho in Pericle p. 358. Edit. Bryani: ΟΥ ΠΡΟΣ ΤΗΣ Ἀναξαγόρᾳ ΣΟΦΙΑΣ. Ita legendum cum MS Bodleiano, quod ſolum ex omnibus veram lectionem retinet. Vulgo: Ἅπαντα μὲν ὖν ταῦτα τῆς Ἀναξαγόρᾳ σοφίας, ubi notat Interpres ſenſum requirere ταῦτα ἀ τῆς, niſi legas ἀπάδει pro ἅπαντα.——Jam quoque corrigenda illa mendoſa in Dion. Chryſoſt. Orat. 1. p. 14. τῦτο δὲ ἦν Ἡρακλέους. Emendabat magnus Caſaubonus: τῦτο δεηθεὶς ὑφ' Ἡρακλέους. Sed vera lectio eſt: τῦτο δὲ ἦν ΠΡΟΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ, quod et Reiſkius bene obſervavit, in Animadv. ad Dion. Chryſoſt. p. 6.

Τὸν

PARS I.

Τὰς τῆς γαμετῆς ὅρους ὑπερβαίνεις, γύναι,
ΤΗΝ ΑΥΛΙΟΝ ——
Uxoris fines transgrederis, ô mulier,
Atrii januam. ——

Emendationem noſtram unice firmat Syneſius de Providentia, p. 105. qui ad hunc Menandri locum reſpexit. Μίαν γὰρ ἀρετὴν Ὄσιρις ᾤετο γυναικὸς εἶναι, τὸ μήτε τὸ σῶμα αὐτῆς, μήτε τὸ ὄνομα ΔΙΑΒΗΝΑΙ ΤΗΝ ΑΥΛΙΟΝ. *Unam enim hanc mulieris virtutem eſſe putabat Oſiris, ſi neque corpus ejus atrienſi porta, neque nomen efferretur.* Et ante eum Philo de Legibus Special. p. 327. Vol. II. Θηλείαις δ' οἰκήσεις ἢ ἔνδον μονή· (lege, ἢ ἡ ἔνδον μονή·) παρθένοις μὲν, ἔσω κλισιάδων (for. κλεισιάδων) τὴν μεσαύλιον ΟΡΟΝ πεποιημέναις, τελείαις δ' ἤδη γυναιξὶ ΤΗΝ ΑΥΛΙΟΝ. Nic. Damaſcenus p. 477. Ed. Valeſ. Διεκώλυεν ἡ μήτηρ ἔξω ΤΗΣ ΑΥΛΙΟΥ ΘΥΡΑΣ χωρεῖν. Hinc corrigendus Dio Caſſ. lib. xxxix. p. 223. Ed. nov. Καὶ ἔτω καὶ αὐτὸς αἰσχρῶς ἢ κακῶς ὑπὸ τῦ συνειδότος διετέθη, ὥςε ἢ χρόνιος ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀφικέσθαι, ἢ νυκτὶς ἐς τὴν πόλιν ἐσκομισθῆναι, ἔξω τε τῆς ΙΤΑΛΙΑΣ συχναῖς πάνυ ἡμέραις μὴ τολμῆσαι φανῆναι. Repone: ἔξω τὲ ΤΗΣ ΑΥΛΙΑΣ.(α) *Extra atrii ſui fores.* Dicitur autem αὔλιος et αὐλειός, ut δήλιος et δήλειος.. Propertius II. 5. *Viri limen* vocat.

[1] Harpocrat. V. [2] Αὐλειος. ubi citatur Μένανδρος.

Felix Admeti conjunx, et lectus Ulyxis,
Et quæcunque viri femina limen amat.

(α) Edidit Fabricius: τῆς οἰκίας, quæ emendatio Lundavii; et in mentem Malaſpino ad Lib. III. Epiſt. Cic. ad Quintum fratrem, Ep. 2. venerat eadem correctio.

PARS I.

Templa Pudicitiæ quid opus ſtatuiſſe puellis.
Si cuivis nuptæ quidlibet eſſe licet.

Ubi alii *quidlibet*, alii *quodlibet* legunt. Neutrum placet. Legendum ex vi ſententiæ:

Si cuivis nuptæ quo libet ire licet.*

Senſus eſt: Quid opus templa Pudicitiæ puellis ſtatuiſſe, cum non modo puellæ, ſed etiam nuptæ αὔλιον limen tranſgrediantur, et quo libet foris divagentur.—Libet porro, dum in hoc curriculo ſumus, hanc occaſionem amplecti D. Paulo ſuppetias ferendi in Epiſt. 1. ad Corinthios xi. 10. Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους. *Quocirca debet mulier poteſtatem habere ſupra caput propter angelos.* Eſt locus vexatiſſimus, et vere, quod aiunt, commentatorum crux. Nimirum omnes ingenii ſui nervos intenderunt viri docti in explicanda voce ἐξουσία. In quo quidem operam atque oleum perdiderunt univerſi. Neque enim explicatione, ſed emendatione eget iſta vox. Quare omnes ſacrarum literarum ſtudioſos gratias habituros mihi ſpero, ſi

---

* Sic etiam Ovidius Epiſt. de Ponto lib. iii. Epiſt. v. 48.

—— menti QUO LIBET IRE licet.

Idem lib. iv. xiv. 6.

Ipſa quoque eſt inviſa ſalus, ſuntque ultima vota,
QUO LIBET ex iſtis ſcilicet IRE locis.

Idem de Triſt. lib. iii. viii. 22.

Ex his me jubeat QUO LIBET IRE locis.

* Hanc emendationem probat Apo-
Schrader. Emend. p. 122. Porſon. 437.
Sed pro ceteris amplector conjecturam
Toupii in Emend. ad Suid. p. 23 (sc. Edit. 1.)—quo libet
quia hoc aptiſſimè opponitur domiſedo, seu quae vir
limen amat, quod praecedit, v. 16. Burman. in Propert. p. 2

Apoſtolo, qui a multis ſeculis miſere decubuit, opem atque medelam certiſſimam jam tandem attulero. Reſcribendum una literula amota: Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ΕΞΙΟΥΣΑ ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. *Quapropter oportet mulierem, cum prodit in publicum, velato eſſe capite*; idque utique διὰ τοὺς ἀγγέλους. Quod poſtremum aliis explicandum relinquo. Idem autem eſt ἐπὶ κεφαλῆς ἔχειν ac κατὰ κεφαλῆς ἔχειν. Quo modo locutus eſt Paulus ſupra ver. 4. Huc facit adprime Valer. Max. lib. vi. cap. 3. *Horridum C. quoque Sulpitii Galli maritale ſupercilium. Nam uxorem dimiſit, quod eam* capite aperto foris verſatam *cognoverat.** PARS I. γυνὴ

ΑΜΥΓΔΑΛΗ. Τὸ δένδρον. Ἀμυγδάλη δὲ, ὁ καρπός.—Καὶ δειλαὶ δάκνεσθαι ἀμυγδάλαι†. *Et amygdalæ ad eſum maturæ.*] Recte vidit Cl. Kuſterus verba illa, Καὶ δειλαὶ δάκνεσθαι

* Confer autem Semler. de Emend. Græcis V.T. Interpretibus, necnon Phot. Epiſt. 210. Philoſtrat. Epiſt. p. 944. Edit. Olearii, Suidam v. Φαιος, Heſychium v. Οκλαδίος, et denique Ariſtoph. Equit. 1345. ubi ad vocem σκίαδιον ita Scholiaſtes: Σκέπασμα τὶ, ὅπερ αἱ γυναῖκες παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἔχουσι θέσσαι· Legendum: ΘΕΩΡΟΥΣΑΙ. Præcipue vero conſulendus eſt Cl. Valckenarius ad Theocrit. p. 343 et ſeqq.

† De hoc loco egregie nugatur Reiſkius in Notis ejus ad Antholog. p. 60.—Sed legendum videtur: Καὶ ΔΕΙΝΑΙ δάκνεσθαι ἀμυγδάλαι· *Amygdalæ eſu* EFFICACES. Et hoc verum. Vide nos ad eandem vocem in *Cur. Noviſs.*

PARS I.

ἀμυγδάλας, decerpta esse ex Epigram. Anthologiæ ineditæ, quod et cum lectore erudito communicat infra v. Γέλγιθες. Sed sensum horum verborum non videtur perspexisse tamen. Quibus enim, quæso, fidiculis præstabit interpres, ut δειλαὶ significet *maturæ?* Locus ita interpretandus est: *Et amygdalæ quæ facile frangi queant.* Opportune adstipulatur Phrynichus Comicus apud Athenæum, lib. ii. p. 52.

Tyrrwhitt. IV. 420.

——— τὰς δὲ γομφίους
Ἅπαντας ἐξέκοψεν, ὥστε ———
Οὐκ ἂν δυναίμην Ναξίαν ἀμυγδάλην
——— κατάξαι ———

Porson. IV. 438.

Dentes vero molares excussit mihi omnes, ut ne amygdalam quidem Naxiam frangere queam. Phrynichi autem trimetros ita facile suppleveris:

——— ὥστε ΣΩΣΙΑ
Οὐκ ἂν δυναίμην Ναξίαν ἀμυγδάλην
ΤΗΝΔΙ κατάξαι ———

Aristophanes apud Athenæum, p. 53.

——— Α. ἄγε νῦν τὰς ἀμυγδάλας λαβὼν
ΤΑΣΔΙ ΚΑΤΑΞΟΝ. Β. τὴν κεφαλὴν σαυτῷ
λίθῳ.

Ita disponendus est iste locus, quem minus recte accepit magnus Casaubonus. Sosias autem est nomen servi Comicis usitatissimum.

AMTEIN

PARS I.

ΑΜΥΕΙΝ. Τὸ σπεύδειν παρ' Ἀττικοῖς, ἢ δασύνεται.] Verbum ἀμύειν quodammodo agnoscere videtur Etymol. Magni auctor, qui ita habet: Ἡμύω, ἐκ τοῦ μύω, πλεονασμῷ τοῦ ἡ. ὁ δὲ Ἡσίοδος — ΑΜΥΟΝΤΑ ΧΑΜΑΖΕ, εἶπε διὰ τοῦ ά. Sed illud ἀμύειν quod Suidas hic exhibet, δασυνόμενον scilicet in Græcia quidem hospes est. Lexicographi tamen universi fere posteriores adripuerunt, Suidæ scilicet auctoritati obsecuti. Pessime id quidem et nullo judicio. Scribendum enim sine dubio, Ἀνύειν, et ad suum locum, unde huc malum pedem intulit, remittendum. Suidas infra, Ἀνύειν. Ἀνύττειν οἱ Ἀττικοὶ, ὅπερ ἡμεῖς ἀνύειν. ΑΝΥΕΙΝ ΔΕ, ΤΟ ΣΠΕΥΔΕΙΝ. ΔΑΣΕΙΑ Η ΠΡΩΤΗ. Quod miror Editores nostros fugisse.

Porson. IV. 438.

ΑΜΦΙΒΟΛΟΙ. Πανταχόθεν βαλλόμενοι.] Arrian. Exped. Alexand. lib. ii. p. 146. Ὡς πανταχόθεν βαλλομένους τοὺς Τυρίους, ἐν τῷ δεινῷ ΑΜΦΙΒΟΛΟΥΣ γίγνεσθαι.* Quem locum ante oculos habuisse videtur Suidas.

ΑΜΦΙΡΡΥΤΗ. Περιῤῥεομένη κύκλῳ. Ἐν Ἐπιγεγράμματι· Ἀμφιρύτη Κῶος, ἢ Κῶς. Καὶ πάλιν· Πέν-

* Ita locutus est Procopius p. 238. Edit. Hæschelii: Δείδοικα μὴ τῶν ἐκ Ῥαβέννης ἱππότων βαρβάρων περίεσται ἡμῖν ΑΜΦΙΒΟΛΟΙΣ τὶ γενέσθαι. Et Thucydides iv. 32. p. 258. Edit. Dukeri: ΑΜΦΙΒΟΛΟΙ γίγνονται τῇ πληθεῖ. Ubi Schol. Ἐκατέρωθεν βαλλόμενοι· πανταχόθεν. Vide Abresch. ad Thucydid. p. 410. Hij addas Dion. Cass. I. 336. 43. 881. A1. Thucyd. IV. 76. p. 146 Duc

PARS I. θος ἔχεις οἷον ἐφ' Ἱπποκράτει.] "Locum hunc "sic legendum puto:

——— Καὶ πάλιν ἀμφιρύτη Κῶς
Πένθος λυγρὸν ἔχεις οἷον ἐφ' Ἱπποκράτει."

Kuſter. In tenebris hic ambulat vir doctiſſimus; quod et ego quoque feciſſem, niſi locum, ad quem reſpexit Suidas, inveniſſem. Reſpexit autem Epigramma quod legitur Antholog. lib. iii. p. 310 et 407. unde articulus hic, qui mire luxatus eſt et corruptus, ita eſt redintegrandus: Ἀμφιρύτη. Περιῤῥεομένη κύκλῳ. Ἐν Ἐπιγράμματι·

——— Ἀμφιρύτη Κῶς,
Καὶ πάλι πένθος ἔχεις οἷον ἐφ' Ἱπποκράτει.
——— *Mari circumſlua Cos,*
Luges rurſus, ut ob Hippocratem.

ΑΝΑΒΑΔΗΝ. Ἐφ' ὕψος. Ἄνω τὰς πόδας ἔχειν καὶ κοιμᾶσθαι.—Ἀριστοφάνης·

Νυνὶ δὲ πεινῶν ἀναβάδην ἀναπαύομαι.]

Senarius iſte Comici legitur in Pluto, ver. 1124. ut recte monuerunt viri docti. Quid vero ſit, ἀναβάδην ἀναπαύομαι, eruditorum nemo explicavit. Quæ ad hunc locum commentatus eſt Cl. Kuſterus, longe feſtiviſſima ſunt; quæ proinde operæ pretium erit adſcribere. Sunt autem ex ejus notis in Ariſtophanem. "Citat hunc verſum Suidas voce Ἀναβάδην. Cæ-

"terum

" terum ἀναβάδην hic non eſt, *porrectis pedibus*, " ut Friſchlinus vertit; ſed potius, *in ſublimi*: " ut metaphora videatur eſſe petita a gallinis " et avibus, quæ in perticis et arboribus dor- " mire ſolent. Hoc ſane ſenſu vox iſta capi- " tur infra Acharn. ver. 398." Quo modo iſta vox in Acharnenſ. accipiatur, mox videbimus. Recte autem Friſchlinum caſtigat vir doctiſſimus, ipſe tamen non minus caſtigandus. Quæ enim adfert, nihilo meliora ſunt; immo quæ de *gallinis* et *perticis* crepat, adeo ſunt ridicula, ut nihil magis. Vocem autem ἀναβάδην non male exponit Suidas per ἐφ' ὕψους. Unde miror viros doctiſſimos non odorari potuiſſe, quid hic voluerit Comicus. Ἀναβάδην ἀναπαύεσθαι eſt, *in ſuperiori parte ædium requieſcere*, ubi pauperculi atque infimæ ſortis homines, ut plurimum, degebant, ἀπὸ τῦ ἀναβαίνειν ſcilicet. Cui et comico more καταβάδην opponit in Acharn. ver. 410. Quare nullus dubito quin verſiculus iſte,

PARS I.

Νυνὶ δὲ πεινῶν ἀναβάδην ἀναπαύομαι,

ita noſtro ſermone ſit interpretandus:

But now I go to bed hungry, and lie in a garret.

Eadem locutio occurrit in Acharn. ver. 398. ubi de Euripide agit:

—— αὐτος

PARS I.

—— αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην * ποιεῖ
Τραγῳδίαν ——

He is within writing a play in his garret. Id quod hodiernis etiam poetis non raro evenire ſolet.

ΑΝΔΑΝΕΙ. Ἀρέσκει. Μέλει.—Ἵππων χρεμετισμὸς ἀνδάνει.] Ariſtoph. Eq. ver. 550.

Ἵππι' ἄναξ, Πόσειδον, ὦ
Χαλκοκρότων ἵππων κτύπος
Καὶ χρεμετισμὸς ἀνδάνει.

Hinc Suidas ſua deſcripſit. Revocat autem mihi in mentem vox iſta pulcherrimum locum Athenæi, lib. xiv. p. 630. quem, quia virum magnum in elegantiſſimo libello de Poeſi Sa-

* Ubi Schol. ἐπὶ ὑψηλοῦ τόπου καθήμενος.—De hac voce ἀναβάδην mirum in modum hallucinati ſunt Critici.—Plutarchus de Fortun. vel Virt. Alex. Orat. 11. p. 336. Vol. 2. Edit. Lutet. 1624. ita locutus eſt: Σαρδανάπαλος δὲ, ἀνὴρ πίθυκὼς, ἐξαίρειν οἴκοι πορφύραν, ΑΝΑΒΑΔΗΝ ἐν ταῖς παλλακαῖς καθήμενος. Et Athenæus xii. 7. ex Cteſiæ libro Perſicorum iſtum libidinoſum iiſdem fere verbis depingit, μετὰ τῶν παλλακίδων ξαίνοντα πορφύραν, ΑΝΑΒΑΔΗΝ τί μετ' αὐτῶν καθήμενον. Sic quoque Dio Chryſoſt. de eodem: Ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις ἀποδιδράσκων εἰς τὴν γυναικωνῖτιν καθῆστο ἐπί χρυσηλάτου κλίνης ΑΝΑΒΑΔΗΝ. Orat. lxii. p. 588. ubi vide Morell. quem egregie fefellit locus. Neque quiſquam interpretum auctorem ſuum intellexit. Phraſis enim ita proculdubio reddenda eſt, Ang. *Up ſtairs:* Lat. *Sedens* vel (ut Sueton. de Orbilio in lib. de Illuſt. Grammat. cap. xix.) *habitans ſub tegulis.*

tyrica

tyrica eluſit, hic obiter emendabo. Εἰσὶ δέ τινες οἱ ἢ φασὶ τὴν Σίκιννιν ποιητικῶς ὠνομάσθαι ἀπὸ τῆς κινήσεως, ἣν οἱ Σάτυροι ὀρχοῦνται ταχυτάτην οὖσαν· ἡ γὰρ ἔχει πάθος αὕτη ἡ ὄρχησις, διὸ οὐδὲ ἀναδύνει. Verbum iſtud ἀναδύνει ad corvos abigendum eſt. Retinet autem veſtigia veræ lectionis. Scribendum ſine dubio: διὸ οὐδὲ ΑΝΔΑΝΕΙ. *Sunt qui dicant Sicinnin appellatam eſſe ἀπὸ τῆς κινήσεως, i. e. a motu ſaltationis Satyrorum, qui concitatiſſimus eſt: hæc enim ſaltatio caret affectu,* et proinde ne placet quidem. PARS I.

ΑΝΑΒΟΛΕΥΣ. Ὁ ἐπὶ τὸν ἵππον ἀνάγων. —— Ὁ δὲ Μασσίας γηράσας ἵππῳ χωρὶς ἀναβολέως ἐπέβαινεν.*] "Lipſius de Milit. Roman. et Reine-
" ſius Var. Lect. lib. iii. p. 365. recte monue-
" runt legendum hic eſſe, ὁ δὲ Μασανάσσης,
" De Maſaniſſa enim rege Numidarum ſcrip-
" tores teſtantur, eum grandem etiam natu
" tam robuſto et agili fuiſſe corpore, ut equum
" ſine ſtratore conſcendere poſſet." *Kuſter.* Recte id quidem viri doctiſſimi. Sed quod

* Ita loquitur Evagrius lib. iii. cap. 25. de Theodoricho: Ἀναβολεῖ δὲ οὐκ εἰωθὼς χρῆσθαι, τῷ ἵππῳ προσήλατο. Ubi hanc notam Valeſius facit: " Eſt Ἀναβολεύς, quem Latini *Stratarem*
" vocant, qui dominum in equum levare ſolet, ut teſtatur Sui-
" das: apud quem extat locus veteris Scriptoris, qui de rege
" Maſiniſſa ita ſcribit, ὁ δὲ Μασσανίσσας γηράσας ἵππῳ χωρὶς ἀνα-
" βολέως ἐπέβαινεν. Ubi Suidas vocabulum ἀναβολέα ſumpſiſſe
" videtur pro *ſcala* quam vulgo *ſtapedam* vocamus."

Vid. Plutarch. Vit. C. Gracch. IV. 661. addit

PARS I.

addit Reineſius, " Sic enim ſemper apud Po-
" lybium, e quo iſtam ῥῆσιν deſumpſit Suidas,"
in eo fallitur vir doctiſſimus. Legitur enim
hic locus apud Appianum in Libycis, p. 107.
Ἔφυ δὲ (Μασσανάσης) καὶ τὸ σῶμα μέγας τε καὶ εὐ-
ρωστος ἐς γῆρας πολύ. Καὶ μάχης ἐπειρᾶτο μεχρὶ τοῦ
θανάτου, ἵππου τε χωρὶς ἀναβολέως ἐπέβαινε. Ad
hunc locum reſpexit Suidas. Atque hinc for-
taſſe ſcribendum apud noſtrum, Μασσανάσης.
Ita enim ſemper Appianus. Sed hoc alii aliter.

T. VIII. de Iebus Punicis. p. 453. Edit. Schweigh. a quo editur, Σ bis duplicato, nomen: Μασσανάσσης.

ΑΝΑΘΕΙΝΑΙ ΚΑΙ ΕΠΑΝΑΘΕΙΝΑΙ. Τὸ αὐτὸ.—Ἀραρὼς Ὑμεναίῳ· Ὅπως τε τὴν νύμφην ἐὰν καιρὸς ᾖ μετέωρον ἐπὶ τὸ ζεῦγος ἀναθήσει συμφέρειν. " Duos hos ſenarios luxatos ſic numeris ſuis reſtituendos puto :

Ὅπως τε τὴν νύμφην, ἐπειδὰν καιρὸς ᾖ,
Μετέωρον ἐπὶ τὸ ζεῦγος ἀναθήσει ——

" Vox συμφέρον quæ ſequitur nec ſenſui nec
" metro quadrat : quare eam delendam cen-
" ſeo." *Kuſter.* In verſu priore ſatis commode ſe expedivit vir doctiſſimus ; in poſteriore non item. Legendum :

—— ἀναθήσεις φέρων.

Quod quidem Græcæ elegantiæ eſt. Plutarch. in Romulo. Εὐξάμενος ἦν ὁ Ῥωμύλος, εἰ κρατήσειε καὶ καταβάλοι, τῷ Διὶ ΦΕΡΩΝ ΑΝΑΘΗΣΕΙΝ αὐτὸς τὰ ὅπλα τοῦ ἀνδρὸς, αὐτόν τε καταβάλλει κρατήσας, καὶ τρέπεται τὸ στράτευμα μάχης γενομένης.

Julian

Julian. Orat. vii. Ἀλλά σοι μὲν εἶπεν, ὦ θεῶν πάτερ, τῶν τε ἄλλων καὶ τούτων ἕνεκα πάντων (leg. πάντως) ἐμαυτὸν ΦΕΡΩΝ ΑΝΑΘΗΣΩ. *Ego vero, o deorum pater, inquit, cum ob cætera, tum ob ista me totum tibi offeram ac dicabo.* Rectum autem illud et Ἀττικώτατον, Ὅπως ἀναθήσεις φέρων. *Vide, cura, ut imponas.* Aristoph. in Pluto, ver. 326. PARS I.

ΟΠΩΣ δέ μοι καὶ τἄλλα συμπαρεσκεύαται
ΕΣΕΣΘΕ ——

Date vero operam, ut in cæteris etiam præsto adsitis mihi. Idem in Pac. ver. 1017.

Λαβὲ τὴν μάχαιραν· Εἶθ' ΟΠΩΣ μαγειρικῶς
ΣΦΑΞΕΙΣ τὸν ὗν ——
Vide ut dextre porcum jugules.

τὸν δῖν in melioribus Edd. Porson. IV. 438.

Hinc corrigendus Comicus Nub. ver. 1179.

Νῦν ἴσθ' ΟΠΩΣ ΣΩΣΕΙΣ μ', ἐπεὶ καὶπώλεσας.
Nunc ergo vide ut me, quem perdideras, serves.

Item Lysias Orat. pro cæde Eratosth. p. 13. ΟΠΩΣ τοίνυν ταῦτα μηδεὶς ἀνθρώπων ΠΕΥΣΕΤΑΙ. *Cave hanc rem quisquam a te resciscat.* Vulgo legitur apud hunc, πεύσηται, apud illum σώσῃς. Contra morem atque consuetudinem Atticorum utrumque. Verba autem Ararotis ita sunt interpretanda:

Cura etiam, cum tempus opportunum fuerit,
Ut sponsam in currum imponas et deducas.

Toup. Vol. III. p. 16.

Sunt

PARS I. Sunt verba heri ad ſervum. Cæterum hujus Comici *Hymenæus* laudatur etiam Athenæo lib. vi. p. 237.

ΑΝΑΛΙΣΚΕΙΝ. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν·
Εἰς τὰς τριήρεις δεῖ μ' ἀναλῶν ταῦτα, κἀ
Τὰ τείχη ——]

Hæc imperite admodum digeſta ſunt. Primum, illud κἀ in fine verſus male collocatur.* Deinde τὰ τείχη ſenarium inchoare nequeunt. Scribendum:

Sic, Tauri nomine ſuppreſſo, edidit Brunck. Fragm. Ariſtoph. P. 239.

Εἰς τὰς τριήρεις δεῖ μ' ἀναλῶν ταῦτα κἀ τὰ τείχη.
In triremes oportet me impendere hæc et in muros.

Eſt verſus Iambicus octonarius catalecticus, quales in comœdia haud infrequentes ſunt. †

ΑΝΑΠΕΙΡΑΙΣ. ‡—Πολύβιος· Τῶν δὲ ναυτικῶν δυνάμεων κατὰ θάλατταν τοῖς ἀναπείραις κἀ ταῖς εἰρε-

---

* Sed vide Ariſtoph. Veſp. 1188. ubi κἀ claudit verſum.

Πλευρὰν βαρυτάτην, κἀ χέρας, λαγόνας τε, ΚΑΙ
Θώρακ' ἄριστον.

Atque idem habet Antiphanes apud Stobæum. p. 391. Edit. Grotii.

Ὁ πλοῦτός ἐστι παράκαλυμμα τῶν κακῶν·
Ὦ μῆτερ, ἢ πιοῦσα δὲ περιφανές τι ΚΑΙ
Ταπεινόν.

† Vide Dawes Miſcell. Crit. p. 28. qui fallitur egregie.

‡ Πολὺς δ' ἦν κἀ ὁ τῶν ὅπλων κόσμος· ἀνεπλήρου δὲ τὰ προσδόμια τῆς νεὼς μέρη· Γενομένης δὲ ΑΝΑΠΕΙΡΑΣ ἐδίξατο ἐρέτας πλείους τῶν τετρακισχιλίων. Athenæus v. 9. p. 204.

σίαις

σίαις ἐγύμναζον.] "Huic loco aliqua deesse videntur. Casaubonus legendum putat, τὺς δὲ τῶν ναυτικῶν." *Kuster*. Locus Polybii, unde hoc fragmentum depromptum est, viros doctissimos fugerat. Exstat autem lib. x. p. 828. pulcherrimus sane, et dignus qui hic quoque legatur. Λοιπὸν τῶν μὲν πεζικῶν στρατοπέδων κατὰ τὺς πρὸ τῆς πόλεως τόπυς χρωμένων ταῖς μελέταις ϗ ταῖς γυμνασίαις, τῶν δὲ ναυτικῶν δυνάμεων κατὰ θάλατταν ταῖς ἀναπείραις ϗ ταῖς εἰρεσίαις, τῶν δὲ κατὰ τὴν πόλιν ἀκονώντων τε ϗ χαλκευόντων ϗ τεκταινομένων, ϗ συλλήβδην ἁπάντων σπυδαζόντων περὶ τὰς τῶν ὅπλων κατασκευὰς, ὐκ ἐστιν ὅστις ὐκ ἂν εἶπε κατὰ τὸν Ξενοφῶντα τότε θεασάμενος ἐκείνην τὴν πόλιν ἐργαστήριον εἶναι πολέμυ. Hinc facile Suidam supplebis. Illud autem ἐγύμναζον, quod nec sententia admittit, nec Polybius agnoscit, delendum est. Hæc scripseram: sed jam reperisse videor, unde vox illa ἐγύμναζον irrepserit. Nimirum hic duo exempla vocis Ἀνάπειρα exhibuerat Suidas, unum ex Polybio, alterum ex Diodoro Siculo, cujus posterioris solum illud verbum ad nos salvum enatavit. Locum Diodori adponam. Est autem ex lib. xiii. cap. 38. Εἰς δὲ τὸν πόλεμον Ἀθηναῖοι μὲν στρατηγὺς κατέστησαν Θράσυλλον ϗ Θρασύβυλον, οἱ τὸν στολον εἰς Σάμον ἀθροίσαντες, ΕΓΥΜΝΑΖΟΝ τὺς στρατιώτας εἰς ναυμαχίαν, καθ' ἡμέραν ΑΝΑΠΕΙΡΑΣ ποιύμενοι. Hunc locum proculdubio descripserat

PARS I.

rat noſter; atque hinc videas quam lacer, et, Deiphobi ad inſtar, dilaniatus ad nos Suidas pervenerit.

——— *Lacerus crudeliter ora,*
Ora manuſque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, et truncas inhoneſto vulnere nares.

ΑΝΑΡΡΙΠΤΕΙΝ ΚΑΙ ΑΝΑΡΡΙΨΑΙ. Ἀναλαμβάνειν. Ὥστε πρὸς τῇ αἰσχύνῃ, ἣν πρὸ τοῦ καταλιπεῖν τὴν χάρακα ἠνέγκαντο, καὶ κίνδυνον ὑπὸ τῶν ἐλάχιστον αὐτοὺς ἀναρρίψαι, σκοτίους ἀπιόντας διὰ τῆς πολεμίας.] Hoc fragmentum decerpſit Suidas ex Dionyſ. Halicarn. Antiq. Roman. lib. ix. p. 539. ubi legitur: ΕΚ τοῦ καταλιπεῖν τὴν χάρακα,—ΣΚΟΤΟΥΣ ἀπιόντας διὰ τῆς πολεμίας. Utraque autem lectio tam Suidæ, quam Dionyſii corrupta eſt, atque ita refingenda: ΣΚΟΤΑΙΟΥΣ ſive ΣΚΟΤΙΑΙΟΥΣ ἀπιόντας διὰ τῆς πολεμίας. Quod longe venuſtius eſt. Plutarch. in Camillo: Ἐγγὺς δὲ τῆς πόλεως γενόμενος ἤδη ΣΚΟΤΑΙΟΣ. Xenoph. Inſtit. Cyri, lib. vii. 1. 21. Ταῦτα διαπραξάμενος ὁ Κῦρος, ἤδη ΣΚΟΤΑΙΟΣ ἀναγαγὼν ἐστρατοπεδεύσατο. Idem in Exped. Cyri, lib ii. 2. 9. Οἱ δὲ ὕστεροι ΣΚΟΤΑΙΟΙ ΠΡΟΣΙΟΝΤΕΣ. Suidas autem qui hunc locum laudat in voce Σκοτιαῖος, non minus recte legit, ΣΚΟΤΙΑΙΟΙ προσίοντες. Quo modo et ibidem ſcriptor neſcio quis: Οἱ δὲ στρατιῶται ἐλθόντες ΣΚΟΤΙΑΙΟΙ. Pollux i. 69. Ὅτε ἤδη συνεσκότα-

Vol. III. p. 1747.

† quod notat Hutchinſon. p. 131. Conf. R. Porſon. in Not. Brev. in Xenoph. xlvi. 127.

ζε,

ταξε, ϗ ΣΚΟΤΙΑΙΟΙ ἀφίκοντο. Ubi tamen MSS. σκοτέοι pro σκοταῖοι. Αι et ε in libris ſcriptis paſſim confunduntur. Utramque ſcripturam agnoſcere videtur Heſychius ex emendatione noſtra: Σκότεον, ὅταν συσκοτάσῃ, ἡ σκοτία. Legendum cenſeo, ΣΚΟΤΑΙΟΝ, ὅταν συσκοτάσῃ, ἢ ΣΚΟΤΙΑΙΟΝ. Niſi mavis, ΣΚΟΤΟΕΝ, ὅταν συσκοτάσῃ, ἡ σκοτία. Ut reſpexerit ad Heſiod. Op. et Dier. ver. 555. PARS I.

Μήποτε σ' ἠρανόθεν ΣΚΟΤΟΕΝ νέφος ἀμφικαλύψῃ.

ΑΝΑΡΙΣΤΟΣ —— Ἀντιφάνης Λευκαδίῳ.

Ἐνταῦθ' ἀναρίστητος εὐθὺς κιθαριεῖ
Τιμοκλῆς νεαράν* ——

Hic impranſus ſtatim cithara canet
Timocles cantilenam aliquam novam.]

Ridiculum ſane peccatum hic admiſit Suidas, vel potius librarius aliquis, qui Timoclem nobis ex Comico Citharœdum fecerit, eique cantilenam novam, ut recens muſa gratior eſſe

* Eodem ſenſu quo Heſiodus in Fragm. p. 340. v. 90. Edit. Cler.

Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτος ἐγὼ ϗ Ὅμηρος ἀοιδοὶ
Μέλπομεν ἐν ΝΕΑΡΟΙΣ ΥΜΝΟΙΣ, ῥάψαντες ἀοιδήν,
Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὃν τέκε Λητώ.

Item Schol. ad Pindar. p. 88. Edit. P. Steph. Προσήκει γὰρ ἐπαινεῖν, ὡ τὰ παλαιὰ δηγήματα, ἄλλα παλαιὸν μὲν οἶνον ἐπαίνει· ΛΟΓΩΝ ΔΕ ΝΕΑΡΩΝ ϗ προκειμένων τὰς ὑποθέσεις ϗ τὰ ἄθη.

 ſolet,

Porſon. IV. 438. PARS I. ſolet, adcommodarit. Ocyus repone: Τιμοκλῆς Νεαίρᾳ.

Ἔπειτα διά τε ταῦτ' ἀναρίσητος ὤν.

Nempe verſiculus iſte Timoclis Comici eſt, cujus fabulæ, quæ *Neæra* inſcripta erat, non ſemel meminit Athenæus: Suidas, Τιμοκλῆς, κωμικός. Τῶν δραμάτων αὐτῦ ἐστι, Διονυσιάζουσαι, Πολυπράγμων—ΝΕΑΙΡΑ. Ἑταίρας δὲ ὄνομά ἐστιν ἡ Νεαίρα. Fabulam iſto quoque titulo ſcripſit Philemo, quam et laudat Athenæus. Item Latine Licinius Imbrex. Quod et vidit amiciſſimus Taylorus ad Demoſthenis Neæram. Aul. Gell. xiii. 22. *Licinius Imbrex vetus comœdiarum ſcriptor in fabula, quæ Neæra inſcripta eſt, ita ſcripſit:*

Nolo ego Neæram te vocent, ſed Nerienem; *
Quum quidem Marti es in connubium data.

Erat autem moris antiquis comicis, ut fabulas ſuas non raro meretricum nominibus inſignirent. De quo Athenæus, lib. xiii. p. 567. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ὧν αἰδ.... δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔχε τὰς ἐπιγραφὰς, Θάλατ[τ]α Διοκλέους, Φερεκράτους Κοριαννώ, Εὐνίκη ἢ Φιλυλλίς Ἄντεια, Μενάνδρου δὲ Θαΐς ἢ Φάννιον, Ἀλεξίδος Ὀπώρα, Εὐβούλου Κλεψύδρα. Emendabat magnus animadverſor,

* Sic Ennius: NERIENEM MAVORTIS. Quem ad locum vide Heſſelium, p. 44.

πολλὰ

πολλὰ τῶν ἀρχαίων δράματα, vel, πολλὰ ὧν αἰδοῦμαι τὰ ὀνόματα λέγειν. Nec hoc, nec illud placet. Enimvero ſæpe uſu evenit iis, qui artem noſtram exercent, ut, dum aſtra ſpeculantur, ea quæ ante pedes ſunt, non videant. Emendatio enim in propatulo eſt. Editt. Vett. exhibebant, ὦ ναιδές. Unde ſine dubio corrigendum: πολλὰ ὧν οἶδας δράματα. *Atque alia quam plurima, quos noſti poetarum, dramata a meretricibus titulos ſuos nacta ſunt.* Quin et hinc intelligendus Athenæus, lib. viii. p. 395. ubi Pherecratem Comicum laudat ἐν Ἐπιλήσμονι ἢ Θαλάσσῃ. Quæ ſuaviſſime reddit interpres, *in Mari ſeu oblivioſo.* Immo vero, *in Thalaſſa.* Erat enim Θάλασσα ſive Θάλαττα nomen meretricis. Hinc fabulæ titulus, ut modo ſupra, Θάλαττα Διοκλέους, *Thalatta Dioclis.* Cæterum, ut recte obſervat Caſaubonus, iis fabulis quas exempli gratia profert Athenæus, multæ addi poſſunt, ut, ne alias memorem, Menandri *Glycera,* et Timoclis *Neæra.*

PARS I.

Porſon. IV. 438.

ΑΝΑΣΕΣΥΡΜΕΝΗΝ. Ἄκοσμον. Ἀπρεπῆ.— Κωμῳδίαν ἀνασεσυρμένην καὶ πλημμελῆ] Legitur hoc ἀποσπασμάτιον apud Syneſium Epiſt. 67. Κωμῳδίαν ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν ἀνασεσυρμένην καὶ πλημμελῆ, ἀφ' ἧς αἰσχύνεσθαι περιῆν, οὐ τῷ κακῶς ἀκούσαντι, τῷ δὲ κακῶς ἀγορεύσαντι. *Fœdam ac petulantem ſcripſerat adverſus fratrem comœdiam, ex*

PARS I.

qua quidem, non in eum qui male audiret, ſed qui male diceret, pudor redundaret.

ΑΝΑΣΤΑΤΟΙ. Πλακόντων εἶδος.—Αἱ δὲ σελήναι πέμματά εἰσι πλατέα, κυκλοτερῆ. Πέλανοι δὲ τὰ εἰς Θεὸς πέμματα.* Πόπανα δέ. Καὶ ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς σελήνας πελάνους εἴρηκεν Εὐριπίδης.

Καὶ μοι πολὺν γὰρ πέλανον ἐκπέμπεις δόμων,
Φράσον σελήνας τάσδε πυρίμοχ χλόης.]

Legit Cl. Kuſterus, Ναξοί. Πλακόντων εἶδος. Forſan recte, forſan male. Eum vide περὶ Ναξῶν diſputantem. In iis quæ paulo infra ſequuntur, Πόπανα δέ. Interpres parum recte: *Popana etiam placentæ vocantur.* Vult utique Suidas idem eſſe πόπανα et πέλανοι. In quo quidem reſpicit ad Ariſtoph. in Pluto, ver. 660.

Ἐπεὶ δὲ βωμῷ ΠΟΠΑΝΑ καὶ προθύματα
Καθωσιώθη, ΠΕΛΑΝΟΣ Ἡφαίστῳ φλογί.

Ubi Schol. τὸ πέλανος ἑρμηνεία ἐστὶ τῶν προθύματα. Immo, vir optime, καὶ τῶν πόπανα. Heſych. Πέλανα, (leg. Πέλανοι) πόπανα. Etymol. M. Πέλανοι λέγονται τὰ πόπανα. Immo πόπανα καὶ

* Ita loquitur Pauſanias in Arcadicis, p. 600. Ed. Kuhnii: Ὁ μὲν γὰρ (Λυκάων) Δία τε ὠνόμασεν ὑπατὸν πρῶτος, καὶ ὁπόσα ἔχει ψυχὴν, τούτων μίαν ἠξίωσεν ἐδὴν θῦσαι, ΠΕΜΜΑΤΑ δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν, ἃ ΠΕΛΑΝΟΥΣ καλοῦσιν ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Ἀθηναῖοι.

πρα-

προθύματα cujuscunque demum generis veteres πέλανον vocabant. Quod vel ex eximio loco Polybii liquet lib. xi. p. 870. Καὶ πᾶν μὲν τέμενος ἐκοσμεῖτο, πᾶς δὲ ναὸς ΕΓΕΜΕ ΠΕΛΑΝΩΝ ΚΑΙ ΘΥΜΑΤΩΝ.* Nisi ibi legendum παιάνων καὶ θυμάτων. Sophocl. Oedip. Tyr. ver. 5. PARS I.

Πόλις δ' ὁμῶ μὲν ΘΥΜΙΑΜΑΤΩΝ ΓΕΜΕΙ
Ὁμῶ δὲ ΠΑΙΑΝΩΝ τε †——

Quare vellem abstinuisset a Comici versiculis corrigendis vir doctissimus ad Plutum. Locus autem Euripidis, qui Cl. Kustero nec illustrari nec intelligi posse videbatur, ita est scribendus et interpretandus:

Καί μοι, πόλυν γὰ πέλανον ἐκπέμπεις δόμων,
Φράσον, σελήνας τάσδε πυρίνα χλόης..

Mihi vero, multum enim Pelanum ex ædibus mittis,
Dic quo missurus es lunatas istas placentas ex
tritico factas.

In loc. Porsonus, Vir Cl. multa, explicandi causa, ingeniosè, quamquam frustra, molitur. Musgravius in Euripidis Erechthei Fragm. XVII.

Depromptum est hoc fragmentum, ut nos docet Suidas, ex Euripidis *Erechtheo*, in qua fabula agebatur de Erechthei filia ob patriam Proserpinæ immolanda. De quo consulendi

* Vide etiam Heliodor. lib. iii. 2. Αἱ δὲ κανὰ ΠΕΜΜΑΤΩΝ τὲ καὶ ΘΥΜΙΑΜΑΤΩΝ καινηφόρουσαι, τὸν τόπον ἰνωδίας κατίπλεον.

† Vide hunc locum Sophocleum apud Plutarch. in Antonio, p. 87. Edit. Bryani.

PARS I.

Mythographi. Unde haud difficile erat mentem hujus loci, tametſi mutilus eſt, deprehendere. Rogat ſcilicet virgo, fati ſui neſcia, Quo iſte tantus apparatus? *Dic mihi* (inquit ad patrem) *quo has placentas es miſſurus. Nam video te plurimas mittere.* Erant autem placentæ iſtæ lunatæ προθύματα ſive præludia ſacrificii, et quæ rite et more veterum Lunæ ſive Proſerpinæ adolebantur. Eadem enim Luna et Proſerpina. Dicebantur autem placentæ iſtæ, σελῆναι, quia Lunam ſcilicet, σελήνην referebant; cujus in honorem etiam, ut dixi, offerebantur. Pollux, vi. 76. Πέλανοι δὲ κοινοὶ πᾶσι θεοῖς, ὡς ΑΙ ΣΕΛΗΝΑΙ τῇ Θεῷ· Κέκληνται δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος. Ita legendus iſte locus ex Cod. MS.—Heſychius: Σελήνας, πόπανον, τῷ ἄστρῳ ὅμοιον πέμμα τί. Quod ad Euripidis locum, de quo agitur, referendum. Idem: Ἐπισέληνα, πόπανα μηνοειδῆ. Ubi ad Platonem Comicum reſpexit, cujus verſiculos nobis conſervavit Athenæus, lib. x. p. 441.

> Πρῶτα μὲν ἐμοὶ γὰρ κυροτρόφῳ ΠΡΟΘΥΕΤΑΙ
> Πλακοῦς ἐνόρχης, ἄμυλος ἐγκύμων, κίχλαι
> Ἑκκαίδεχ' ὁλόκληροι μέλιτι μεμιγμέναι,
> Λαγῶα δώδεκ' ΕΠΙΣΕΛΗΝΑ——

Ita legendus et diſtinguendus iſte locus. Λαγῶα δώδεκ' ἐπισέληνα, *Duodecim lunatæ placentæ forma leporis inſignitæ.* Atque ita quoque intelligenda

telligenda illa, Πλακὸς ἐνόρχης, Ἄμυλος ἐγκύμων. De placentis enim ſive libis hic agitur, id quod vel ex verbo προθυέται ſatis conſtat. Nemo tamen interpretum ſenſum hujus loci perſpexit. Quod miror. Suidas autem σελήνας iſtas, πέμματα πλατέα κυκλοτερῆ vocat. Atque hinc redarguendus venit inſignis locus Dionis Caſſii in Excerpt. Valeſ. p. 771. Πεντηκοστῷ δὲ πέμπτῳ ἔτει ἀφ' Ἡρακλέους, ἔτος ὁ Αἰνείας μετὰ τὴν τῆς Τρόιας ἅλωσιν, εἰς Ἰταλίαν, ὡς ἔφημεν, ἐς Λατίνους παρεγίνετο. —— ἔχων καὶ τὸν ἐκ Κρέουσης υἱὸν αὐτοῦ Ἀσκάνιον ἢ Ἴουλον. Ὅπερ φαγόντων τῶν μετ' αὐτοῦ τὰς τραπέζας σελινίνας ὄσας, ἢ ἐκ τῶν σκληροτέρων μερῶν τῶν ἄρτων, ἃ γὰρ εἶχον τραπέζας —— ἐπαύθη τῆς ἀλητείας, ἐκ χρησμοῦ τοῦτο προακηκοώς. Ubi notandum illud τραπέζας σελινίνας. *Menſes ex apio.* Idem quoque narrat Dionyſ. Halicar. Antiq. Rom. lib. i. p. 44. Eandem etiam cantilenam canit Domitius, Hiſtoricus neſcio quis, apud Aur. Victor. de Orig. Rom. cap. xii. cujus verba hic ſubjiciam. *At vero Domitius non orbes farreos, ut ſupra dictum eſt, ſed menſarum vice ſumendi cibi gratia apium, cujus maxima erat ibidem copia, fuiſſe ſubſtratum, quod ipſum conſumptis aliis eduliis eos comediſſe, ac poſt ſubinde intellexiſſe illas eſſe menſas, quas illos comeſturos prædictum eſſet.* Vidiſtin' quidquam inficetius aut ridiculum magis? Trojanos pro menſis *apium* adhibuiſſe, atque eo denique, more

PARS I.

Porſon. IV. 439.

PARS I. more Aſinorum, veſci potuiſſe. Fatuitatem hujus loci nuper ad Caſſium vidit doctiſſimus Editor, ſed rem non adſecutus eſt tamen. Nimirum omne hoc commentum de *apio*, quod alter alteri, lampadis ad inſtar, tradiderat, ortum habuiſſe videtur ex corrupta illa lectione Hiſtorici alicujus veteris, quam bona fide exhibuit Dio, τραπέζας σελινίνας. Atqui Scriptor iſte, quiſque demum fuerit, quem ſecutus eſt Dio, proculdubio dederat τραπέζας σεληναίας. Quod cum non ſatis intellexerint nonnulli, in σελινίνας pro more atque captu eorum mutarunt. Hinc iſtæ nugæ de *apio* ſcilicet. Recte autem τραπέζας σεληναίας, *menſas ex libis lunatis, ſive rotundis*. Nempe liba σεληναῖα Trojanis pro menſis fuere. Dionyſius Halicar. in loco laudato ἴτρια ſive *placentas* vocat: Victor *orbes farreos, menſas farreas, menſas ſacratas*. Ideo autem *ſacratas*, quia liba iſta lunata Lunæ erant ſacra, ut modo obſervavimus. Virgilius *adorea liba* vocat, quæ et Trojanis menſarum vicem præſtitiſſe, nulla *apii* mentione facta, affirmat notiſſimo verſu:

Heus! etiam menſas conſumpſimus, inquit Iulus,

ΑΝΑΣΤΗΜΑ. Τὸ τῆς ἡλικίας εὐθύτης.—Θαυμαστὸν ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσεῖ τῆς ἡλικίας ἐξῆρεν ἀνάστημα.] Hic locus paululum luxatus eſt, quem ita recte repræſentat Edit. Mediolan. Ἀνάστημα. Ἡλικίας εὐθύτης.

εὐθύτης. Θαυμαστὸν ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσεῖ τὸ τῆς ἡλικίας ἐχῆρεν ἀνάστημα. Quo modo et recte legitur hoc fragmentum apud Joseph. Antiq. Jud. lib. ii. p. 101. Ed. Haverc. unde deprompsit Suidas.

ΑΝΕΚΤΑ.—Ἀγαθίας φησὶ περὶ Θευδορίχου. Πρόσοικα ἔθνη συνέλεξεν. Οὐ γὰρ ᾤετο ἀνεκτὰ εἶναι.] Hæc negligenter admodum exscripsit Suidas, et pro more suo interpolavit. Neque enim de *Theodericho*, sed de *Theodiberto* utique hic agit Agathias. Verba ejus sunt lib. i. p. 9. Ed. Vulcan. Παραλαβὼν δὲ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ὁ ΘΕΥΔΙΒΕΡΤΟΣ, τάς τε Ἀλαμανὰς κατεστρέψατο, καὶ ἄλλα ἄττα ΠΡΟΣΟΙΚΑ ΕΘΝΗ.—— Οὕτω δὲ ἐνεργὲς τὸ βέλευμα ἔποιεῖτο, καὶ τὴν παρασκευὴν ἐμβριθεστάτην, ὡς καὶ προσβεύεσθαι πρός τε Γιπέδας καὶ Λαγγοβάρδας, καὶ ἄλλα ἄττα ΠΡΟΣΟΙΚΑ ΕΘΝΗ, ἐφ' ᾧ καὶ οἵδε συλλάβοιντο τῷ πολέμῳ. ΟΥ ΓΑΡ ΩΙΕΤΟ ΑΝΕΚΤΟΝ ΕΙΝΑΙ. Ad hunc locum sine dubio respexit Suidas. Cæterum scribendum, περὶ Θευδερίχου. De *Theodericho*. Ita enim semper Agathias: et sic quoque recte exhibet Editio Mediolanensis.

ΑΝΕΛΙΝΟΥΝ. Ἀνεδίδυν.* Ἀνεπαύοντο. Διέτριβον. Ἀνεστρέφοντο.—

Δηρὸν γὰρ ἀνελίννυον αὖθι μένοντες.]

---

* Legendum: ΕΝΕΔΙΔΟΥΝ. Vide Suid. ad vocem, Hesych. v. Ἀνίησιν, et Etymol. Mag. v. Ἐλινύω. De hujus verbi (ἐλινύω) scripturâ

PARS I.

Delendum illud ἀνεδίδȣν, quod non nisi emendatiuncula est vocis Ἀνελίνȣν, quæ et ipsa corrupta est. Scribendum enim cum Porto, Ἀνελίννυον. Quod vel exemplum, quod subjicit Suidas, satis ostenderit. Quare Articulus iste ita disponendus est: Ἀνελίννυον, ἀνεπαύοντο, διέτριϐον, ἀνεςρέφοντο. Dudum autem conjeceram fragmentum illud quod sequitur, Δηρὸν γὰρ ἀνελίννυον αὖθι μένοντες, ex scriptore aliquo Ἀργοναυτικῶν esse excerptum. Nec frustra fui. Legitur enim iste locus apud Apoll. Rhod. i. 862, ubi ita scribendum esse recte me per literas monuit eruditissimus atque amicissimus Taylorus:

Porson. IV. 439.

——Δηρὸν δ' ΑΝ ΕΛΙΝΝΥΟΝ αὖθι μένοντες.

Suidas autem malum codicem nullo judicio secutus duas voces in unam conglutinavit. Quod Glossographis solenne est. Est et aliud fragmentum ex eodem fonte, ni fallor, depromptum, apud Suidam, v. Ἐλέγχομεν.

Νυκτὶ δ' ὅλῃ βασιλῆας ἐλέγχομεν ——

Nocte vero tota Reges maledictis insectamur.

Ita enim vocabant Argonautas. Orpheus sive Onomacritus Argon. ver. 69.

Ἀλλ' ὅτε δὴ συνάγειρεν ἀγακλειτȣ̀ς ΒΑΣΙΛΗΑΣ.

Sic οἱ Αριστηες Theocrit. Id. 17. 17.

---

scripturâ, an simplici ν an duplici, consulas Cl. Brunck. Analect. Vol. 3. p. 240, et Ernest. ad Callim. hymnum in Cererem. Sed uterque nugatur. De quo nos infra ad v. Στραγγεύει. Emend. iii.

ANE-

PARS I.

ΑΝΕΠΙΚΛΗΤΩΣ.—Ἰώσηπος. Ἄξιον δέ μοι τυγχάνειν σὲ χρησὲ ἀνεπίκλητόν σοι παραχόμενος τὴν ἐμαυτὲ πίστιν.] Ita quoque legitur apud Joseph. Antiq. Jud. lib. xviii. p. 909. quo respexit Suidas. Sed oratio, quod nemo vidit, crassissime solœca est. Ἄξιον δέ μοι παραχόμενος. Opportune autem opitulatur MS. Lugd. Bat. Ἄξιος δὲ εἰμὶ τυγχάνειν σὲ χρησὲ. *Dignus autem sum cui amicum te præstes, qui fidem meam inviolatam tibi præstiti.* Quo nihil verius aut elegantius. Josephus Antiq. Jud. lib. xix. p. 921. ΑΞΙΟΣ ΔΕ ΑΝ ΕΙΗΝ παρὰ σοὶ δικαιῆ πίστεως ἐπὶ τοιέτοις ΤΥΓΧΑΝΕΙΝ.* Demosth. pro Coron. ΑΞΙΟΣ ΕΙΜΙ ἐπαίνε ΤΥΧΕΙΝ. Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. vi. 56. ΑΞΙΟΙ ΔΕ δήπε ταύτης ΕΙΣΙ τῆς τιμῆς ΤΥΓΧΑΝΕΙΝ οἱ διαμένοντες εὖνοι τῇ πόλει. D. Lucas vii. 4. Ὅτι ΑΞΙΟΣ ΕΣΤΙΝ ᾧ παρέξει τέτο. Lege παρέξεις.†

Loram Josephi designavit Dukerus in Thucyd. I. 92. p. 61.

---

* Vix dissimili locutione usus est Antipho in Orat. iii. p. 38. Edit. Hanov. ΑΠΟΛΥΕΣΘΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΙΜΙ.—Dio Chrysost. Orat. xlvi. p. 515. ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΙΜΙ πρὸς ὑμᾶς ΟΜΟΛΟΓΕΙΝ.—Aristoph. in Nub. v. 1436.

—Ἐπεί σε μὲν ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΙΜ' ἐγὼ ΚΟΛΑΖΕΙΝ.

Et Sophocles apud Antig. v. 405.

——Ἐγὼ δ' ἐλεύθερος
ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΙΜΙ τῶν δ' ΑΠΗΛΛΑΧΘΑΙ κακῶν.

† Æschines Epist. vi. Νυνὶ δὲ τῆς μὲν εὐνοίας, ἣν ἀπόντι μοι ΠΑΡΕΧΕΣΘΕ, θορυβούντες καὶ μὴ θέλοντες ἀκροασάσθαι τῶν λοιδορούντων ὑμᾶς, πολλὴν χάριν ἔχω. Et Liban. Epist. 8vo. p. 64. Ταύτην μὲν ἔν (οἰκίαν) ἂν ζῶσαν παρέξει. Ubi Wolfius recte corrigit: Παρέξεις.

Dignus

PARS I. *Dignus eſt cui hoc feceris.* Jeſum enim alloquuntur οἱ πρεσβύτεροι. Et ſic jam video exhibere MS. Norvicenſem.

ΑΝΕΤΙΜΩΝ.—Τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Ἀντώνιον ἐσόμενον ὑπετόπων, καὶ διὰ τοῦθ' ἑαυτοὺς ἀνεπίμων οἱ στρατιῶται.] Elegantiſſimum hoc fragmentum decerptum eſt ex Dion. Caſſ. lib. xlix. cap. 13, ubi legitur, οἱ ἐσόμενον. *Bellum jam Cæſari contra Antonium futurum prævidebant milites, et propterea ſe ipſi pluris æſtimabant.* Quomodo et apud Suidam ſcribendum eſt.

ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΝ ΔΗΘΕΝ.—Διωκομένην ὑπό τινων τὴν ἑταίραν καταφυγεῖν εἰς οἰκίδιον· τὸν δὲ ἕνεκα τοῦ ἀνθρωπίνου εἰσδέξασθαι αὐτήν.] Hæc male diſtincta ſunt. Scribe, Ἀνθρώπινον. Δῆθεν διωκομένην—— Vide Diog. Laertium in Xenocrate, unde hoc fragmentum excerpſit noſter Lexicographus. Sed et nonnulla hic exciderunt, (neque enim a particula δῆθεν* orationem inchoaſſet Suidas) quæ facile ex Laertio reſtitui poſſint. Locum integrum adſcribam, quia ſuaviſſimus eſt. Καί ποτε καὶ Φρύνην τὴν ἑταίραν ἐθελῆσαι πειράσαι αὐτὸν, καὶ ΔΗΘΕΝ διωκομένην ὑπό

Vol. I. p. 231.

* Hac tamen particula orationem inchoat Malchus in Excerp. p. 76. Edit. Hœſkel. ΔΗΘΕΝ γὰρ ἀπιχθέσθαι θανάτου καὶ σφαγῶν δοκεῖν ὁ Ζήνων ἐβούλετο.

τινων

τινων καταφυγεῖν εἰς τὸ οἰκίδιον· τὸν δὲ ἕνεκα τῆ ἀνθρωπίνη εἰσδέξασθαι, καὶ ἑνὸς ὄντος κλινιδίου δεομένη μεταδῦναι τῆς κατακλίσεως· καὶ τέλος πολλὰ ἐκλιπαρῆσαν, ἄπρακτον ἀναστῆναι· λέγειν τε πρὸς τὰς πυνθανομένας, ὡς οὐκ ἀπ' ΑΝΔΡΟΣ ἀλλ' ἀπ' ΑΝΔΡΙΑΝΤΟΣ ἀναστείη. *Aiunt etiam Phrynen meretricem aliquando eum* (Xenocratem) *tentaſſe, atque ad ejus domunculam, cum ſcilicet ab aliquibus data opera inſectaretur, confugiſſe: Illum autem humanitatis cauſa excepiſſe, et partem lectuli, qui unicus erat, mulierculæ oranti conceſſiſſe. Quæ cum hominem multum diuque fruſtra ſollicitaſſet, re infecta ſurrexit tandem, et percunctantibus dixit, ſe non a viro ſed a ſtatua ſurrexiſſe.* Bellam ſane hiſtoriolam!

ΑΝ ΟΥΣ ΕΧΩΝ. Ἀντὶ τοῦ, ἄνω τὸ ὃς ἔχων.— Καὶ Σοφοκλῆς· Τὸν οἶναπ' ἀνέχουσα κιοσόν. ἀντὶ τοῦ, ἄνω ἔχουσα.] Phraſis illa, Ἂν' ὃς ἔχων, ex Æſchyli *Lycurgo* petita eſt, ut nos docet Schol. ad Sophoclis Oedip. Col. ver. 666. Ἀνέχουσα κιοσὸν, ὑπὲρ ἑαυτὴν ἔχουσα τὸ φυτὸν, ἄνω ἔχουσα τὸν κιοσόν. ὡς ἐν Λυκούργῳ Αἰσχύλος, ΑΚΟΥΕ Δ ΑΝ ΟΥΣ ΕΧΩΝ.* ἀντὶ τοῦ, ἄνω τὸ ὃς ἔχων. Hinc

---

* Haud aliter Theognis ver. 883.

Μηδὲ λίην κήρυκος ἀν' ὃς ἔχε μακρὰ βοώντος.

Hinc corrigenda ſunt iſta Jamblichi in Vita Pythag. Cap. 25. p. 94. Περὶ βραχέως μηδ' ἐφ' ὅσον ΟΥΣ ΑΝΑΣΧΟΜΕΝΟΝ. Ita legendum. Vulgo male: ΟΥΝ ΑΝΑΣΧΟΜΕΝΟΝ.

Suidas

PARS I. Suidas notulam ſuam deprompſit. Cæterum ita quoque voce ἀνέχων utitur Dio Caſſius lib. xlii. cap. 40. Καὶ ὁ μὲν ὅτως ἐσώθη, μηδὲν τῶν γραμμάτων βρέξας, ἃ πολλὰ ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ΑΝΕΧΩΝ ἐνήξατο. Ubi minus recte expreſſit interpres: *Atque ita præſens periculum effugit, ne madefactis quidem inter natandum, quos ſiniſtra manu tenuerat, libellis.* Immò, *quos ſiniſtra manu ſuſpenderat.** Iſta eſt vis τῶν ἀνέχων.

ΑΝΟΙΝΑΡΙΟΣ.] "De hac voce, quam valde "ſuſpectam habeo, nihil me legiſſe memini." *Kuſter.* Nihil mirum. Neque enim alibi legitur. Eſt enim vox ſpuria et κακῶ κόμματος. Emendatio tamen in promptu eſt. Scribendum ſine dubio: Ἀννωνάριος, *Annonarius.* Gloſſæ: *Annonarius*, σιτηρέσιος. Suidas ſupra: Ἀννώνα. Ῥωμαϊκὴ λέξις. Idem: Ἀννωνῶν μεταχομιδή. ἡ δὲ λέξις Ῥωμαϊκὴ. Confer Joannis Meurſii Gloſſar. v. Ἀννώνα.

* Ita Suetonius in Julio Cæſar. 64. qui reſpexit ad eandem rem: "Alexandriæ, circa oppugnationem pontis, eruptione "hoſtium ſubita compulſus in ſcapham, pluribus eodem præ-"cipitantibus cum deſiliiſſet in mare, nando per cc paſſus "evaſit ad proximam navem, ELATA LÆVA, ne libelli, quos "tenebat, madefierent."

ANTAΥ-

ΑΝΤΑΥΓΕΙΣ ΚΟΡΑΣ—Καὶ δι' ἀνταύγειαν χιόνος καὶ σκληρότητα τῆς ἀναβαλλομένης ἀνακλάσεως ἐφθείροντο.] Hoc fragmentum legitur apud Diodorum Siculum, lib. xvii. cap. 82. PARS I.

ΑΝΤΙΚΑΤΑΛΛΑΤΤΟΜΕΝΟΣ — Δημοσθένης· Ἀλλὰ καὶ ἐδείκνυεν ὑμᾶς τυροπολῶν, οἰκοδομῶν, βαδιεῖσθαι φάσκων, κἂν μὴ χειροτονῆτε ὑμεῖς, ζυληγῶν, τὸ χρυσίον ἀντικαταλλατόμενος ἐπὶ ταῖς τραπέζαις.] "Senſus hujus fragmenti maxime obſcurus eſt, "cui lucem afferre non potuimus, quoniam "non meminimus, ubi integer locus auctoris, "ex quo hæc deprompta ſunt, legitur." *Kuſter.* Edit. Mediolan. τυροπωλῶν. Quod vero proximum eſt. Legendum enim, Ἀλλὰ καὶ ἐδείκνυεν ΥΜΙΝ ΠΥΡΟΠΩΛΩΝ. Quo modo exſtat apud Demoſthenem in Orat. περὶ παραπρεσβείας, ubi etiam legitur, τὸ χρυσίον καταλλαττόμενος. Suidæ autem lectio, ἀντικαταλλαττόμενος, verior atque elegantior eſt, quam et firmare videtur Ulpianus, qui ita habet: Τὸ δὲ χρυσίον ὅπερ εἴληφεν ἐκ Μακεδονίας ἀπὸ Φιλίππου ΑΝΤΙΚΑΤΗΛΑΣΣΕΝ* εἰς Ἀττικὰ νομισμάτια, ἵνα ἔχῃ ταῦτα Demoſth. II. 375. 29. qui eadem voce uſus eſt in Orat. περὶ Σλεφ. I. 273. 24.

* Ita et Dio. Chryſoſt. Orat. xl. p. 495. Ποῖον δ' ἂν τοσοῦτον γένοιτο χρήματων πλῆθος, ἢ χώρας μέγεθος, ἀνδ' ἧς προσήκει τοὺς νοῦν ἔχοντας ἀνθρώπους ΑΝΤΙΚΑΤΑΛΛΑΞΑΣΘΑΙ τὴν καθ' ἡμέραν εὐφημίαν, τὸ πρεπόντως μὲν θιάσασθαι, προθύμως δὲ ἀποδημεῖν; Idem in Orat. lxxx. p. 665. Πλὴν ὅτι λίθους μικροὺς καὶ ἀθενεῖς, καὶ τὴ Δία θηρίων

PARS I. ἀναλίσκειν εἰς αὐτὰς τὰς Ἀθήνας. Optime profecto. De Philocrate autem ſermo eſt, qui a Philippo corruptus continere ſe nequibat, quin mercando, ædificando, atque auro ſuo palam commutando, quaſi ſorex ſe et amicos ſuos proderet.

ΑΝΩΝΟΜΑΣΤΟΣ. Ὁ μὴ ἔχων ὄνομα] Reſpexit, opinor, Suidas ad Ariſtoph. Av. ver. 1712.

Ὀσμὴ δ' ΑΝΩΝΟΜΑΣΤΟΣ ἐς βάθος κύκλε Χωρεῖ

Ubi longe melius Scholiaſtes: Ἀνωνόμαστος δὲ, ἀντὶ τοῦ, πολλὴ, καὶ λόγῳ ὁ δυναμένη ὀνομασθῆναι.

ΑΞΙΟΣ. Ὁ εὔωνος.—Φερεκράτης Ἰσῳ· Ὁ δὲ σῖτος πετεινὸς πυρὸς ἄξιος] Nonnulla ad hunc locum ſcripſit Cl. Weſſeling. in Probabil. p. 250. ita tamen ut rem in medio reliquerit. Proeuldubio Pherecrates dederat

Ὁ δὲ πυρὸς ἐστὶ τοῖς πετεινοῖς ἄξιος.
Frumentum vili venit avibus.

θηρίων ὀστᾶ διδόντες, λαμβάνουσιν ἀργύριον καὶ χρυσὸν, ἀντὶ χρησῶν ἄχρηστα ΑΝΤΙΚΑΤΑΛΛΑΤΤΟΜΕΝΟΙ. Confer etiam Joſeph. Tom. ii. p. 236. Edit. Havercamp. et Memnon. apud Phot. Bibl. p. 478.

Nihil

Nihil ſuavius aut verius. Theophraſtus Charact. περὶ ἀδολεσχίας. Ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ. *Frumenta in foro vili venduntur.* PARS I.

ΑΞΙΟΣ ΛΑΒΕΙΝ Ο ΜΙΣΘΟΣ——Σοφοκλῆς·

Γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὕτως ἀνὴρ,
Ῥᾴων φυλάσσειν ἢ σιωπηλὸς ἀνήρ.]

" Vox hæc (ἀνὴρ) Pearſonio ſuſpecta eſt, qui " pro ea πέλει reponere mallet." *Kuſter.* Fallitur hic Suidas, et una viros eruditiſſimos fefellit. Verſus enim iſti non ſunt Sophoclis, ſed Euripidis in Medea, ver. 320. ubi ita recte legitur:

——ἢ σιωπηλὸς σοφός.

Vide virum doctiſſimum in Miſcellaneis Criticis, p. 97. et Cl. D' Orvill. ad Charit. p. 442. de hoc loco agentes. Utrumque vero latuit Suidas, qui et vulgatam lectionem, ῥᾴων φυλάσσειν firmat egregie. Quod et ſatis fecerat Scholiaſtes ad locum.

ΑΠΑΘΕΣΤΑΤΑ. Ἐκτὸς πάθους.—Εὐμενῆ δεῖ εἶναι καὶ ἀνεκτικὸν τῶν ἰδιωτῶν, καὶ ἀθεώρητον, ὁρώμενον πρὸς πάντας εὐάρμοστον, ὥστε κολακείας πάσης σεμνοτέραν εἶναι τὴν ὁμιλίαν, σεμνὴν δὲ αἰδέσιμον πᾶσι, μηδὲ ἔμφασίν ποτε ὀργῆς σχάζειν, εὐοργότατον δὲ εὐφημότατον ἀψοφητί.] Hinc miram compilatoris noſtri oſcitantiam videas, qui ipſam vo-

E cem,

PARS I.

cem, cujus gratia hoc ἀποσπασμάτιον adduxerat, plane omiſerit; id quod non ſemel obſervavit Kuſterus, et nos alibi obſervavimus. Depromptum autem eſt hoc fragmentum ex Marco Antonino, lib. i. §. 9. ubi legitur καὶ τὸ ἀθεώρητον τῶν οἰομένων. Sed utraque lectio tam Suidæ quam Antonini depravata eſt, atque iſto modo reſtauranda: Καὶ τὸ ἀνεκτικὸν τῶν ἰδιωτῶν καὶ τῶν ἀθεώρητον τὶ οἰομένων. *Hominum imperitorum, atque eorum, qui inani opinione et quam minime perſpectam habet, ducantur, tolerantiam.*

ΑΠΑΡΣΕΩΣ. Ἀναχωρήσεως.—Τῆς δὲ ἀλόγε ταύτης ἀπάρσεως ἢ Φυγῆς τὸ πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἐκ τοῦ δήμε μῖσος αἴτιον ἦν.] "Ἡ Φυγῆς non ſunt verba "ſcriptoris, ſed interpretatio compilatoris, qua "vocem ἄπαρσις exponit." *Kuſter.* Fallitur vir doctiſſimus. Sunt enim hæc verba Dionyſii Halicarn. Antiq. Roman. lib. ix. p. 539. ubi recte legitur: ἀπάρσεως ἢ Φυγῆς. *Diſceſſus ſive fugæ.* Atque hinc diſcas quam periculoſæ res ſit aleæ, ſine cortice natare. Vox ἄπαρσις occurrit etiam apud Joſeph. Antiq. Jud. lib. xvii. 9. 3. p. 850. Ὑπόμνημα ἅσα τῆς ἐξ Αἰγύπ|ε ΑΠΑΡΣΕΩΣ.

ΑΠΕΔΟΞΕΝ. Ἀντὶ τοῦ, πῶς οὐκ ἔδοξεν.] "Vox "πῶς delenda eſt: vel legendum, οὐκ ἔδοξέ πως, "quæ Porti conjectura eſt." *Kuſter.* Repone,

ΩΣ

ΩΣ ὐκ ἔδοξεν. Reſpexit, opinor, Suidas ad locum Xenophontis, qui legitur Hiſt. Græc. lib. vii. 4. 34. p. 640. ΩΣ δὲ κ᾽ ἐν τῷ κοινῷ ΑΠΕΔΟΞΕ μηκέτι χρῆσθαι τοῖς ἱεροῖς χρήμασι. Quæ recte exponit noſter, ὡς ὐκ ἔδοξεν.* Sic ſolet Suidas, reſpectu ſcilicet habito ad locum, qui nunc non comparet quidem, ſed quem olim, ut videtur, adſcripſerat. De quo nos ſæpius infra. PARS I.

ΑΠ᾽ ΕΧΘΡΩΝ ΠΟΛΛΑ ΜΑΝΘΑΝΟΥΣΙΝ ΟΙ ΣΟΦΟΙ——Καὶ Μένανδρος· Οὐχ ὅθεν ἀπωλόμεθα, σωθείημεν ἂν παρὰ τῶν ἐχθρῶν.] "Elegans hoc "fragmentum non memini me legiſſe in Ex- "cerptis, quæ ex Menandro Conſtantinus no- "bis conſervavit. Quare ex integra ejus hiſ- "toria locum hunc deſcripſerat Suidas." *Kuſter.* Nihil ad rem vir doctiſſimus. Hæc et quæ ſequuntur imperite admodum et nullo judicio congeſta ſunt à conſarcinatore noſtro, quæ rectiora atque emendatiora leguntur apud Ariſtoph. Av. ver. 374. et Scholiaſtem ejus, quos exſcripſit Suidas. Verba autem illa, Οὐχ ὅθεν ἀπωλόμεθα——non ſunt Menandri hiſtorici, quod putabat Kuſterus; ſed ad ὁμώνυμον

* Ita Pauſanias in Meſſen. Cap. 25. Καὶ τοῦτο μὲν ΑΠΕΔΟΞΕΝ ἀυτοῖς.—Et Herodotus non ſemel; ut in Lib. i. Cap. 69. Ἰδρυνθέντων δέ σφι ἱρῶν ξεινικῶν, μετέπεσε τὰ ΩΣ σφι ΑΠΕΔΟΞΕ, ΕΔΟΞΕ δὲ τοῖσι πατρίοισι μοῦνον χρᾶσθαι Θεοῖσι.

Porson. IV. 439.

PARS I.

Comicum pertinent; id quod recte vidit Joan. Clericus ad Menand. p. 252. Corrigit autem Bentleius:

Οὐχ ὅθεν ἀπολλύμεσθα, σωθείημεν ἄν.

Atqui Attici non σωθείημεν, sed σωθεῖμεν amant. Adde quod Suidas rectius habet, ἀπωλόμεθα. Quare haud cunctanter repono:

Οὐχ· ὅθεν ἀπωλόμεσθα, ΠΩΣ ΣΩΘΕΙΜΕΝ ΑΝ;
Non: Quomodo enim per eum possumus servari, per quem periimus?

Eurip. Iphig. Taur. ver. 1028.

Οἴμοι, διεφθάρμεσθα· ΠΩΣ ΣΩΘΕΙΜΕΝ ΑΝ;

Cæterum ad hunc locum Menandri alludere quodammodo videtur Polybius * in Excerptis a Valesio editis, pag. 189. Ἅπαντες δὲ τότε τὴν παροιμίαν ταύτην διὰ στόματος εἶχον, ὡς εἰ μὴ ταχέως ΑΠΩΛΟΜΕΘΑ, οὐκ ἂν ἐσώθημεν.

ΑΠΕΙΡΗΚΑ. Δοτικῇ. Κέκμηκα.—Ὁ δὲ ἀμφὶ τὴν ἐσχάτην πορείαν τοῦ βίου ὢν ἐγεγηράκει καὶ ἀπειρηκέ-

---

1. Inter Epist. Graec. Mut. sub Cujacii nom. editas, p. 426.

* Forsan etiam Æneas in Epist. 16. Εἰ γὰρ ὅθεν ἔδεισε σῶσθαι, ἐντεῦθεν ΑΠΟΛΛΥΜΕΘΑ, τὶς πόρος σωτηρίας ἡμῖν καταλείπεται; Confer et locum in Epist. 1.—Ita Plutarchus in Apophtheg. Tom. ii. p. 185. Edit. Francfort. 1620. ubi loquitur de Themistocle: Πολλῶν δὲ δώρεων ἀξιωθείς, καὶ ταχὺ πλούσιος γενόμενος, πρὸς τοὺς παῖδας εἶπεν· Ὦ παῖδες, ΑΠΩΛΟΜΕΘ' ἂν εἰ μὴ ΑΠΟΛΩΛΕΙΜΕΝ.

ναι

ναι τοῖς πόνοις ἐδόκει.] Hic locus descriptus est ex Agathia lib. v. p. 152. ubi ita legitur: Τότε δὴ ἀμφὶ τὴν ἑκάτην τοῦ βίου πορείαν, ἤδη γὰρ ἐγεγηράκει, ἀπειρηκέναι τοῖς πόνοις ἐδόκει. De *Justiniano* autem sermo est.

ΑΠΗΝΕΩΘΗ. Ὠμὸς ἐγεγόνει.] Respexit sine dubio Suidas ad Daniel. iv. 16. ubi interpres Græcus: Τότε Δανιὴλ, ᾧ τὸ ὄνομα Βαλτάζαρ, ΑΠΗΝΕΩΘΗ ὡσεὶ ὥραν μίαν, καὶ οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ διετάραττον αὐτόν. Sed vide hominis imperitiam, qui verbum ἀπηνεώθη, et ex ejus expositione liquet, ab ἀπηνὴς deduxerit. Quod respuit et sensus loci et Græcismi ratio. Fluit autem ab ἐνεὸς, *mutus*. Ut a νέος, νεόω, sic ab ἐνεὸς, ἐνεόω. Hinc ἀπηνεώθη ὡσεὶ ὥραν μίαν. *Unam circiter horam obstupefactus est*. Atque hæc mens Scriptoris.

ΑΠΗΧΕΣ —— Μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ βάρβαρον ἢ σόλοικόν τι ἢ ἀπηχὲς πεφθεγγαμένων.] Elegans hoc fragmentum decerptum est ex Marco Antonino lib. i. §. 10. Eadem leguntur quoque infra v. Ἐπιλαμβάνεσθαι.

ΑΠΛΟΙΔΑΣ. Ἁπλᾶς χλανίδας. —— Ἐν Ἐπιγράμματι·

—— οἷα δὲ πυρὶ
Ἔσκεπε τὴν κάρην ἁπλοῖς ἐκταδίῃ.

PARS I.

——— *Ut igne autem*
Tegebat puellam læna ſimplex expanſa.

Sic *veſtis ignea* apud auctorem Pervigilii Veneris ver. 25.

Cras ruborem qui jacebat veſte tectus ignea.

Ubi agere videtur de flore roſæ. Sed hic illud πυρὶ hoc infortunio premitur, quod primam ſemper corripiat. Quod contra metrum eſt. Nos autem veram lectionem excogitavimus:

——— Οἷα Δ' ΕΠ' ΗΡΙ.*
——— *Velut verno tempore.*

Nempe puella, jam ſpirante Favonio, veſtem tenuiorem pro more induerat.† E contra Rheſus apud Euripidem, utpote Jovis frigidi pa-

---

* Miſcellanea Lipſienſia Nov. Tom. ix. p. 691, emendationem Salmaſianam probant; at rectius Cl. Brunk, qui noſtram valde confirmat: Vide Analect. Tom. iii. p. 240. ubi ad hunc locum vir doctiſſimus: "Salmaſio in mentem venerat οἷα δὴ "πύργος, quod merito explodit Dorvill. ad Charit. p. 101. "licet non multo melius ſit, quod ipſe ſuadet, πήρα. In ve- "teri codice ſcriptum erat, pro eo qui olim obtinebat more, "indiſtinctis vocibus ΟΙΑΔΕΠΙΗΡΙ, unde Librarius imperitus "fecit οἷα δὴ πυρὶ, Η in Υ mutato, quod millies factum. Hæc "corruptelæ origo probabilior eſt Pierſoni hypotheſi, quem "vide ad Mœrin. p. 87."

† Xenophon Gr. Hiſt. p. 526. Edit. Francfort. 1596. Καὶ ἀναβεβήκεσαν δὲ ἔχοντες, ΟΙΑ ΔΗ ΘΕΡΟΥΣ, σπειρία.—Et Longus p. 25. Edit. D' Anſſe de Villoiſon: Ὁ δὲ Δάφνις——ΗΜΙΓΥΜΝΟΣ ὡς ἔτι τῆς ὥρας οὔσης καύματος.

tiens,

tiens, ἁπλοΐδα hiberno tempore geſtabat. Rheſ. ver. 442. PARS I.

Ἀλλ' οἷα τῶντον Θρήκιον Φυσήματα
Κρυσαλλόπηκτα, Παίονας τ' ἐπιζάρει
Ξὺν ΤΟΙΣΔ' ΑΠΛΟΙΣΙΝ οἶδα τλὰς * ΠΟΡ-
ΠΗΜΑΣΙΝ.†

Porſon. IV. 439.

Ita legendus iſte locus. Vulgo inepte ἀόπλοις τορπήμασι. Intelligit autem ἁπλοΐδα, ſive veſtimentum ſimplex fibulatum, quod διπλοΐδι

---

* Alciphro iii. 2. ΟΙΔΑ ΑΚΟΥΣΑΣ. Item Ariſtophan. Eccles. ver. 512. Corr. typogr.

Οὐδεμιᾷ γὰρ δεινοτέρᾳ σὺ ΞΥΜΜΙΞΑΣ ΟΙΔΑ γυναικὶ.

Item Sophocles Philoct. ver. 942.

Κὐκ ΟΙΔ' ΕΝΑΙΡΩΝ νεκρὸν, ἢ καπνῦ σκιὰν,
Εἴδωλον ἄλλως·

Et Euripides Herc. Fur. ver. 166.

Ἔχει δὲ τὔμὸν ἐκ ἀναίδειαν, γέρον,
Ἀλλ' εὐλάβειαν· ΟΙΔΑ γὰρ ΚΑΤΑΚΤΑΝΩΝ
Κρίοντα πατέρα τῆσδε, κὐ θρόνυς ΕΧΩΝ.

Ubi recte ἀναίδειαν—οἶδα γὰρ κατάκ. *for I am not aſhamed to own it.* Pierſonus legit ἀνάνδρειαν. Sed perperam.—Atqui denique ita forſan legendus eſt iſte locus:

ΕΝ τοῖσδ' ἁπλοισι ΤΟΙΑ τλὰς πορπήμασιν.

Confer Philem. in Fabula Στρατιώτης· Et Anthol. Lib. iv. p. 495.

† Idem Herc. Fur. ver. 959.

Κἀνταῦθα, γυμνὸν σῶμα θεὶς πορπαμάτων,
Πρὸς ἕδρᾳν ἡμιλλᾶτο·—

Hic legendum: πορπημάτων.

PARS I. opponitur, et hominum expeditorum erat, atque eorum οἷς γόνυ χλωρόν. Geſtabant nonnunquam et mulierculæ, ut in noſtro Epigrammate. Quid ſit autem veſtis ἐκταδίη, quæ vox Homerica eſt, non ſatis luculenter docent Græci magiſtri. Optime Gellius vii. 12. *Feminiſque ſolis* veſtem longe lateque diffuſam *decoram exiſtimaverunt, ad ulnas cruraque adverſus oculos protegenda.*

ΑΠΟΛΑΧΕΙΝ.* Τὸ διανείμασθαι τὰ πατρῷα καὶ ἄλλα τινὰ δόντα πρός τινας.] "Hæc verba, καὶ "ἄλλα τινὰ δόντα πρός τινας, tanquam ſuperva- "canea, delenda cenſeo, quoniam quid ad "hunc locum faciant, non video." *Kuſter.* Ego vero quid faciant video, et repono certiſſime: καὶ ἄλλα τινὰ ΚΟΙΝΑ ΟΝΤΑ πρός τινας. Ἀπολαχεῖν eſt, *bona paterna, atque alia quæ communia ſunt, cum aliquibus partiri.* Suidas v. Δατεῖσθαι. Δατηταὶ κυρίως, οἱ ΤΑ ΚΟΙΝΑ ΔΙΑΝΕΜΟΝΤΕΣ τοῖς μὴ βουλομένοις. Recte autem dicitur, διανείμασθαι πρός τινας. Suidas v. Κοινὸς Ἑρμῆς. Τοῖς κατὰ μόνας κλέπτουσιν ἐπάναγκες εἶναι ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΚΟΙΝΩΝΟΥΣ (ita legend. non κοινὰς) ΔΙΑΝΕΜΕΣΘΑΙ.

ΑΠΟΡΡΗΣΙΑ. Ἀντὶ τῆς εὐπορίας. Οὕτως Εὔβουλος.—Καὶ Ἀπόρρησιν, ἀπαγόρευσιν.—Ὁ δὲ ἐκ ἠνέγκε

* Vide Suidam ad v. Ἀξίωσιν δίκης.

τὴν

τὴν ἀπόῤῥησιν, ἀλλὰ θυμῷ πληρωθεὶς ἔφη. Σημαίνει δὲ καὶ ἀποκήρυξιν παιδός.] "Mira interpretatio "vocabuli Ἀποῤῥησία, quæ merito ſuſpecta ha- "benda eſt." *Kuſter.* Confundit hic Suidas, ut mos eſt Grammaticorum, Ἀπόρησιν et Ἀπόῤῥησιν, quæ origine plane ſunt diverſa, et proinde diverſa utique ſignificatione gaudent. Id quod recte ad Heſychium obſervavit Kuſterus. Quare nullus dubito quin ita Suidas reliquerit: Ἀπορησία. Ἀντὶ τοῦ ἀπορία. Οὕτως Εὔβουλος. Καὶ Ἀπόρησις. Ἀπόῤῥησιν δὲ, ἀπαγόρευσιν. Nimirum quod alii ἀπορία ſive ἀπόρησις, id Eubulus, pro Comicorum licentia, Ἀπορησία dixit. Heſychius: Ἀπόῤῥησις, (leg. Ἀπόρησις) ἀπορία. Idem: Ἐπαπόρησις, ἀπορία. Aliud autem longè eſt Ἀπόῤῥησις. Quod vel ex allato exemplo oſtendit Suidas. Ὁ δὲ οὐκ ἤνεγκε τὴν ἀπόῤῥησίν.* *Ille vero interdictum non tulit.* Atque alio quod nobis exhibet Edit. Mediolanenſis, quæ in plurimis Articulis haud paulo auctior eſt: Καὶ αὖθις· Τὴν γενομένην ΑΠΟΡΡΗΣΙΝ τοῦ γάμου. Quod quidem fragmentum elegans eſt, et non erat prætermittendum. Ἀπόῤῥησις τοῦ γάμου eſt, *Renuntiatio nuptiarum.* Utitur voce Appianus in Libycis p. 93. Μάλιστα δὲ αὐτὸς ἐς ὀργὴν ἀνέκαιον

Sic ex Phavorino legit Bos. Animado.

Sic Ed. Ald. Porſon. IV. 440.

---

* Haud aliter Plato de Repub. Lib. ii. ſub init. Ὁ γὰρ Γλαύκων ἀεὶ τὲ ἀνδρειότατος ὢν τυγχάνει πρὸς ἅπαντα, καὶ δὴ καὶ τότε Θρασυμάχου τὴν ΑΠΟΡΡΗΣΙΝ οὐκ ἀπεδέξατο.

Vol. II. p. 357.

αἰ

PARS I. αἱ μητέρες αἱ τῶν ὁμήρων, οἷα τινὲς ἐκ τραγῳδίας ἐξηνύες, ἐντυγχάνουσαι μετ' ὀλολυγῆς ἑκάστῳ, καὶ τὴν ἔκδοσιν τῶν παίδων προφέρουσαι καὶ ΤΗΝ ΕΑΥΤΩΝ ΑΠΟΡΡΗΣΙΝ. *Sed nihil æque accendebat iram populi ac matres obſidum; quæ haud ſecus quam furiæ tragicæ ſingulos aggrediebantur, exprobrantes filios ablegatos, et deditionem atque anguſtiam ſuam.* Ita reddendus iſte locus. Interpres ineptit egregie. Quod verò addit Suidas, σημαίνει δὲ καὶ ΑΠΟΚΗΡΥΞΙΝ παιδὸς, id quidem rectè addit. Jul. Pollux ii. 128. Ὑπὸ δὲ γένους ΑΠΟΡΡΗΘΗΝΑΙ παντὸς Πλάτων ἀντὶ τοῦ ΑΠΟΚΗΡΥΧΘΗΝΑΙ. Ita ſcribendum ex MSS.— Suidas: ΑΠΟΡΡΗΘΗ· ἀντὶ τοῦ ΑΠΟΚΗΡΥΧΘΗ. Πλάτων. Mœris: Ἀποκήρυκτον· Ἀττικῶς. Ἀποκλήρον· Ἑλληνικῶς. Ita quidem edidit vir doctiſſimus Joannes Hudſonus. Cod. autem MS, quo uſus eſt vir optimus, exhibebat ἀπόῤῥητον· Ἑλληνικῶς. Quod non erat mutandum.

ΑΠΟΣΑΦΟΥΝΤΕΣ. Διαῤῥήδην κηρύττοντες.—Οἵ τε ὀφθαλμοὶ Ἰσιδώρου τὸ τῆς διανοίας εὔτροχον ἀποσαφοῦντες.] Decerptum eſt hoc fragmentum ex Damaſcio in vit. Iſidori: Ita enim legitur in Photii Excerptis, p. 1045.

ΑΠΟΣΤΑΤΗΣΩ. Ἀποχωρισθῶ.—Ἀῤῥιανός· Ἀποστήσω ἀδελφὸν ἐγὼ τοῦ ἔργου.] Ex Arrian. Exped. Alex. lib. v. p. 362. Ed. Blanc. ubi ita legitur: Ἀπο-

Ἀποστάτης ὧδε ἀδὲ ἐγὼ τῷ ἔργῳ. Tu emendabis ex Suida. Sunt autem verba Alexandri ad duces ſuos, quibus ſe quoque pugnæ non defuturum promittit.

ΑΠΟΣΤΟΛΑΣ—Τῶν δὲ πλοίων τὰ μὲν συντριβόμενα ταῖς ἀποσολαῖς] Depromptum eſt hoc fragmentum ex Diodoro Siculo lib. xiii. cap. 67. Quod viros doctos ad Diodorum fugit. Eſt locus quidem ſalebroſus, et dignus quem hic adſcribam, ut emendatior ſaltem legatur. Τῶν δὲ ἔν ταῖς τριήρεσι ποιησάντων τὸ προσαχθὲν, καὶ τῶν πλοίων τὰ μὲν συντριβόμενα ταῖς ἀποσολαῖς, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν χρωμένων ταῖς σιδηραῖς χερσὶν, ἔτι δὲ βοὴν ἐξαίσιον ποιούντων, οἱ μὲν κατὰ τὴν πόλιν ὄντες Πελοποννήσιοι, καὶ πάντες οἱ τὴν ἀπάτην ἀγνοοῦντες, ἐξεβοήθουν ἐπὶ τὰς λιμένας. Ubi recte vidit Cl. Editor nonnihil laborare orationem. Sed in medicina tamen adminiſtranda longiſſime aberravit vir doctiſſimus. Fruſtra enim in loco aliquo emendando ſudaveris, niſi prius mentem Scriptoris perſpectam habueris. Quæ quidem doctiſſimum Editorem cum aliis latuiſſe videtur. Nimirum vox excidit, quæ ad ſenſum loci omnino neceſſaria eſt, et quæ ſemel reſtituta una lucem atque elegantiam ſecum importabit. Repone mea fide: Καὶ τῶν πλοίων τὰ μὲν συντριβόμενα ταῖς ἀποσολαῖς ΕΜΠΡΗΣΑΝΤΩΝ,* τὰ

* Atqui verbum, quod hic excidiſſe videtur, ita tandem reſtituendum eſt: ΕΜΠΙΠΡΩΝΤΩΝ. Reſpexit, ut ſolet, Diodorus

PARS I. δὲ ΑΠΟΣΠΩΝΤΩΝ ταῖς σιδηραῖς χερσὶν. *Cum verò Claſſiarii, id quod mandatum erat, exequerentur: et naves quidem eas, quæ uſu et bello attritæ erant*, incenderent; *alias autem ferreis manibus abſtraherent; atque inſuper magnum clamorem attollerent; Peloponneſii in urbe milites, et cæteri fraudis neſcii, ad defenſionem urbis in portus excurrunt.* Vox illa καταισησάντων, quæ modo præceſſerat, in cauſa fuit, ut Librarii haud abſimilem vocem ἐμπρησάντων omitterent. Ita autem loquitur Diodorus lib. xiii. 13. ΕΝΕΠΡΗΣΕ τὰς ἐν τοῖς βεάχεσι ΝΑΥΣ κυλινδεμένας. Cæterum totus hic articulus, quod Kuſterum fugit, legitur etiam apud Ulpianum ad Demoſthenis Philippicam primam; qui et hoc Diodori fragmentum, quod mireris, tanquam magni rhetoris fœtum, ex oratione ὑπὲρ Κτησιφῶντος profert. Sed locus Ulpiani mirè luxatus eſt, quem proinde operæ pretium erit cum noſtro Lexicographo conferre. Alter enim alterius ope facile convaleſcet.

ΑΠΟΣΤΟΜΑΤΙΖΕΙΝ.——Κρατῖνος δὲ ταυτὸ τοῦτ' ἀπὸ γλώττης, Νόμοις· Ἀλλὰ, μὰ Δί', ἐκ οἶδα

---

rus ad Polybium lib. i. p. 76. Ποιοῦντος δὲ τῶ Καρθάλωνος, καὶ ποιησαμένου τὸν ἐπίπλουν ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν, ΚΑΙ ΤΑ ΜΕΝ ΕΜΠΙΠΡΩΝΤΟΣ, ΤΑ ΔΕ ΑΠΟΣΠΩΝΤΟΣ ΤΩΝ ΠΛΟΙΩΝ, μεγάλην συνέπεσι γενέσθαι ταραχὴν περὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον. Vide nos in Præfatione ad Partem Tertiam.

ἔγωγε

ἔγωγε γράμματ' οἶδ' ἐπίσαμαι αὐτὰ, ἀλλ' ἀπὸ γλώττης φράσω σοι· μνημονεύω γὰρ καλῶς.] Verba Cratini non nihil interpolata sunt atque ita in Trochaicos redigenda: PARS I.

Ἀλλὰ, μὰ Δί', οὐκ οἶδ' ἔγωγε γράμματ' οἶδ' ἐπίσαμαι,
Ἀλλ' ἀπὸ γλώττης φράσω σοι· μνημονεύω γὰρ καλῶς.

Atqui per Jovem non novi ego quidem literas,
Sed memoriter tamen hæc tibi dicam: Memini enim probe.

Illud autem οὐκ οἶδ' οἶδ' ἐπίσαμαι, comicum plane est; tametsi haud aliter locutus est Eurip. Iphig. Taur. ver. 491.

——— τὰς γὰρ ἐνθάδε
Θυσίας ἐπισάμεσθα κ᾽ γινώσκομεν. *

ΑΠΟΣΤΡΟΦΗ. Ἀντὶ τοῦ, καταστροφή] Scriben-

---

* Idem in Hippol. v. 380.

Τὰ χρῆσ' ἐπισάμεσθα, καὶ γινώσκομεν.

Haud aliter Sophocles in Danäe, ut monuit Kuster. v. Πεῖρα, apud Suidam:

Οὐκ οἶδα τὴν σὴν πεῖραν, οἶδ' ἐπίσαμαι.

Dio. Chrysost. Orat. xxvi. p. 284. Ἆρα γὰρ περὶ τούτου τὶς βουλεύεται τοῦ πράγματος, ὅ οἶδέ τε καὶ ἐπίσταται; Et D. Marcus xiv. 68. Οὐκ οἶδα, οὐδὲ ἐπίσαμαι τί σὺ λέγεις. Confer etiam Æschin. contra Timarch. p. 18. Edit. Taylori, Schol. ad Theocrit. Idyl. vii. 98. et denique Suidam v. Ἀγχιστοῖον.

dum

PARS I.

dum ſine dubio: ἀντὶ τοῦ, καταφυγή.* Quomodo legitur apud Harpocrat. qui ad Demoſth. in Philip. refert; ſed exſtat vox in Orat. cont. Timocrat. p. 368. Ed. Taylor. Quod et recte animadvertit Cl. Valeſius ad Harpocrat.—Plutarchus de fraterno amore p. 491. Τοῖς δὲ παισὶν εὔνων μὲν ὥσπερ ἰδίοις, ἧπιον δὲ μᾶλλον εἶναι καὶ μειλίχιον, ὅπως ἁμαρτάνοντες, οἷα νέοι, μὴ δραπετεύωσι, μηδὲ καταλύωνται διὰ φόβον πατρὸς ἢ μητρὸς εἰς ὁμιλίας φαύλας καὶ ὀλιγώρους, ἀλλ' ΑΠΟΣΤΡΟΦΗΝ ΚΑΙ ΚΑΤΑΦΥΓΗΝ ἅμα νουθετοῦσαν εὐνοίᾳ καὶ παραιτουμένην ἔχωσι. Sophocl.† Oedip. ver. 1469.

——————Κ' ἀκέτ' ἐς' ΑΠΟΣΤΡΟΦΗ.

Ubi Schol. ἀποφυγή. Eurip. Medea ver. 793.

Οὔτ' οἴκος ἐστὶν, ἔστ' ΑΠΟΣΤΡΟΦΗ κακῶν

Xenoph. Exped. Cyri lib. ii. 4. 11. Εἶτα δὲ καὶ ΑΠΟΣΤΡΟΦΗ γένοιτο, εἴ τις βούλοιτο βασιλέα κακῶς

---

* Hinc emendandus eſt Schol. ad. Sophoclis Ajacem, v. 694, Ἡ φιλία, ἴν' ᾖ, ἤτοι ἑταιρείας φιλία, ἤτοι ΚΑΤΑΦΛΟΓΗ καὶ ὑποδοχή. Legendum: ΚΑΤΑΦΥΓΗ.

† Idem apud Stobæum p. 409. Edit. Grotii:

Ὦ δαῖμον, ὡς ἀπ' ἐς' ΑΠΟΣΤΡΟΦΗ βροτοῖς
Τῶν ἐμφύτων τε καὶ θεηλάτων κακῶν.

Vide et Olearium ad Philoſtrat. p. 357. qui recte: "ΑΠΟΣ-"ΤΡΟΦΗ non *averſio* tantum, ſed et *converſio* eſt, et vel *locum* "ſignificat vel *homines* ad quos refugium pateat, et quo nos "vertere poſſimus. Sic apud Eurip. Medeam v. 605.

"—— σοὶ μὲν ἐς' ΑΠΟΣΤΡΟΦΗ,
"Ἐγὼ δ' ἔρημος τήνδε φευξοῦμαι χώραν."

χθόνα.

ποιεῖν.

ποιεῖν. Idem de Magiſt. Equit. p. 955. Καὶ γὰρ τοῖς ἧττον δυναμένοις εὐθὺς ἂν ἦν ΑΠΟΣΤΡΟΦΗ, εἰ μὴ τὰς δυνατωτάτας πρώτας ἀναγκάζοις. Ita legendus iſte locus. *Nam minus potentibus ſtatim refugium et prætextus eſſet, niſi eos primum in ordinem redigas, qui plurimum poſſint.* Vox occurrit etiam in iſto ſenſu apud LXX. Geneſ. iii. 16. Πρὸς τὸν ἄνδρά σε ἡ ΑΠΟΣΤΡΟΦΗ σε, καὶ αὐτός σε κυριεύσει.

ΑΠΟΤΕΛΙΟΙ. Οἱ κατὰ πόλεις ἡγεμόνες τῶν Ἰουδαίων.] Hic egregium facinus alicujus Librarii agnoſco, qui, cum in præcedenti articulo nonnihil de Judæis legiſſet, hic mira oſcitantia Judæos pro Achæis ſuppoſuerit. Audacter emendo: ἡγεμόνες τῶν Ἀχαιῶν. Ἀποτέλειοι vocabantur Achæorum, non Judæorum Præfecti. Polybius * lib. xvi. p. 1030. Ὁ δὲ Φιλοποίμην ἐξελογίσατο τὰ διαστήματα ΤΩΝ ΑΧΑΙΚΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΑΠΑΣΩΝ, καὶ ποίαι δύνανται κατὰ τὰς αὐτὰς ὁδὸς εἰς τὴν Τεγέαν παραγίγνεσθαι· λοιπὸν ἐπιστολὰς ἔγραψε πρὸς πάσας ΤΑΣ ΠΟΛΕΙΣ—— ἐγέγραπτο δὲ ἐν ταῖς πρώταις ΤΟΙΣ ΑΠΟΤΕΛΕΙΟΙΣ τοιαῦτα· ὅταν κομίσηθε τὴν ἐπιστολὴν, παραχρῆμα ποιήσασθε τὰς ἐν ταῖς ἡλικίαις, ἔχοντας τὰ ὅπλα καὶ πένθ' ἡμερῶν ἐφόδια, καὶ πᾶν τ' ἀργύριον,

* Apud eundem tamen Tom. i. p. 829. Edit. Amstel. 1670. *Quivis Præfecti.* Ταῦτα δὲ ὑποδείξας τοῖς τε πολλοῖς, καὶ τοῖς ΑΠΟΤΕΛΕΙΟΙΣ. Quare hic forſan legendum eſt: Τῶν Ἰθηρῶν. ἀθροί-

PARS I. ἀθροίζεσθαι ῥᾳδιουργικὰ πάντας εἰς τὴν ἀγοράν· ἐπειδὰν δὲ συλλεχθῶσιν, οἱ παρόντες ἀναλαβόντες αὐτὰς, ἄγετε εἰς τὴν ἐξῆς πόλιν. Ὅταν δὲ ἐκεῖ παραγένησθε, τὴν ὑπο-σολὴν ἀπόδοτε τὴν ἐπιγεγραμμένην ΤΩι ΠΑΡ ΕΚΕΙΝΩΝ ΑΠΟΤΕΛΕΙΩι καὶ πειθαρχεῖτε τοῖς ἐγγεγραμμένοις. Ad hunc locum ſine dubio reſpexit Suidas.

ΑΠΟΧΡΩΝΤΩΣ—Ὁ δὲ ἦν δεινὸς ἀνὴρ καὶ παιδείας ἀποχρώντως ἔχων.] *Ille vero erat vir egregius, et ſatis quidem eruditus.* Hinc corrigendus Agathias lib. i. p. 3. Ed. Vulcan. Εὐτυχιανὸς ὁ νέος ἀρχηγός γε ἦν τῆς παραινέσεως, ΑΝΗΡ τὰ πρῶτα τελῶν ἐν τοῖς τῶν βασιλέων ὑπογραφεῦσι, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθὸς καὶ ἀγχινέτατος, ΠΑΙΔΕΙΑΣ ΤΕ ΑΠΟΧΡΩΝΤΩΣ ΕΧΩΝ.* Ita legend. Vulgo ἐκ ἀποχρώντως. Quod contra mentem Agathiæ. Quid, quod perſuaſus fere ſum, hinc Suidam ſua hauſiſſe et pro more ſuo interpolaviſſe. Vide nos ſupra ad v. Ἀνεκτά.

ΑΡΑΤΑΙ. Εὔχεται. Ἢ καταρᾶται, ἢ ἐπιθειάζει τῷ πατρί.] Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις· Ὕστερον ἀρᾶται, κἀπιθειάζει τῷ πατρί.] Scribendum: ——— ἢ ἐπιθεάζει τῷ ΔΕΙΝΙ. Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις·

---

* Non alia locutione utitur Menander in Excerptis, Edit. Hœſchelii p. cxi. Καὶ Πέτρος ὁ τῶν Ῥωμαίων πρεσβυτὴς, ΑΠΟΧΡΩΝΤΩΣ ΕΧΩΝ ΤΗΣ ΤΕ ΑΛΛΗΣ ΠΑΙΔΕΙΑΣ καὶ ΤΗΣ τῶν νόμων, ἔλιξεν ὧδε·—

Ὕστερον

Ὕστερον ἀρᾶται καὶ πιθεάζει τῷ πατρί. PARS I.

Quomodo legitur apud Schol. ad Homer. Odyſ. B'. ver. 135. Ἀρήσετ' Ἐριννῦς. Τοῦτο ἔλεγον ΕΠΙΘΕΑΖΕΙΝ ΤΩι ΔΕΙΝΙ οἱ ὕστερον, ὡς καὶ Φερεκράτης. Aliud autem eſt, ſi Grammaticos audias, ἐπιθειάζειν, aliud ἐπιθεάζειν. De quibus conſulendus Heſychius.* Adde quoque Euſtathium ad locum. Vide et quæ ſcripſit vir præſtantiſſimus Tib. Hemſterhuſius in Præfat. ad Thucydidem Dukeri.

ΑΡΓΑΝΘΩΝΗ. Ὄνομα κύριον.—Καὶ Ἀργανθωνεὺς χλίνη. Καὶ Ἀργανθώνειον ὄρος τῆς Κίου νήσου· Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοάς τε Κίοιο.]

" Hunc verſum apud Apollonium Rhod. me " legiſſe memini." *Kuſter.* Recte vir doctiſſimus; eſt enim ex Apollon. lib. i. ver. 1178. Fallitur autem hic Suidas, et nos quidem fallit. Neque enim mons Arganthonius in inſula Cio, ſed in Cio urbe Myſiæ; uti nos optime docet eruditiſſimus Schol. ad Apollonium.

Τῆμος ἄρ' οἵ γ' ἀφίκοντο Κιανίδος ἤθεα γαίης
Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοάς τε Κίοιο.

Ubi Schol. Κιανίδος ἤθεα γαίης. Περιφραστικῶς τὴν Κίον. ἔστι δὲ ΠΟΛΙΣ ΜΥΣΙΑΣ, ἀπὸ Κίου τοῦ ἀφηγη-

* Confer Menandrum in Excerptis, p. 119 et 120.

PARS I. σαμένε τῆς Μιλησίων ἀποικίας, ὡς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν Κιανῶν πολιτείᾳ. Καὶ ποταμὸς δέ ἐστιν ἔτως ὀνομαζόμενος, τὴν Μυσίαν περιῤῥέων, ἣ μνημονεύει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς. Περιῤῥέει δὲ καὶ τὴν πόλιν ὁ πόλαμὸς ἔτος. Idem: Ἀμφ' Ἀργανθώνειον. Ὄρος τῆς Κίε. Egregie huc facit Etymol. M. Ἀργανθὼν, οἷον, Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοάς τε Κίοιο. Τινὲς δὲ Ἀργανθώνην αὐτὴν φασίν. Εὐφορίων δὲ καὶ Φιλέας Ἀργανθώνιον λέγεσι διὰ τὸ ἰ, οἷον

Χθιζόν μοι κνώσσοντι παρ' Ἀργανθώνιον αἶπος.

Σιμωνίδης δὲ ποταμὸν φησίν· οἷον, Μυσιὰ πούοντα παρὰ ῥόον Ἀργανθώνης. Simonidis verſiculum, cujus caput graviter ſauciatum eſt, optime emendavit vir doctiſſimus, et cui Græcæ literæ plurimum debent, Fridericus Sylburgius:

Πείσεα ποιήεντα παρὰ ῥόον Ἀργανθώνης.

Sed altius latet ulcus, quod non animadvertit vir optimus. Neque enim illud Μυσιὰ de nihilo eſt. Reponendum ſine dubio: Σιμωνίδης δὲ ποταμόν φησι ΜΥΣΙΑΣ, οἷον·

Πίσεα ποιήεντα παρὰ ῥόον Ἀργανθώνης.

Quod ex modo laudato Scholiaſta liquet. Confer et Scylac. Caryand. p. 33. et doctiſſimum Voſſium ad locum.

ΑΡΕΣΚΕΙΑ. ΚΑΙ ΑΡΕΣΚΩ.—Πρὸς αἰτιατικὴν σύνταξιν καὶ Σοφοκλῆς καὶ Ἀριστοφάνης. Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει.]

Porſon. W. 440.

κει.] Reſpexit Suidas ad Ariſtophanem in Ran. ver. 103.* ubi vide Scholiaſtam. Sophoclis autem locum nobis ſubminiſtravit Schol. ad Ariſtoph. Plut. ver. 69. Ἀντὶ δοτικῆς τὴν αἰτιατικὴν Ἀττικοὶ λέγουσι, ὡς Θουκυδίδης· Εἰ ἔν τί σε τούτων ἀρέσκει, πέμπε ἄνδρα πισὸν ἐπὶ Θάλατταν. Καὶ Σοφοκλῆς.

Οὐ γὰρ μ' ἀρέσκει γλῶσσά σε τεθηγμένη.

ἀντὶ τοῦ, Οὐ γάρ με. Legitur iſte Senarius in Sophocl. Aj. ver. 585. Hinc emendandus idem Tragicus in Antig. ver. 216,

ΣΕ ΤΑΥΤ' ΑΡΕΣΚΕΙ, παῖ Μενοικέως Κρέον.

Vulgo legitur Σοὶ, contra morem atque conſuetudinem Atticorum.

ΑΡΙΣΤΩΝ. Ὁ Πλάτωνος πατήρ. Τῶν τε Πλάτωνος τοῦ Ἀρίστωνος ἀναπέπλησαι δογμάτων, ᾗ ὅτε ὁ Τίμαιος αὐτὸν ὑποδράσειεν ἄν, εἰ καὶ σφόδρα γραμματικῇ θεωρίᾳ πεποίκιλται, καὶ τὰς τῆς φύσεως ἀνιχνεύει κινήσεις.] Legendum: γραμμικῇ † θεωρίᾳ.

---

* Huc etiam reſpexit Scholiaſtes ad Sophoclis Electram, v. 153. Ἀττικῶς τὸ, ἄραρέ με· ἀντὶ τοῦ, ἤρεσέ μοι ταῖς φρεσίν. Καὶ Ἀριστοφάνης· ΣΕ ΔΕ ΤΑΥΤ' ΑΡΕΣΚΕΙ.—Ita quoque Schol. ad Theocrit. Idyl. i. 61. Ἀρέσκω τίνι· ἀντὶ τοῦ, ἀρέστος αὐτῷ φαίνομαι. Ἀττικῶς δὲ μετὰ αἰτιατικῆς, ὡς παρὰ Πλάτωνι· Ἀλλ' εἰ μὴ αὐ ΣΕ ΤΑΥΤ' ΑΡΕΣΚΕΙ.

† Pſelli Encom. Symeon. p. 230. Edit. Pariſ. 1664. Μήτε ΓΡΑΜΜΙΚΑΙ ἀποδείξεις μετὰ τῶν φόρτικων ὀνομάτων, μήτε φιλόσοφοι ἔννοιαι ὑψηλολογοῦσαι τὸ ὑποκείμενον.

PARS I.

lineari doctrina. Quomodo legitur apud Agathiam lib. ii. p. 62. unde hoc elegans fragmentum descripsit Suidas. Quod et auctius et emendatius legitur infra v. Χοσρόης.

ΑΡΙΩΝ, Μηθυμναῖος, Λυρικὸς ——— λέγεται καὶ τραγικῆ τρόπῃ εὑρετὴς γένεσθαι, καὶ πρῶτος χορὸν στῆσαι, καὶ διθύραμβον ᾆσαι, καὶ ὀνομάσαι τὸ ᾀδόμενον ὑπὸ τῆ χορῆ.] "In omnes me versavi partes, "ut loco huic, quem suspectum habeo, me- "dicinam aliquam reperirem: sed frustra "Quare eruditus Lector de eo cogitet velim." *Kuster.* Virum doctissimum satis, ut videtur, exercuerunt verba illa, τὸ ᾀδόμενον ὑπὸ τῆ χορῆ. Quæ tamen aperte spuria, inepta, et pro glossemate sunt habenda. Fidem abunde facit Herodotus* in Clio, qui Suidæ, cum hæc scriberet, obversabatur: Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον ἐπὶ Δελφῖνος ἐξενειχθέντα, ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων ἀδενὸς δεύτερον, καὶ ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΝ πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ποιήσαντά τε καὶ ΟΝΟΜΑΣΑΝΤΑ καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. De Dithyrambo autem, et ejus inventore Arione, consulendus Proclus apud Photium in Bibl.

* Item Dio Chrysostom. Orat. xxxvii. p. 455. Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος——ὃς καὶ ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΝ πρῶτος ἀνθρώπων ἐποίησε, καὶ ΩΝΟΜΑΣΕ, καὶ ἐδίδαξεν ἐν Κορίνθῳ.

p. 986. Vide et quæ ſcripſit vir ſummus in præclara Diſſertatione de Phalaridis Epiſtolis, p. 295. PARS I.

ΑΡΧΕ. Σὺ γὰρ γενεῇφι νεώτερος.———Πολέμȣ γὰρ ἄρχεσθ᾽ δικαῖοι τὸν νεὸν, φιλοφροσύνης δὲ τὸν πρεσβύτην.] " Senſus potius requirit βȣλεύ-" σεως, i. e. conſultationis, quam φιλοφροσύνης. " Juniorum enim eſt manu rem gerere: Se-" niorum vero, conſilium dare; quod Suidas " hic innuere velle videtur." *Kuſter*. Feſti-" nanter nimis vir doctiſſimus; neque enim vim τȣ̃, φιλοφροσύνης ſatis perſpexit. Depromptus autem eſt hic locus ex Syneſ. Epiſt. 142. ubi legitur: Πολέμȣ μὲν γὰρ ϗ ςάσεως ἄρχεσθ᾽. *Bellum enim et ſeditionem juniorum eſſe putat, pacem vero atque amicitiam ſeniorum.* Rem egregie explicat ipſe Syneſius Epiſt. 116. Πάλιν ȣ̃ν Ὁμήρῳ χρηςέον, ὅς πȣ φησὶν, ΑΡΧΕ, ΣΥ ΓΑΡ ΓΕΝΕΗΙΦΙ ΝΕΩΤΕΡΟΣ. Μάχη γὰρ μὴ γένοιτο μέν. Εἰ δὲ γένοιτο, ὁ νεώτερος αὐτῆς ἀρχέτω. Τοιȣ̃τον γάρ τι νοεῖται τῷ Ποσειδῶνι, τὸ παραχωρεῖν τȣ̃ προκατάρξασθ᾽ τῷ νεωτέρῳ θεῷ. Τὸν δὲ πρεσβύτερον ἡγεμόνα δεῖ τῶν καλλίςων εἶναι· κάλλιςον δὲ ὁμόνοια. Locus autem Homeri, ad quem reſpexit, eſt Il. Φ'. ver. 439.

ΑΣΠΙΔΗΦΟΡΟΙ———Ἀριςοφάνης·

Ἵςασθ᾽ ἐφεξῆς πάντες ἐπὶ τρεῖς ἀσπίδας.]

+ Thucyd. IV. 93. p. 294

PARS I. Inepte Interpres: *State deinceps omnes eo ordine, qui formam trium clypeorum imitetur.* + Ἐπὶ τρεῖς ἀσπίδας, eſt, *Tres* κατὰ βάθος. *Three deep.* Fruſtra autem hunc trimetrum in Comici σωζομένοις quæſiveris. Eſt enim ex Ariſtophanis *Babyloniis*, (cujus fabulæ, quæ hodie deſideratur, præter alios non ſemel meminit Suidas) uti nos docet Schol. ad Lyſiſt. ver. 282.

Οὕτω δ' ἐπολιόρκησ' ἐγὼ τὸν ἄνδρ' ὅμως ἐκεῖνον
Ἐφ' ἑπτακαίδεκ' ΑΣΠΙΔΩΝ πρὸς ταῖς πύλαις καθεύδων,

Ubi Schol. Ὅτι τὰς τάξεις ἀσπίδας ἔλεγον, καὶ αὐτὸς πάλιν Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις.

Ἴσαθ' ἐφεξῆς πάντες ὡπὶ τρεῖς ἀσπίδας.

Ἐπὶ τάξεσιν ἑπτακαίδεκα καθεύδων, ὡς τὸ βάθος τῆς φρουρᾶς ἑπτακαίδεκα κατέχειν ἀσπίδας. Vides jam quid ſit in re tactica ὡπὶ τρεῖς ἀσπίδας ἴσαθαι.

ΑΣΤΕΜΦΕΑ*——Οἱ δὲ ἀστεμφεῖς ἔστοι καὶ ὑπερόπται ῥήτορικῆς καὶ ποιήσεως ἔμοι δοκοῦσι εἰκόνες σύνεσεσθαι θεῷ καὶ ἀνθρώποις· πενία δὲ φύσεως μηδὲ τὰ σμικρὰ ἱκανοί.] Elegans hoc fragmentum de-

* Vide Gronovii Emendationes in Suidam, p. 77.—Vide et v. Θᾶττον.

ſcripſit

+ Porſon IV. 440

ſcripſit Suidas ex Syneſii Dion. p. 43. ita tamen ut nonnulla pro more interpolarit. Locum pulcherrimum adponam, ut videas quam belle hic ſe gefferit noſter Lexicographus. PARS I. Καὶ ὁ φιλόσοφος ὁ καθ' ἡμᾶς, σύνεσαι μὲν ἑαυτῷ τε καὶ τῷ θεῷ διὰ φιλοσοφίας. Σύνεσαι δὲ τοῖς ἀνθρώποις διὰ τῶν ὑφειμένων τὸ λόγῳ δυνάμεων. Ἐπιςήσεται μὲν οὖν ὡς ὁ φιλολόγος· κρινεῖ δὲ ὡς φιλόσοφος ἕκαςόν τε καὶ πάντα· οἱ δὲ ἀσεμφεῖς ἤτοι καὶ ὑπερόπται ῥητορικῆς καὶ ποιήσεως, ἃ μοι δοκοῦσιν ὀδὲ ἑκόντες εἶναι τοιοῦτοι· † πενία δὲ φύσεως μηδὲ τὰ σμικρὰ ἱκανοὶ, ὧν θᾶττον ἂν ἴδοις τὴν καρδίαν, ἢ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ, ἀδυνατούσης τῆς γλώσσης ἑρμηνεῦσαι τὴν γνώμην.

ΑΥΞΗ. Αὔξησις.* — Μὴ ἐφιέναι αὐτοῖς ὅπῃ μεγάλα δυνάμεως, ἀλλὰ παντὶ σθένει τὴν αὔξην αὐτῶν κωλύειν.] Scribendum: ὅπῃ μέγα δυνάμεως. Ita enim Græci loquuntur.† Et ſic quoque legitur apud Agathiam lib. i. p. 11. cujus hæc ſunt verba: Ἐδίδασκον δὲ ὡς χὴ αὐτὸς ἐς τὰ μάλιστα συνοίσειν, (lege, αὐτοῖς—συνοίσει) μὴ ἐφιέναι Ῥωμαίοις

* Αὔξη. Αὔξις. Αὔξησις.—Schol. ad Pindar. Nem. Ode ix. p. 406. Edit. P. Stephani: Ἀττικοὶ δὲ λέγουσι καύχην, τὴν καύχησιν· Καὶ ἄνθην, τὴν ἄνθησιν· Καὶ βλάστην, τὴν βλάστησιν. Polyb. Tom. i. p. 599. Πρὸς δὲ τούτοις εἰς τὰς θυσίας δέκα τάλαντα, καὶ εἰς τὴν ΕΠΑΥΞΗΣΙΝ τῶν πόλιτων ἄλλα δέκα — for the *advantage* of the Citizens.

† Ita etiam Suidas infra v. Λυκέργῳ.—Καὶ οὐ πολλῷ χρόνῳ ἐχώρησαν ΕΠΙ ΜΕΓΑ δυνάμεως.

PARS I. ΕΠΙ ΜΕΓΑ δυνάμεως αἱρομένοις, ἀλλὰ παντὶ σθένει τὴν αὔξην κολύειν. Repone ex Suida: τὴν αὔξην αὐτῶν ΚΩΛΥΕΙΝ. Longinus περὶ ὕψους § 44. ΚΩΛΥΕΙΝ τῶν ἐγκεκλεισμένων ΤΑΣ ΑΥΞΗΣΕΙΣ. Sic alter alterius ope ſublevandus. Locum autem non male expreſſit Interpres: *Oſtendebant præterea, hoc etiam ex illorum re maxime futurum, ſi non paterentur Romanos ad tantam potentiam evehi, ſed potius omnibus viribus eorum incremento officerent.*

ΑΥΤΟΚΑΚΟΝ ΕΟΙΚΕ ΤΩΙΔΕ. Ἄκρως καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἔοικε τῷδε εὔνοις.] "Obſcura hæc "mihi videntur, nec facile divinaturum quem- "quam puto, quid Suidas hic ſibi velit." *Kuſter.* Hæc non ſunt adeo obſcura, quin una atque altera literula facile illuſtrari poſſint. Legendum: τῷδε ΔΥΣΝΟΥΣ. Illud vero, Αὐτοκακὸν ἔοικε τῷδε, eſt fragmentum ex Scriptore aliquo petitum, quod recte interpretatur Suidas, ἄκρως καὶ καθ' ὑπερβολὴν δύσνους. *Ipſum malum, purum putum malum huic eſſe videtur.* i. e. inimiciſſimus, καθ' ὑπερβολὴν δύσνους. Sophocl. Antig. ver. 217.

ΤΟΝ ΤΗΙΔΕ ΔΥΣΝΟΥΝ ϰ᾽ τὸν εὐμενῆ πόλῃ.

ΑΥΤΟΚΙΝΗΤΟΝ. Αὐτοφυές. Τῷ δὲ Ἑρμείᾳ τῷ Φιλοσόφῳ τὸ αὐτοκίνητον ἀ προσήνθει τῇ πολυμαθείᾳ.] Hoc fragmentum depromptum eſt ex Damaſcio

Damaſcio in vit. Iſidori, ut diſcimus ex Photio, p. 1044. ubi ita legitur: Καί τοι ἐμέμνητο, ὡς εἰπεῖν, πάντων ὧν τε ἀκηκόει τοῦ διδασκάλου ἐξηγημένων, καὶ τῶν ἐν βιβλίοις ἀναγεγραμμένων, ἀλλὰ ΤΟ ΑΥΤΟΚΙΝΗΤΟΝ ὃ προσήνθει τῇ Φιλομαθίᾳ. Ubi τὸ αὐτοκίνητον non male reddunt, *mentis celeritas*, ſive *ingenii dotes*. Doctrina ſcilicet et memoria abundabat Hermias, ſed ab ingenio tamen atque inventione laborabat. Hic eſt ſenſus Damaſcii. PARS I.

ΑΦΑΓΝΙΣΑΙ. Ἀποδῦναι. Καθιερῶσαι. Λέγεται δὲ καὶ τὸ συλῆσαι.] "Scribendum eſt, "Ἀφαγνίσαι, ἀποδῦσαι, vel, ut Porto videtur, "ἀποδῦναι, i. e. *exuere*. Heſychius: Ἀφαγνίσας, "ἀποδύσας ἢ συλήσας. Καὶ ἀφαγνίσαι, (ſic enim "locus ille ſupplendus eſt) Καθιερώσασθαι, ἀφο"σιώσασθαι." *Kuſter*. Viri doctiſſimi κρίσις non una de cauſa minus ſatisfacit. Primum vulgatam lectionem non parum firmat Cyrill. in Lex. MS. qui ἀποδοῦναι exhibet. Deinde ſi Suidas dediſſet ἀποδῦσαι vel ἀποδῦναι, non utique addidiſſet, λέγεται δὲ καὶ τὸ συλῆσαι. Idem enim ἀποδῦναι ſive ἀποδῦσαι et συλῆσαι. Quod vel ex Heſychio liquet. Addo Ariſtoph. Eccleſ. ver. 664.

Οὐδ' ΑΠΟΔΥΣΟΥΣ ἄρα τῶν νυκτῶν ——
Neque nocte obvios ſpoliabunt.

Videor

PARS I.

Videor autem locum αὐτότατον inveniſſe, quo reſpexit Suidas. Sed in eo erravit noſter Lexicographus, quod lectionem dubiæ quidem fidei, ut ſæpius evenit, fuerit ſecutus. Locus eſt apud Sophoclem in Antig. ver. 201.

Ἐτεοκλέα μὲν, ὃς πόλεως ὑπερμαχῶν
Ὤλωλε τῆσδε, πάντ' ἀριςεύσας δορὶ,
Τάφῳ τε κρύψαι, καὶ τὰ πάντ' ΑΦΑΓΝΙΣΑΙ
Ἃ τοῖς ἀρίςοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς.

Ita quidem edidit Canterus, vir doctiſſimus, adplaudentibus Joſepho Scaligero, et Henrico Stephano. Quibus et ſe comitem, qualem qualem, nuperrime adjunxit Burtonus noſter. Vereor equidem ut recte. Neque enim ea eſt utique vis τῷ, ἀφαγνίσαι, ut huic loco ſatis conveniat. Nam quod Suidas exponit per ἀποδῦναι, *juſta perſolvere*, vereor ut id præſtare poſſit. Ἀφαγνίσαι eſt, *luſtrare, expiare, purificare*. Harpocratio: ΑΦοσιῶ, ἀντὶ τοῦ ἀποκαθαίρω, ἀφαγνίζω. Agathias lib. ii. p. 38. Παράγει ἐς μέσον τ' ἀνδροφόνον, ὡς ἐχ ὅσιον ὂν ἅπτι τὸν πόλεμον ἴεναι, πρὶν ἀπολυμήναδζ χ' ΑΦΑΓΝΙΣΑΙ τὸ μίασμα. *Homicidam in medium produxit, tanquam fas non eſſet prælium adire, niſi cæde prius expiata.* Eurip. in Alceſt. ver. 1146.

Οὔπω θέμις σοὶ τῆσδε προσφωνημάτων
Κλύειν, πρὶν ἂν θεοῖσι τοῖσι νέρτεροις
ΑΦΑΓΝΙΖΗΤΑΙ * ———

* Legendum: ΑΦΑΓΝΙΣΗΤΑΙ.

Non

*Non fas est te hanc alloquentem audire, priusquam fuerit purificata, oblatione scilicet facta diis infernis.** Vides jam verbum istud ἀφαγνίσαι sedem in loco Sophocleo non satis belle tueri posse. Nescio tamen annon pro eo stare quodammodo videatur ipse Sophocles infra ver. 555:

Θανεῖν τε σὺν σοὶ, τὸν θάνοντα θ' ἁγνίσαι.

Ubi Schol. ἀντὶ τοῦ, τιμῆσαι. Sed aliud est, τὸν θανόντα ἁγνίσαι, aliud τὰ πάντα ἀφαγνίσαι. Adde quod libri veteres universi ἀφανίσαι agnoscant. Quibuscum facere videtur Hesychius: Ἀφανίσαι, σκεπάσαι. Quare hoc Catone contentus, pristinam lectionem revocandam, atque ita tandem locum, qui et alio morbo adfectus est, redintegrandum censeo:

Τάφῳ τὲ ΚΡΥΨΑΙ, καὶ τὰ ΠΑΝΤΑ Γ'ΑΦΑΝΙΣΑΙ
Ἃ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς.

Eteoclem, qui bello strenue se gesserit, et pro urbe pugnans interierit, terræ mandent, atque omnia insuper condant, quæ una cum præclaris mortuis condi solent. Hic est sensus loci, quem minus

* Menander in Excerpt. Hœschelii, p. 127. Ὧδέ τε ἔδοξαν καὶ σφᾶς ΑΦΑΓΝΙΖΕΙΝ. Pausanias p. 185. Edit. Kuhnii: Καθίσαντες δὲ ἐνταῦθα ἐκάθαιρον καὶ εἰστίων, ἐς ὁ ΑΦΗΓΝΙΣΑΝ. Et LXX in Numerorum vi. 2, 3. Ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ὃς ἂν μεγάλως εὔξηται εὐχὴν ΑΦΑΓΝΙΣΑΣΘΑΙ ἁγνείαν Κυρίῳ, ἀπὸ οἴνου καὶ σίκερα ἁγνίσθησεται.

cepisse

PARS I. cepisse videntur Editores. De more autem ea una condendi, quæ mortuis vel honori vel usui futura erant, ἐν ᾄδῃ scilicet, consulendi viri docti, qui de funeribus Veterum scripserunt. Verba autem κρύψαι et ἀφανίσαι conjungi solent. Pollux vi. 209. Ἀφανίσαι δὲ ἂν εἴποις, κρύψαι, κατακρύψαι. Longus Pastor lib. ii. Ἡ Σύριγξ ἔφευγε κ᾽ τὸν Πάνα κ᾽ τὴν βίαν. Φεύγουσα, κάμνουσα (leg. καὶ κάμνουσα) ἐς δόνακας ΚΡΥΠΤΕΤΑΙ, εἰς ἕλος ΑΦΑΝΙΖΕΤΑΙ. Ælian. de Animal. ii. 7. Τῇ ψάμμῳ ΑΦΑΝΙΖΕΣΘΑΙ, καὶ ἑαυτὰ ΑΠΟΚΡΥΠΤΕΣΘΑΙ.* Quin et, quod palmarium est, verbo ἀφανίζειν in re funebri utitur mox infra Sophocles ver. 261.

> Ὁ μὲν γὰρ ΗΦΑΝΙΣΤΟ, τυμβήρης μὲν ἄ.
> *Ille quidem tectus, tumulo autem non conditus, erat.*

Ita est distinguendus et interpretandus iste locus. Quod et recte vidit Scholiastes.

ΑΦΕΙΝΤΑΙ. Προϊέναι. Ἠμέληται.† Ποῖ φέ-

---

* Schol. ad Pindar. p. 28. Ὁ κόρος ΚΡΥΨΙΝ θέλων καὶ ΑΦΑΝΙΣΜΟΝ θεῖναι τοῖς τῶν εἰδώλων κακοῖς. Plutarch. de Iside et Oiride, p. 98. Edit. Squire: Ἡ γὰρ λεγομένη κάθειρξις εἰς τὴν σορὸν Ὀσίριδος, οὐδὲν ἔοικεν ἀλλ᾽ ἢ ΚΡΥΨΙΝ ὕδατος κ᾽ ΑΦΑΝΙΣΜΟΝ αἰνίττεσθαι.

† Schol. ad Lucian. p. 3. Προϊέμενοι, ἀμελήται.

ρομαι;

ρομαι; πάντη δὲ Φρενῶν οἱ ἀφεῖνται.] Versus mutilus est atque ita supplendus: PARS I.

Ποῖ φέρομαι; πάντη δὲ Φρενῶν ΟΙΑΚΕΣ ἀφεῖνται.
Quo feror? mentis autem gubernacula omnino laxata sunt.

Plutarch. Arato p. 1044. Διὸ καὶ μέμφονται τὸν Ἄρατον, ἐν σάλῳ μεγάλῳ καὶ χειμῶνι τῶν πραγμάτων φερομένων, ὥσπερ κυβερνήτην ΑΦΕΝΤΑ καὶ ΠΡΟΕΜΕΝΟΝ ἑτέρῳ τὰς ΟΙΑΚΑΣ, ὅτε καλῶς εἶχε καὶ ἀκόντων ἅπαντα σώζειν τὸ κοινόν. Hæc scripseram, cum incidi in Epigram. Anthol. lib. vii. p. 612. ubi ita legitur, prout emendaveram. Epigramma integrum adscribam:

Κῦμα τὸ πικρὸν ἔρωτος, ἀκοίμητοί τε πνέοντες
Ζῆλοι, καὶ κώμων χειμέριον πέλαγος.
Ποῖ φέρομαι; πάντη δὲ Φρενῶν οἴακες ἀφεῖνται,
Ἢ πάλι τὴν τρυφερὴν Σκύλλαν ἀποψόμεθα. *

Scribe, ἐποψόμεθα. Hesychius: Ἐπόψομαι, θεωρήσω. Epigram. Anthol. lib. ii. p. 263.

Εἰς ἀΐδην πάντεσσι κατοίβασις· εἰ δὲ τάχιον
Ἡμετέρη, Μίνω θᾶσσον ΕΠΟΨΟΜΕΘΑ.

---

* Lycophron, v. 825.

ΕΠΟΨΕΤΑΙ μὲν πρῶτα Τυφῶνος σκοπάς.

Epigram. in Anthol. p. 76.

Ἡμεῖς δ' οὔτ' ἀκτῆς ἐπιβαίνομεν, ἔτ' ἐν ΑΠΟΨΕΙ
Γιγνόμεθ', ὡς αἰεί, Σώσυλε, τὸ πρότερον.

Philostratus

PARS I.

Philoſtratus vit. Apollon. iv. 47. Τὰς ἀμπώτεις τῦ ὠκεανῦ ΕΠΟΨΟΜΕΝΟΣ. Æſchylus in Prometh. λυομένῳ apud Arrian. Perip. Pont. Euxin.

——————————ἥκομεν *
ἄθλας τὰς σὰς τάσδε, Προμηθεῦ,
δεσμῦ τε πάθος τόδ' ΕΠΟΨΟΜΕΝΟΙ.

Ita ſcribendus iſte locus. Vulgo τὰς σὰς ἄθλας, renitente licet metro. Eſt autem hoc Meleagri Epigramma in Ἔμπορον ſive mercatorem quendam, qui cum Scyllam et Charybdin non ita pridem effugiſſet, nunc demum Scyllæ mulierculæ cujuſdam amoribus implicitus, eundem plane curſum erat periclitaturus. Hæc eſt mens Epigrammatis, quam nemo Interpretum vidit. Eleganter autem, et non ſine acumine, utramque Scyllam τρυφερὴν vocat.

ΑΦΡΟΥΡΗΤΟΥΣ.—Θάσιοι εἶπον πρὸς Μητρόδωρον τὸν Φιλίππυ στρατηγὸν παραδῦναι τὴν πόλιν, ἐὰν διατηρήσει αὐτὸς, ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, ἀνεπισκεπτήτους, νόμοις χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις.] Depromptus eſt hic locus ex Polybio, uti teſtatur Suidas ad

* Heath alio modo, p. 161. Sed ἵκομεν primam producit.—Suid. v. Οἰκεύς.

Οἰκεύς τις, ὅσπερ ἵκετ' ἐκσωθεὶς μόνος.

Quid quod verbum ἵκειν Muſa Attica ignorat.—Etymol. Mag. v. Ἐννεακρῆνος. Ubi legendum: Ἥξει δέ. Vulgo: Ἵξει δέ.

v

v. Ἀνεπισαθμεύτως· ſed ex ea parte hiſtoriarum ejus, quæ hodie deſideratur. Oratio autem vitioſa eſt et nonnihil ſolœci alit. Διατηρήσει αὐτὸς χρῆσθαι ——— Reſcribo: ΩΣ νόμοις χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις, vel, quod malim, νόμοις ΧΡΩΜΕΝΟΥΣ τοῖς ἰδίοις. Quomodo quidem locutus eſt Polybius in loco plane gemello, lib. iv. p. 482. Ὁ δὲ Φίλιππος πειθεὶς ἐξαπέστειλε τὸν Ἀμφίδαμον χωρὶς λύτρων· κελεύσας ἐπαγγέλλεσθαι τοῖς Ἠλείοις, ἐὰν ἕλωνται τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν, ὅτι τὰ μὲν αἰχμάλωτα πάντα χωρὶς λύτρων ἀποδώσει· τῇ δὲ χώρᾳ τὴν ἀσφάλειαν αὐτὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἐκτὸς παρασκευάσει. Πρὸς δὲ τούτοις ΑΥΤΟΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣ ΑΦΡΟΥΡΗΤΟΥΣ ΑΦΟΡΟΛΟΓΗΤΟΥΣ ΧΡΩΜΕΝΟΥΣ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΠΡΑΓΜΑΣΙ ΔΙΑΤΗΡΗΣΕΙ. Polybium imitatus videtur Dionyſ. Halicarn. Antiq. Rom. lib. iii. 60. p. 187. Τὰς τε πόλεις ἀφίημι πάσας ΑΦΡΟΥΡΗΤΟΥΣ ΚΑΙ ΑΦΟΡΟΛΟΓΗΤΟΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥΣ πολιτείας τε κόσμον ἑκάστῃ φυλάττειν συγχωρῶ τὸν ἀρχαῖον.

ΑΧΡΩΜΟΣ.—Ἦν δὲ ἡ ἐργασία αὐτῷ ἄχρωμος· (τουτέστιν, ἀναιδής) ἐπὶ πορνείᾳ γὰρ ἐκαθέζετο.] Hoc fragmentum deſcriptum eſt ex Artemidoro lib. iv. cap. 44. ubi ita legitur: Ἔδοξέ τις τὴν ἑαυτῷ γυναῖκα ἐπὶ πορνείῳ καθημένην ἐν ἱματίοις πορφυροῖς ὁρᾶν. Ἐποιησάμεθα τὴν κρίσιν, ἐκ ἀπὸ τῶν ἱματίων ἐδὲ ἀπὸ τῆς καθέδρας, ἐδὲ ἀπὸ ἄλλου τινὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ πορνείου μόνου. Τελώνης ὁ ἰδὼν ἐγένετο. Ἦν

PARS I. Ἦν γὰρ αὐτῷ ἡ ἐργασία ΑΧΡΩΜΟΣ. Τέχνην γὰρ ἢ πραγματείαν ἢ ἔργον τὸ ἰδόντος τὴν γυναῖκα νομίζομεν εἶναι. Hinc Suidas notulam ſuam deprompſit, ſed ita ut ſenſum totius loci perverterit; ut quivis eruditus animadvertet. Eſt autem ἄχρωμος vox ex rarioribus. Gloſſæ: Ἄχρωμος, *Impudica, Impudicus.* Ἀχρωμία, *Impudicitia.* Cæterum notanda Suidæ lectio, ἐπὶ πορνείᾳ. Sic Græci ἐπὶ τέγους, ἐπὶ οἰκήματος καθέζεσθαι. Sed non minus recte Artemidorus, ἐπὶ πορνείῳ. Xenarchus Comicus apud Athenæum lib. xiii. p. 569.

Ὅπου γὰρ ἀσῶν μειράκων μαλ' εὐπρεπῶν
ΕΠΙ ΤΟΙΣΙ ΠΟΡΝΕΙΟΣΙΝ,* ΑΣ ἔξεσθ' ὁρᾶν
Εἰληθερύσας, στέρνα τ' ἠμφιεσμένας,
Γυμνάς τ' ἐφέξης ———

Tyrwhitt IV. 419.

Ita legendum. Vulgo nulla metri vel ſenſus ratione habita, μάλ' ἔξεσθ' ὁρᾶν. Ariſtoph. Plut. ver. 338.

ΕΠΙ ΤΟΙΣΙ ΚΟΥΡΕΙΟΣΙ τῶν καθημένων.

---

* Euripides apud Stob. Excerpta de Rerum Natura, p. 129. Edit. Grot.

Μόνας δ' οὔτ' ΕΠΙ ΒΩΜΟΙΣ
ἐλθεῖν, οὔτε βρέτας Θεᾶς
ἐστὶν, ὃ σφαγίων κλύει.

Et S. Joannes iv. 6. ἐκαθίζετο οὕτως ΕΠΙ ΤΗ ΠΗΓΗ.

Aliud

Aliud ſcilicet eſt ἐπὶ τορνείᾳ, aliud ἐπὶ τορνείῳ,* aliud denique ἐν τορνείῳ. Sed hæc non omnes intelligunt, quippe quæ ſubtiliora ſunt, nec facile capi poſſunt, niſi ab iis, qui harum literarum guſtum aliquem habent. Addo tantum, viros primarios non raro haſce phraſes confundere, quæ tamen nullo negotio diſtingui et diſcriminari poterant, ſi id nunc ageremus. PARS I.

B

ΒΑΠΤΑ.—Βαπτὰ ἱμάτια ἐφόρων οἱ νυμφίοι πρὸς τὸ φαίνεσθαι τεκμήριον τῆς φθορᾶς.†] "Apud enarratorem Comici rectius legitur "τεκμήριον τῆς βαφῆς· quam lectionem in verſi- "one ſecutus ſum." *Kuſter.* At vero in aliam

* Plutarchus in Nicia p. 246. Edit. Bryan. καθίσας ΕΠΙ ΚΟΥΡΕΙΟΝ habet. Ubi Moſes Du Soul: "Non ſolent ſic efferre "Græci, ſed ἐπὶ ΚΟΥΡΕΙΟΥ. Sic noſter ipſe Op. Mor. 896, "21. Προσδύτων τινῶν ἐπὶ ΚΟΥΡΕΙΟΥ διαλεγομένων. Sic Lucian. "de Conſer. Hiſt. Sic Ariſtoph. Schol. ad Plut. aliique. Nun- "quam ἐπὶ κειρεῖον· quamvis aliquando etiam ἐπὶ κειρείῳ habeant; "ut eo in loco Ariſtoph. Eſt autem fabulæ illius ver. 338." Sed locus denique vertendus: *ad tonſtrinam.* Ita etiam apud S. Matth. ix. 9. Εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον ΕΠΙ ΤΟ ΤΕΛΩΝΙΟΝ.

† Plutarch. in lib. de EI apud Delphos, p. 393. vol. 2. Ed. Lutet. 1624.—Καὶ τὰ μιγνύμενα τῶν χρωμάτων οἱ βαφεῖς, φθείρεσθαι, καὶ φθορὰν τὴν μίξιν ὀνομάζουσιν. Sed vide Hemſterhuſium ad Lucian. vol. i. p. 31.

PARS I. utique ſententiam poſtea ivit vir doctiſſimus in notis ad Ariſtophanes Plutum ver. 530. idque recte admodum; plaudente etiam Cl. Hemſterhuſio ad locum. Sed vitium hic ſubeſt, quod doctiſſimorum hominum oculos effugit. Illud enim φθορᾶς, ſi ſenſum loci ſpectes, omnino poſtulat ut legatur αἱ νύμφαι. Quæ veriſſima lectio. Novæ nuptæ ſcilicet veſtes verſicolores geſtabant, ut eſſent indicium virginitatis deminutæ ſive corruptæ. Noſtra autem emendatio, αἱ νύμφαι, ex verbis ſequentibus Scholiaſtæ firmatur egregie. Οὐκ ἔσαι ἂν σοι, φησὶ, ποικίλα ἱμάτια ἐπὶ τῷ κοσμῆσαι THN NYMΦHN. *Non habebis veſtes pictas ad novam nuptam ornandam.* Atque hinc intelligendus Ariſtophanes, cujus ſenſum minime perſpexiſſe videntur Editores.

ΒΑΣΙΛΙΝΔΑ. Τὴν βασίλειαν. Καὶ βασιλίνδα εἶδος παιδιᾶς.] " Scribo Βασιλίνναν, τὴν βα-
" σίλειαν. i. e. *Reginam.* Vel totum hunc lo-
" cum ſic legendum et emendandum eſſe puto:
" Βασιλίνδα, εἶδος παιδιᾶς. Βασιλίδα δὲ βασίλειαν.
" i. e. Βασιλίνδα, *genus luſus.* Βασιλίδα verò *Re-*
" *ginam.* Βασιλίνδα enim ſignificare *regnum* (ut
" hodie quidem in codicibus Suidæ legitur)
" quis auctor vel Grammaticus uſpiam tradi-
" dit? Cæterum pro Βασιλίνδα, βασιλείαν, ſcri-
" bendum eſſe Βασιλίδα, βασιλείαν, ut diximus,

" etiam

" etiam Portus ante me conjecerat." *Kuſter.* Verum hic quidem quaſi per tranſennam viderunt viri doctiſſimi Portus et Kuſterus. Sine dubio enim ſcribendum: Βασιλίδα, τὴν βασιλείαν. Reſpexit Suidas, quod nemo vidit, ad Sophoclis Antig. ver. 1057.

Τὴν βασίλειαν μόνην λοιπήν.

Ubi Schol. Τὴν βασιλίδα, τὴν βασίλειαν. Qui ordo verborum apertiſſime demonſtrat iſtum Scholiaſtam τὴν βασιλίδα apud Tragicum olim legiſſe. Quare vereor ne interpretamentum alicujus magiſtri, pro more iſtorum hominum, in locum veræ lectionis ſubſtituerint Librarii. Vide igitur annon reſcribendum ſit:

Λεύσσετε, Θήβης οἱ κοιρανίδαι,
Τὴν ΒΑΣΙΛΙΔΑ ΤΗΝ μόνην λοιπὴν,
Οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω
Τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα.
Videte, Thebarum Principes,
Reginam me ſolam relictam,
Qualia et a quibus patior
Propterea quod pie feci.

Vocem autem βασιλὶς uſurpaſſe videtur Sophocles in Troilo apud Polluc. x. 165. ex emendatione Caſauboni τῷ πάνυ ad Athenæum.

Σκάλμη γὰρ ὄρχεις ΒΑΣΙΛΙΣ ἐκτέμνασ' ἐμάς.

PARS I. Vulgo βασιλεῖς, reſpuente et metro et ſenſu. Eurip. Hecuba, ver. 552.

——— ἐν νεκροῖσι γὰρ
Δέλη κεκλῆσθ' ΒΑΣΙΛΙΣ ὅσ' αἰσχύνομαι.

Scriptor neſcio quis apud Suid. verb. Ἐξώκειλεν. Ἡ δὲ Κλεοπάτρα ΒΑΣΙΛΙΔΑ ΒΑΣΙΛΙΔΩΝ ἑαυτὴν ἀνεῖπεν· ἐς τοσοῦτον ἄρα φρονήματος ἐξώκειλεν. *Cleopatra eo inſolentiæ provecta eſt, ut ſe Reginam Reginarum appellaret.* Nimirum recte dixeris βασιλὶς et βασίλεια, adnotante etiam Phrynicho: Βασίλισσα ἐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπεν, ἀλλὰ βασίλεια ἢ βασιλίς. Sed, ut quod res eſt, fatear, quippe qui Scholiaſtas iſtos atque eorum deliramenta probe noverim, tutius fuerit vulgatam lectionem retinere, tum quod metro conveniat, tum quod voce βασίλεια alibi utatur Sophocles in loco, ſi quis alius, integerrimo. Aj. ver. 1320.

——— ἥ φύσει μὲν ἦν
ΒΑΣΙΛΕΙΑ Λαομέδοντος ———

Accedit Ariſtophanes Attici ſermonis canon, Ran. ver. 385.

Ἄγε νῦν ἑτέραν ὕμνων ἰδέαν τὴν καρποφόρον ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ
Δήμητρα θεὰν ὀπικοσμοῦντες ζαθέαις μολπαῖς χελαδεῖτε.

ΒΙΟΥΤΑΙ. Ἀντὶ τοῦ, ζῇ ἢ ζήσεται.—Οὕτως Ἡρόδοτος.] Locus Herodoti, quem reſpexit Suidas, eſt, lib. 2. c. 177. Νόμον τὲ Αἰγυπτίοισι τόνδε Ἄμασις

μασὶς ἐϛι ὁ καταξῆσας· ἀποδεικνύναι ἔτεος ἑκάϛῳ τῷ νομάρχῃ πάντα τινὰ Αἰγυπτίων, ὅθεν ΒΙΟΥΤΑΙ. Ubi ineptiſſime Jacobus Gronovius ex MS. Mediceo reponit, βεβαιῶται. Vulgatam autem lectionem non modo Suidas, ſed ipſius loci ſententia ſatis tuetur. *Legem hanc quoque Ægyptiis Amaſis præſcripſit, ut quotannis apud regionis præſidem Ægyptii omnes indicarent, unde ſe alerent.* Eadem fere, tanquam νόμον Σαρδῶον, refert Ælian.* Var. Hiſt. iv. 1. Τῶν δὲ αὐτῶν ἐϛι νόμος τοιῶτος· Ἀργίας ἦσαν δίκαι, καὶ τὸν εἰκῇ ζῶντα ἔδει κρίνεσθαι, κ᾽ διδόναι τὰς εὐθύνας, ΑΠΟΔΕΙΚΝΥΝΤΑ ΟΘΕΝ ΖΗΙ. Cæterum lectio iſta MSti Medicei percommode nos admonet loci cujuſdam apud Hieroclem in fragment. p. 290. Ed. Needham. qui perinde corruptus eſt, et acumen magni Bentleii effugit. Θεῶν τὲ γὰρ εἰκόνες ΒΕΒΑΙΟΤΑΤΑΙ, (οἱ γονεῖς) κ᾽ ὑπὲρ τὰς τῶν τεχνῶν δυνάμεις καθιγμέναι τῆς ἐμφερείας. Ubi vir doctiſſimus reſcribendum cenſuit, εἰκόνες τελειόταται. Sed vera lectio ſine controverſia eſt: εἰκόνες ΕΜΒΙΩΤΑΤΑΙ.† Quod elegantiſſimum quidem eſt. *Sunt enim Parentes Deorum quam maxime vivæ imagines, et tam exactam ſimilitu-*

PARS I.

* Plutarchus in Solon. p. 198. Edit. Bryani, tanquam νόμον Σόλωνος—Τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἔταξεν ἐπισκοπεῖν ΟΘΕΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΕΧΕΙ ΤΑ ΕΠΙΤΗΔΕΙΑ κ᾽ τὲς ἀργὲς κολάζειν.

† Ælian. de Animal. Nat. x. 16. Αἱ δὲ πατοῦσι τὲς πυρὲς, κ᾽ εἰς ὑγρὰν τὴν γῆν ὠθοῦσιν, ἵνα μείνῃ ΕΜΒΙΟΣ, κ᾽ μὴ ὑπὸ τῶν ὀρνίθων ἀναλωθῇ·

PARS I. *dinem conſecutæ, quantam nulla ars aſſequi aut exprimere poteſt.* Haud aliter locutus eſt Syneſius de Regno p. 32. Λόγῳ μὲν αὐτὸς ὑποχόμενος ΑΝΔΡΙΑΝΤΑ βασιλέως σοι δέῖξαι, —— παρὰ σοῦ δὲ αὐτὸν ἀντήτην EMBION ἀπολαβεῖν ϗ κινήμενον.*

ΒΟΤΑ. Βοσκήματα. —— Τὰς πλησίον ὑπερβάλλοντας λόφους, μεσὸν εὑρήσεσι τὸ πεδίον παντοίων βοτῶν.] Hoc fragmentum deſumpſit Suidas ex Dionyſio Halicarn. Antiq. Rom. lib. ix. p. 554. ubi ita emendatius legitur: Τὰς πλησίον ΥΠΕΡΒΑΛΟΝΤΕΣ λόφους ἐν ὀλίγῳ δή τινι χρόνῳ μεσὸν εὑρήσεσι τὸ πεδίον παντοίων βοτῶν.

ΒΟΥΚΟΛΗΣΑΣ. Ἀπατήσας. Βυκόλημα, τὸ θέλγημα. — Καὶ ὅπως ἔχῃ τι βυκόλημα τῆς λύπης, ἐνέθηκε τοῖς τοίχοις ποικίλας γραφὰς ζώων.] Verſus ſunt Choliambi atque ita ſcribendi:

Χὥπως ἔχῃ τι βυκόλημα τῆς λύπης,†
Ἐνέθηκε τοίχοις ποικίλας γραφὰς ζώων.
Et ut aliquid doloris ſolatium haberet,
Variis animalium formis parietes ornavit.

---

* Theodoret. de Græc. Affect. Curat. Serm. xii. p. 166. Edit. Sylburgii: Ὁ γὰρ δὴ ὅτω ῥυθμίζων τὲ ϗ διαμορφῶν τὴν ψυχὴν, ὃ μόνον τῶν θείων νόμων τὲς χαρακτῆρας ἐκμάττεται, ἀλλὰ ϗ αὐτὸ γε τῷ νομοθέτῃ ΖΩΣΑ τὶς ΕΙΚΩΝ ϗ ΛΟΓΙΚΗ γίγνεται. Et Lactantius de Orig. Error. p. 119. VIVUM Dei ſimulachrum.

† Vide Suidam ad v. Αἰώρα.

Παρῆλθεν ὅτω βυκολοῦσα τὴν λύπην.

Sunt

Sunt autem Babrii, opinor, Χωλιαμβογράφου, cujus ſenarios paſſim laudat noſter Lexicographus. " Eſt autem depromptum ex Schol. Ariſtoph. Pac. 152. quod et monuit Kuſterus." PARS I.

Γ

ΓΕΝΕΙΑΣ. Αἱ τρίχες.

—— Ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος
Κρῆνοι διερράινοντο κρηναίου ποτοῦ.

Depromptus eſt hic locus ex Sophocl. Trachin. ver. 13. Eſt autem paulo auctior hic articulus in Edit. Mediolanenſi. Sequitur enim, Ζήτει ἐν τῷ, Ἀπόνοια.

ΓΕΡΩΝ ΠΙΘΗΚΟΣ ΑΛΙΣΚΕΤΑΙ ΜΕΝ, ΜΕΤΑ ΧΡΟΝΟΝ ΔΕ ΑΛΙΣΚΕΤΑΙ. Ἐπὶ τῶν ἅπαξ δυσυχησάντων.] Leguntur etiam hæc verba infra v. Πίθηκος. Excerpta autem ſunt ex Diog. Laërtio vit. Heraclidis v. 6. ubi ita haud paulo emendatius ſcribuntur:

Γέρων πίθηκος ἐχ ἁλίσκεται πάγῃ,
Ἁλίσκεται μὲν, μετὰ χρόνον δ' ἁλίσκεται.

ΓΕΦΥΡΙΖΩΝ. Χλευάζων. Ἐξευτελίζων.—Πολύβιος· Ὁ δὲ Σύλας πορθήσας τὰς Ἀθήνας, ἐδέησε μικρὸν διαφθεῖραι τὴν πόλιν θυμῷ, διὰ τὰ σκώμματα,

PARS I. τα, ἃ δὴ πολλὰ κατ' αὐτὸ γεφυρίζων καὶ ἐπικερτομῶν ὁ Ἀρίστων παρ' ὅλην ἀπέρριπτε τὴν πολιορκίαν.]
" Recte Caſaubonus ad Polybium p. 1530.
" monuit mendoſe hic laudari Polybium, quo-
" niam in fragmento quod ſubjungitur, men-
" tio fit Syllæ, qui poſt Polybii ætatem vixit."
Kuſter. Quod fecit hic Suidas, ut alium pro alio laudaverit, fecit non ſemel. Id vero ſummæ oſcitantiæ atque ἀλογίας eſt, Polybium de rebus Syllæ, qui longe poſterior fuit, agentem introducere. Miror autem Cl. Kuſterum non vidiſſe legendum, ὁ Ἀριστίων, *Ariſtio.* Ita enim eum uno ore omnes appellant. Egregie hunc hominem depinxit Plutarchus in Sylla: Δεινὸς γάρ τις ἄρα καὶ ἀπαιραίτητος εἶχεν αὐτὸν (Σύλλαν) ἔρως ἐλεῖν τὰς Ἀθήνας· εἴτε ζήλῳ τινὶ πρὸς τὴν πάλαι στιαμαχθέντα τῆς πόλεως δόξαν, εἴτε ΘΥΜΩι ΤΑ ΣΚΩΜΜΑΤΑ ΦΕΡΟΝΤΑ καὶ τὰς βωμολοχίας, αἷς αὐτόν τε καὶ τὴν Μετέλλαν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἑκάστοτε ΓΕΦΥΡΙΖΩΝ καὶ κατορχούμενος ἐξηρέθιζεν ὁ τύραννος ΑΡΙΣΤΙΩΝ, ἄνθρωπος ἐξ ἀσελγείας ὁμοῦ καὶ ἀμότητος ἔχων συγκειμένην τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ χείρισα τῶν Μιθριδατικῶν συνερρυηκότα νοσημάτων καὶ παθῶν εἰς ἑαυτὸν ἀνειληφώς. Eadem quoque leguntur in Excerptis ex Dion. p. 649. Ed. Valeſ. De Ariſtione vero illo conſulendi etiam Strabo, Pauſanias, et præter cæteros Appianus in Mithridaticis, qui πολιορκίαν hanc omnem fuſe deſcribit.

ΓΛΩΣΣΑ

ΓΛΩΣΣΑ ΤΑΜΙΕΙΟΥ. Ἣν ἔσχε Κυρῖνος ὁ σοφιστὴς ἐκ βασιλέως] Philoſtratus vit. Sophiſt. ii. 29. de Quirino. Προσφυέστερος δὲ ταῖς κατηγορίαις δοκῶν, ΕΠΙΣΤΕΥΘΗ ΕΚ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΤΑΜΙΕΙΟΥ ΓΛΩΤΤΑΝ. *Cum ad cauſas agendas a nātura videretur aptus magis, ab Imperatore fiſci advocatus eſt conſtitutus.* Ad hunc locum reſpexit Suidas. Eadem quoque fere leguntur infra v. Κυρῖνος.

ΓΝΑΘΑΙΝΙΑ. Ὄνομα κύριον. Καὶ Γναθαίνιος. Ὄνομα κύριον.] Reſcribe meo periculo: Γναθαῖνα ——— Γναθαίνιον. *Gnathæna* et *Gnathænium* ſcorta fuere celeberrima; de quibus Athenæus lib. xiii. p. 583. Αἱ γὰρ καλαὶ ἡμῶν Ἀθῆναι τοσοῦτον πλῆθος ἤνεγκαν ἑταιρῶν, περὶ ὧν ἐπεξελεύσομαι, ὅτον γε δύναμαι, ὅσον ὄχλον εὐανδρεῖσα πόλις οὐκ ἔσχεν. Ἀνέγραψε γοῦν Ἀριστοφάνης μὲν ὁ Βυζάντιος ἑκατὸν καὶ τριακονταπέντε ——— ἄγραφοι δὲ εἰσὶν αὐτῷ Μεγίστη, Ἀγαλλὶς, Θαυμάριον, ΓΝΑΘΑΙΝΑ καὶ ταύτης θυγατριδῆ ΓΝΑΘΑΙΝΙΟΝ. Addo Machonem Comicum apud Athenæum p. 581.

Εἰς τὰς Ἀθήνας παρεπιδημήσας ξένος
Σατράπης πάνυ γέρων ὡς ἐνενήκοντ' ἐτῶν,
Κρονίοις ἀπιδσαν εἶδε ΤΗΝ ΓΝΑΘΑΙΝΙΟΝ
Μετὰ ΤΗΣ ΓΝΑΘΑΙΝΗΣ ἐξ Ἀφροδισίᾳ τινός.

Ubi, ut obiter id notem, verſus ſecundus pedibus æger eſt, atque ita eſt ſuſtentandus:

Σατράπης

PARS I.

Σατράπης πάνυ γέρων ΩΝ, ἐνενήκοντ' ΩΣ ἐτῶν. *Satrapa, valde quidem ſenex, circiter annos nonaginta natus.*

ΓΝΑΦΑΛΟΙ. Ἐδοξέ τις ἐν τῇ τύλῃ πυρὸς ἔχειν ἀντὶ γναφάλων, καὶ παιδάριον ἐγέννησεν ἄρρεν. Πτίλων τῶν ὑπὸ γνάθοις κειμένων.] Nihil hic vidit doctiſſimus Kuſterus. Rem optime perſpexit et explicavit Cl. Bos ad Suidam; ſed in eo lapſus eſt vir Cl. quod πίλων pro πτίλων repoſuerit. Cervicalia enim ſive pulvinaria πτίλωτὰ, i. e. *plumis ſufferta*, in uſu erant etiam Veteribus; ut ex Eubulo liquet apud Polluc. vi. 10. Ὅτι δὲ καὶ ΠΤΙΛΟΙΣ τὰ κνέφαλα ἐφήπλων, Εὔβουλος ἐν Ἀγχίζῃ διδάσκει. Καὶ πτερωτὰ καὶ ΠΤΙΛΩΤΑ ΠΡΟΣΚΕΦΑΛΑΙΑ ὀνομάζεσι. Confer etiam Polluc. x. 38. ubi gemina leguntur. Hinc Clemens Alexand. Pædag. ii. 9. Πρὸς γὰρ τῷ ἐπιψόγῳ τῆς ἡδυπαθείας, ὀπίβλαβὴς ἡ ἐν τοῖς χνοώδεσι ΤΩΝ ΠΤΙΛΩΝ ΕΓΚΟΙΜΗΣΙΣ καθάπερ εἰς ἀχανὲς καταπιπτόντων τῶν σωμάτων διὰ τὴν μαλακίαν τῶν στρωμάτων. Quare recte omnino Suidas γναφάλων interpretatur πτίλων τῶν ὑπὸ γνάθοις κειμένων.

ΓΝΩΜΗΝ ΕΜΗΝ. Ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην καὶ οἴησιν] Ex Ariſtoph. Eccleſ. ver. 349.

——— γνώμην γ' ἐμήν.

Ubi

Ubi eadem, quæ Suidas, habet Scholiaſtes. Eadem plane locutio occurrit apud Comicum ſupra ver. 154.

Νῦν δ' ἢν ἐάσω, κατά γε τὴν ἐμὴν μίαν
Ἐν τοῖς καπηλείοισι λάκκυς ἐμποιεῖν
Ὕδατος ——

Ubi Schol. Λείπει, γνώμην. At vero illud, τὴν γνώμην ἐμὴν μίαν, plane inficetum eſt. Reſcripſerim equidem, ut oratio genina gemella ſit priori:

—— κατά γε τὴν γνώμην ἐμήν.

Vir doctiſſimus in Miſcellaneis Criticis reponendum contendit:

—— κατά γε τὴν ἐμὴν BIAN.
Quantum quidem meæ vires valuerint.

Sed res hic non vi, ſed jure et ſententiarum pondere tranſigebatur. Quare vide annon diſtinctione ſolummodo locus ſublevandus ſit:

Νῦν δ' ἢν ἐάσω, κατά γε τὴν ἐμὴν, μίαν
Ἐν τοῖς καπηλείοισι λάκκυς ἐμποιεῖν
Ὕδατος ——

Nunc autem ne unam cauponam ſivero, quantum quidem mea ſententia valuerit, in diverſorio ſuo lacus aquæ facere. Quo pacto et ſenſui loci et Scholiaſtæ honori conſultum eatur. Quod vero dicit Cl. Miſcellaneorum auctor, perperam et

ſine

PARS I. Porſon. IV. 441.

ſine exemplo omitti γνώμην, in hoc virum doctiſſimum fefellit memoria. Polybius lib. iv. p. 469. Ἀλλ' ἔμειναν ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἐκ ὀρθῶς, ΚΑΤΑ ΓΕ ΤΗΝ ΕΜΗΝ. Damaſcius apud Suidam v. Οὐλπιανὸς. Πεφύκασι γὰρ οἱ ἄνθρωποι τῇ μισοπράγμονι ζωῇ τὴν ἀρετὴν ἐπιφημίζειν, ἐκ ὄντω ἔχον, ΚΑΤΑ ΓΕ ΤΗΝ ΕΜΗΝ. * Vino autem vendendo victum quæritabant mulierculæ. Ariſtoph. Plut. ver. 435.

Ἆρ' ἐστὶν Η ΚΑΠΗΛΙΣ, ἡ 'κ τῶν γειτόνων,
Ἡ ταῖς κοτύλαις ἀεί με διαλυμαίνεται.
Num caupona eſt iſta, quæ hic viciniæ
Cotylis ſuis iniquis ſemper imponit mihi?

Idem Plut. ver. 1121.

Πρότερον γὰρ εἶχον μὲν ὧδὶ ταῖς ΚΑΠΗΛΙΣΙΝ
Πάντ' ἀγάθ' ἔωθεν εὐθὺς, οἰνῶτταν, μέλι,
Ἰχάδας, ὅσ' εἰκὸς ἐστὶν Ἑρμῆν ἐσθίειν.

ΓΟΝΑΤΟΝ. Καὶ κάλαμοι ἐνέκειντο ἐν τοῖς κρατῆρσιν ἐκ ἔχοντες γόνατα.] "Imo rectus ſingu-
" laris eſt γόνυ vel γόνας: a quo deducitur plu-
" rale γόνατα, non vero a γόνατον." *Kuſter.*

---

* Ariſtænet. Epiſt. p. 52. Edit. Pauw: Ἐγὼ σὲ δέσποτα ΚΑΤΑ ΓΕ ΤΗΝ ΕΜΗΝ εἰκότως ἱπποδρομὴν ἐνόμιζον ἐλεύθερον βίλους. Ita et Plato apud Euſeb. Præp. Evang. xii. 12. p. 592. Τὸν αὐτὸ ἀποτεμὼν τῷ λόγῳ καὶ παιδείαν προσαγορεύων, ΚΑΤΑ ΓΕ ΤΗΝ ΕΜΗΝ ὀρθῶς ἂν προσαγορεύοις.

Illud

Illud γόνατον nihili eſt. Reſcribendum Γονάτων,* vel quod exemplo ſubjecto magis convenit, Γόνατα. Eſt autem depromptum hoc fragmentum ex Xenoph. Cyri Exped. lib. iv. 5. 19. p. 332. Ἦσαν δὲ καὶ πυροὶ καὶ κριθαὶ καὶ ἄπτια καὶ οἶνος κρίθινος ΕΝ ΚΡΑΤΗΡΣΙΝ· ἐνῆσαν δὲ καὶ αὐταὶ αἱ κριθαὶ ἰσοχειλεῖς, ΚΑΙ ΚΑΛΑΜΟΙ ΕΝΕΚΕΙΝΤΟ, οἱ μὲν μείζους, οἱ δὲ ἐλάττους, ΓΟΝΑΤΑ ΟΥΚ ΕΧΟΝΤΕΣ. PARS I.

ΓΡΑΥΣ — Ποιητικῶς δὲ γρῆυς λέγεται·

Ἡ γρῆυς, ἡ χερνῆτις, ἡ γυρὴ πώδας.]

Exhibebimus infra ad v. Οἶκτος integrum Epigramma, ex quo hunc ſenarium decerpſit Suidas.

ΓΡΑΦΕΥΣ. Ὁ ζωγράφος·

Ὁ τοῖς νεκροῖσι ζωγραφεῖ τὰς ληκύθους.

τοιαῦτα γὰρ ἐν τοῖς μνήμασιν ἔγραφον.] Obſervavimus ſupra, Suidam non niſi lacerum et magnam partem mutilum ad nos perveniſſe. Quod vel ex hoc loco diſcas licet. Quid enim hæc ad vocem Γραφεύς? Reſpexit autem noſter ad locum Ariſtophanis in Eccleſ. ver. 987. qui integer adſcriptus, et Suidam ſupplebit, et id quod diximus abunde præſtabit.

* Vel γονατοῦν. Hippocrat. Epiſt. p. 188. Ed. H. Steph. Ὁ δ' εἶχεν ἐν εὐκοσμίῃ πολλῇ ἐπὶ τοῖν γόνατοιν βιβλίον.

NE.

PARS I.

ΝΕ. Ἀλλ' ὦ μελέ', ὀρρωδῶ τὸν ἐρασὴν σοῦ.

ΓΡ. τίνα;

ΝΕ. Τὸν τῶν ΓΡΑΦΕΩΝ ἄριστον. ΓΡ. Οὗτος δ' ἔστι τίς;

ΝΕ. Ὃς τοῖς νεκροῖσι ζωγραφεῖ τὰς ληκύθους.

Ubi itidem Schol. τοιαῦτα γάρ τινα ἐν τοῖς μνήμασιν ἔγραφον.

ΓΥΜΝΟΠΑΙΔΕΙΑ. Ἡ παλαίστρα, ἣ τὺς ἐφήβους Λυκοῦργος ἠνάγκαζε.] "Videtur hic excidisse "vox γυμνάζεσθαι, vel simile quid, quoniam "oratio non est integra." *Kuster.* Recte vir doctissimus. Oratio autem facile redintegrari possit ex Suida v. Λυκοῦργος. Οὗτος καὶ γυμνάσια παρθένων ἐνομοθέτησε —— καὶ ΤΗΝ ΓΥΜΝΟΠΑΙΔΕΙΑΝ, ἣ τὺς ἐφήβους ἠνάγκαζε διὰ παντὸς, μὴ ἔχοντας χλανίδα, γυμνασίοις προσκεῖσθαι καὶ ἀγωνίζεσθαι δημοσίους ἀρετῆς ἀγῶνας. Quod miror virum diligentissimum non animadvertisse. Scribendum autem, uti recte monuit Kusterus, Γυμνοπαιδία et Γυμνοπαιδίαν. Quomodo locuti sunt Herodotus, Thucydides, Xenophon, Pausanias, alii quam plurimi. Cæterum hinc videas quam magnam sui partem detruncatus Suidas ad nos transmissus fuerit. Quod et modo observavimus.

ΓΥΝΝΙΣ. Ἀνδρόγυνος. Μαλακός.—Ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; Ex Aristoph. Thesmoph. ver. 143.

Ποδαπὸς

Ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στόλη; *Cujas eſt effœminatus iſte? quæ patria? quæ ſtola?*

Feſtive admodum Hieronymus Rhodius apud Athenæum lib. x. p. 435. de Alexandro Magno: Ἱερώνυμος ἐν ταῖς ὑπομνήμασι Θεόφραστον φησὶ λέγειν, ὅτι Ἀλέξανδρος οὐκ εὖ διέκειτο πρὸς ἀφροδίσια. Ὀλυμπιάδος γὰρ καὶ Λυγκηστίδος αὐτῷ Καλλιξείναν τὴν Θετταλὴν ἑταίραν περικαλλεστάτην οὖσαν, συνειδότος τοῦτο καὶ τοῦ Φιλίππου, (ἠνείχοντο γὰρ μὴ ΓΥΝΝΙΣ εἶη) πολλάκις ἦτει αὐτὴ τὸν Ἀλέξανδρον συγγενέσθαι. Ad Ariſtophanis autem locum reſpexit Heſych. Γύννις, δειλὸς, ἀνανδρος, γυναικώδης. Ἀριστοφάνης. Ita ſcribendum.

Δ.

ΔΑΣΜΟΣ. Μερισμός. Φόρου ἀπαγωγή.—Ξενοφῶν· Εὗρον δὲ καὶ πόλεις εἰς δασμὸν βασιλεῖ τρεφομένας δεκαεπτά.*] Locus Xenophontis, quem exhibet hic Suidas, ita legitur in Expedit. Cyri lib. iv. 5. 18. p. 331. Καταλαμβάνει πάντας ἔνδον τοὺς κωμήτας καὶ τὸν κωμάρχην· Καὶ πόλεις εἰς δασμὸν βασιλεῖ τρεφομένας ἑπτακαίδεκα. Hinc Arrian. Expedit. Alexand. lib. i. p. 73. Πεντήκοντα

Porſon in Not. Br. in Xenoph. li. 298.

* Vide Strabo. p. 802. Amſt. 1707. Καὶ ὁ Σατράπης τῆς Ἀρμενίας τῷ Πέρσῃ κατ' ἔτος δισμυρίους πώλους τοῖς Μιθρακίνοις ἔπεμπεν. Legendum: ΜΙΘΡΙΑΚΟΙΣ. Vide nos ad v. Πυριῖον. Emend. III.

PARS I.

κοντα δὲ τάλαντα κελεύει τῇ στρατιᾷ δοῦναι αὐτοῖς ἐς μισθὸν, καὶ τὰς ἵππους, οὓς δασμὸν βασιλεῖ ἔτρεφον. Ubi legendum videtur ex Xenophonte, quem lubenter imitatur Arrianus, οὓς ἐς δασμόν.

ΔΑΤΟΣ. Πόλεως ὄνομα, ἐν ᾗ καὶ χρύσεια μέταλλα. Δάτος, πόλις Θρᾴκης, σφόδρα εὐδαίμων. Ἀφ' ἧς ἡ παροιμία. Δατὸς ἀγαθῶν.] Scribendum utrobique Δάτος. Vide Harpocrat. in v. et doctissimum Valesium ad locum. Egregie huc facit Appianus de Bell. Civil. lib. iv. p. 1040. Οἱ δὲ Φίλιπποι πόλις ἐστὶν, ἣ ΔΑΤΟΣ ὠνομάζετο πάλαι, καὶ Κρηνίδες ἔτι πρὸ Δάτου· κρῆναι γάρ εἰσι περὶ τῷ λόφῳ ναμάτων πολλαὶ· Φίλιππος δὲ ὡς εὐφυὲς ἐπὶ Θρᾴκας χωρίον ὠχύρωσέ τε, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ Φιλίππους προσεῖπεν. Ἔστι δὲ ἡ πόλις ἐπὶ λόφου περικρήμνου, τοσαύτη τὸ μέγεθος, ὅσον ἐστὶ τοῦ λόφου τὸ εὖρος ——— Φιλίππων μὲν δὴ ἔστιν ἕτερος λόφος οὐ μακρὰν, ὃν Διονύσου λέγουσιν, ΕΝ Ω ΚΑΙ ΤΑ ΧΡΥΣΕΙΑ ΕΣΤΙ, τὰ Ἄσυλα καλούμενα. Quæ utrumque Lexicographum, Suidam et Harpocrationem, illustrant eximie.

ΔΕΚΑΤΕΥΕΙΝ. Δεκάτην δοῦναι. ——— Ἐς δεκάτην παιδαρίου κληθεὶς, ὑπέπινον ἐν ἄστει. Τὴν δεκάτην γὰρ εἰσίων ἐπὶ τοῖς τικτομένοις, καὶ ἐν αὐτῇ τὰ ὀνόματα ἐτίθεντο τοῖς παισίν. Εὐριπίδης Αἰγεῖ· Τίς σε, μᾶτερ, ἐν δεκάτᾳ τῷ τόκῳ ὠνόμαζεν; *] Decerptus

* Isæus Orat. ii. p. 385. Edit. Alphonsi Miniati: Οὐ γὰρ ἄν ποτε οἱ μὲν εἰς τὴν δεκάτην (ὥς φασι) κληθέντες, τῆς τοῦ Πυῤῥου θυγατρὸς,

PARS I.

est hic locus ex Aristoph. Av. ver. 494. atque ejus Scholiasta, ut recte monuit Kusterus. Versum autem Euripidis, qui luxatus est et corruptus, Josephus Scaliger ad Terent. Varr. et Maussacus ad Harpocrationem ita emendabant:

Τίς σ' ὠνόμαζεν τῇ δεκάτῃ μήτηρ τόκον;

Ubi viros maximos fefellit anapæstus in quarto loco. Quod refugit Musa Tragica. Schol. Aristophanis et Suidas habent, τὸ τόκῳ. Quare legendum censeo:

Porson. IV. 441.

Τίς ὠνόμαζέ σε δεκάτῃ, μήτηρ, τόκῳ;
Quæ tibi nomen imposuit mater decimo partus die?

Poteris etiam scribere:

Τίς ὠνόμαζέ σε δεκάτῃ ἐπὶ τῷ τόκῳ
Μήτηρ; ——

Idem est δεκάτῃ τόκῳ et δεκάτῃ ἐπὶ τῷ τόκῳ. Quomodo locutus est Damascius apud Photium in Bibl. p. 1074. Ἀγαγομένῳ Ἰσιδώρῳ Δόμναν γυναῖκα, τίκτεται αὐτῷ παῖς ἐξ αὐτῆς, (Πρόκλον τὸ παιδίον ἐπωνόμασε,) καὶ ἡ Δόμνα ΕΠΙ ΓΕ ΤΟΚΩι ΠΕΜΠΤΗι ΥΣΤΕΡΟΝ ΗΜΕΡΑι ἀποθνήσκει. Ita

τρὸς, ἀδελφιδῆς δὲ τούτῳ, ἐξ ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἥτις ἦν ποτὲ, ἀκριβῶς εἰς τὸ δικαστήριον ἦκον μεμνημένοι ὅτι Κλειταρέτῃ ὁ πατὴρ ἐν τῇ δεκάτῃ ὠνόμασεν.

PARS I.

ſcribendus iſte locus. *Iſidoro Domnam uxorem ducenti natus eſt filius, quem Proclum nominavit; Domna autem quinto poſt partum die moritur.* Quod vero dixi de anapæſto in quartam ſedem ſenarii Tragici minime admittendo, id quidem, ut diverſæ eſſe ſolent hominum ſententiæ, laudatur ab his, culpatur ab illis. Vir doctiſſimus qui Euripidis Hippolytum non ita pridem nobis dedit, et reliqua Tragici σωζόμενα ex MSS Par. emendata, magno literarum emolumento, jam jam daturus eſt, iſtiuſmodi canonas negare ſibi natos videtur. "Meminerat enim "anapæſtos duobus apud Sophoclem locis quar- "tam Iambi ſedem occupare; quorum alter "in Trachiniis extat ver. 295.

Τῶν μὲν παρόντων, τῶν δὲ πεπυσμένη λόγῳ.*

"Alter in Philocteta ver. 498.

Τραχινίαν τε δειράδα, χὴ τὸν εὔροον."

Sed in neutro exemplo nobis ſatisfacit vir optimus. In priori enim verſiculo antepenultima τῶ, πεπυσμένη corripitur. Quo fit ut tribrachys recte et ſecundum artem quartum locum occu-

Porſon. IV. 441.

* Forſan hic locus ita legendus eſt:

ΤΑ μὲν παρόντων, ΤΑ δὲ πεπυσμένη λόγῳ.

Sic Ariſtoph. Theſmoph. 603.

Εἰ μὴ πεπύσμην ταυτὶ τῶν σάφ' εἰδότων.

pet.

pet. In posteriori autem scribendum, δεράδα. Idem δερὰς et δειρὰς, ut δέρη et δειρή.* Hoc ποιητικώτερον, illud vero κοινότερον, atque adeo scenæ adcommodatius. Quod vero antepenultimam in πεπυ—σμένη corripuerit Tragicus, idem fere et in alio loco fecerat, sed ab impuris Librariis depravato. Elect. ver. 31. PARS I.

———Ὡς ἐνταῦθ' ἔ—σμέν,
Ἵν' ἀκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή.

Ita omnino scribendum.† Quod enim vulgo legitur ἐμὲν, vel, quod vir doctus corrigit, ἴμεν, utrumque ineptum est. Illud enim ἐμὲν poëticum est,‡ atque adeo in sermone communi nullum locum habere potest; alterum autem ne Græcum quidem videtur. Recte vero, ὡς ἐνταῦθ' ἐσμέν. *In eo loco sumus. In eo res est.* Sophocl. Philoct. ver. 429.

---

* Ut χέρας et χειρὰς. Ὑπέροχος et ὑπείροχος. — Sophocl. Trachin. 1103.

Θηρῶν, ὑβριστὴν, ἄνομον, ὑπείροχον βίαν.

Clarkius in Not. ad Hom. Il. B. 426. legendum hic dicit: ὑπέροχον. Aliter non stabit versus.

† Vide nos in Præfat. ad Emend. P. II.

‡ Callimach. in frag.

Γρῆες ἰμὲν——

Eustath. ad Hom. Odyss. Γ. p. 113. 50. Τὸ δὲ ἀπάλογον παρὰ Καλλιμάχῳ, ἐν τῷ, Γρῆες ἰμὲν, ἦγεν Γραῖαι ἐσμέν.

PARS I. ——Ὀδυσσεὺς δ' ΕΣΤΙΝ ΑΥ ΚΑΙΝΤΑΥΘ ΙΝΑ
Χρὴν ἀντὶ τύτων αὐτὸν αὐδᾶας νεκρόν.*

Tragici autem locus, qui et alio morbo laborat, ita eſt legendus et inſtaurandus:

Πρὶν ἄν τιν ἀνδρῶν ἐξοδοιπορεῖν στέγης,
ΞΥΝΑΠΤΕΟΝ λόγοισιν· ΩΣ ΕΝΤΑΥΘ ΕΣΜΕΝ
ΙΝ ἐκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ΑΚΜΗ.

Priuſquam igitur aliquis ex ædibus prodeat
Conferenda ſunt conſilia: in eo enim jam loco ſumus,
Ubi non amplius tardare nos oportet, ſed facto opus eſt.

Recte ſcripſimus ξυναπτέον, ut modo ſupra βυλευτέον. ver. 16.

Πυλάδη, τί χρὴ δρᾶν ἐν τάχει ΒΟΥΛΕΥΤΕΟΝ.

Quod et Sophocli familiare eſt. Vocabula autem iſta ἀκμὴ, ἀμνὸς, ἕδρα, ἑσμὲν, ἱπνὸς, ἴχνος, ὅπλον, ὄχλος, ὕμνος, ὕπνος, et cætera ejuſdem farinæ, primam ſyllabam ſive vocalem nunc brevem nunc longam habent. De quo non eſt, ut prolixius agamus. Res enim ipſa et antiquorum auctoritas ſatis loquuntur.† Scio

---

* Et Euripid. in Siſypho, v. 27. Edit. Barneſ.
ΕΙΝΑΙ δ' ἔφασκε τὰς Θεὰς ΕΝΤΑΥΘ', ΙΝΑ
Μάλιστα γ' ἐκπλήξειεν ἀνθρώπες λέγων.

† Ariſtoph. Veſp. v. 574.
Δεύτερον αὖ τυτὶ γράψομαι, τὴν τῦ πλήτυ κατάχνην.
Legendum: γραῦῦμαι 'γω.—Vide Dawes Miſcell. Crit. p. 274.

quidem

quidem Hephæstionem in pulcherrimo libello περὶ μέτρων, ut alios taceam, observationi nostræ nonnihil repugnare videri. Sed istorum hominum oracula nunc vera, nunc falsa sunt. Addam tantum, hinc restituendum Euripidem in Bacchis ver. 1132, qui malum medicum malo suo, ut fieri solet, est expertus: PARS I.

Porson. IV. 441.

——Ἀνέφερε δ' ἡ μὲν ὠλένην,
Ἡ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις· ΕΓΥΜΝΟΥΝ-
ΤΟ ΔΕ
Πλευραὶ σπαραγμοῖς.

Vulgo legitur, γυμνοῦντο δὲ, frustra reclamante Attici sermonis genio. Quod vero υ ante μν nonnunquam corripiatur,* vel satis ostenderit Epicharmus apud Hephæst. p. 5.

Ἔυϋμνος καὶ μουσικὰν ἔχοισα πᾶσαν φιλόλυρος.

ΔΕΚΑΤΕΥΤΗΡΙΟΝ. Τὸ ἐν τῇ Ἀβύδῳ πορθμεῖον.—Ὡς εὐθὺς τὴν Ἀβύδον λυμανεῖται, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ δεκατευτήριον.] Depromptum est hoc fragmentum ex Agathia, lib. v. p. 151. ubi legitur: Καὶ τὸ ἐν αὐτῇ πορθήσῃ δεκατευτήριον.† Erat autem

* Vide nos infra ad v. Σεμνοπροσώπεις. Vide et Arnaud in Addend. ad Animadversiones. Ita Scriptor Græcus vitæ Nicandri:

Αἰνέσσεις υἱῆα πολυμνήστοιο Δαμναίου.

† Menander in Excerptis p. 117. Edit. Hœsch. Κατὰ τρίτην τάξιν.

PARS I. Δεκατευτήριον locus δεκάταις ſive decimis exigendis atque adeo reponendis, adſignatus. Angl. *a Cuſtom houſe.* Pollux viii. 132. Καὶ Δεκατευτήρια δέ ποτε κατέςησαν, καὶ Δεκάτη τὸ τέλος ἦν. *Et aliquando quoque* Δεκατευτήρια *conſtituebant, et* Δεκάτη *portorium erat.* Ubi reſpexit videtur Pollux ad Xenoph. Hiſt. Græc. Lib. I. i. 14. p. 430. Ἐντεῦθεν δὲ ἀφικόμενοι τῆς Χαλκηδονίας ἐς χρυσόπολιν, ἐτείχισαν αὐτὴν, καὶ Δεκατευτήριον κατεσκεύασαν ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν Δεκάτην ἐξελέγοντο τῶν ἐκ τοῦ Πόντου πλοίων.

ΔΕΤΡΟ—Λέγεται δὲ καὶ δευρὶ πρὸς Ἀριςοφάνει. Ταχέως ἥκειν ὡς ἐμὲ δευρὶ, καὶ μὴ μέλλειν. Κἂν μὴ ταχέως ἥκωσιν, ἐγὼ μὰ τὸν Ἀπόλλωνα κατὰ γῆς ἀποπέμψω.] Verba hæc exſtant apud Ariſtoph. Ran. ver. 1556. ubi ita legitur, idque, nemine contradicente:

Κἂν μὴ ταχέως ἥκωσι
Νὴ τὸν Ἀπόλλω——

Atqui deeſſe ſemipedem ad metrum fulciendum vel teſti eſſe poterit verſus Parœmiacus, qui non recte exit. Opportune autem manum auxiliatricem porrigit Suidas, qui et viciſſim ex Co-

---

τάξιν, ὥςε τὲς ἐμπόρες Ῥωμαίων τὶ καὶ Περσῶν τῶν ὁποιωνῶν φορτίων, τέτες δὲ καὶ τὲς τοιέσδε πορίτας, κατὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς κρατῆσαν ἔθος ἐμπορεύεσθαι, διὰ τῶν εἰρημένων Δεκατευτήριων.

mico

mico est sublevandus. Illud enim, μὰ τὸν Ἀπολλωνα, quod exhibet noster, cum in metrum, tum in morem atque consuetudinem Atticorum peccat, qui Ἀπόλλω constanter amant. Locus ita est scribendus:

Καὶ φράζ' αὐτοῖς, ταχέως ἥκειν
Ὡς ἐμὲ δεῦρὶ, κ᾽ μὴ μέλλειν.
Κᾆν μὴ ταχέως ΗΚΩΣΙΝ, ΕΓΩ
Νὴ τὸν Ἀπόλλω ςίξας αὐτὲς,
Καὶ συμποδίσας,
Μετ' Ἀδειμάντε τῦ Λευκολόφε,
Κατὰ γῆς ταχέως ἀποπέμψω.

ΔΗΜΟΣΙΩΝ ΠΑΡΑΓΜΑΤΩΝ ΔΙΟΙΚΗΤΗΣ. Οἷον Φροντιςὴς χορηγίας, τριηραρχίας, κ᾽ τῶν τοιύτων. Ἰδίως δὲ, οἷον εἰ ἀδικοῖτό τις κ᾽ δικάζοιτο πρός τινα, αὐτὸς ἐφρόντισεν. Ἀπεχθάνη δὲ, διότι ἀλλοτρίοις πράγμασιν ἐπιχειρῦντες μισῦνται.] "Sensus et "constructio requirunt ut scribatur ἀπεχθάνετο." *Kuster.* At vero nec sensum nec constructionem hujus loci perspexit vir doctissimus; nec quidem ipse perspexissem, nisi in locum, quo respexit Suidas, incidissem. Respexit autem Aristoph. in Plut. ver. 908.

ΣΥ. Τῶν τῆς πόλεως εἰμ' ἐπιμελητὴς πραγμάτων
Καὶ τ̃ ἰδίων πάντων. ΔΙ. σύ; τί μάθων; ΣΥ. βέλομαι.
ΔΙ. Πῶς ἄν ἐῆς χρηςὸς, ὦ τοιχωρύχε,
Εἴ σοι προσῆκον μηδὲν, εἶτ' ἀπεχθάνει;

PARS I. Ubi vide Scholiastam, quem exscripsit, et cujus ope emendari atque suppleri poterit noster Lexicographus.

ΔΙΑΒΗΤΗΣ—Σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα καιροῦ παραστατικόν.] "Quid hæc verba sibi velint, dicant "alii. Ego enim sensum illorum me ignorare "fateor." *Kuster.* Legendum: γνώμονα καιροῦ παραστατικόν. Intelligit autem Gnomonem solarii, qui formam literæ Λ sive Διαβήτου quodammodo repræsentat, et *tempus* sive *horas diei* indicat. Hæc est mens Suidæ, quæ viros doctissimos fefellit. Plutarch. Platon. Quæst. p. 1006. Καὶ γὰρ οἱ τῶν ὡρολογίων ΓΝΩΜΟΝΕΣ οὐ συμμεθιστάμενοι ταῖς σκιαῖς, ἀλλὰ ἑστῶτες, ὄργανα καὶ ΧΡΟΝΟΥ ΜΕΤΡΑ γεγόνασι. *Etenim solariorum quoque gnomones, non qui una cum umbris locum mutent, sed quia in suo loco persistant, dimetiendi temporis sunt instrumenta.* Recte etiam καιροῦ παραστατικόν. Ita locutus est Apollon. Alexand. de Syntax. lib. iii. Εἰσὶν οὖν τῆς εὐχῆς ἐπιῤῥήματα ΠΑΡΑΣΤΑΤΙΚΑ. *Sunt etiam adverbia quæ optationem indicant.* Euseb. Eccles. Hist. iii. 7. Ταῦτα δ' ἂν εἴη δίκαιον ἔτι προσθῆναι, ἃ γένοιτ' ἂν ΠΑΡΑΣΤΑΤΙΚΑ φιλανθρωπίας τῆς παναγάθου προνοίας. *Illa vero adjicere æquum fuerit, ad divini numinis clementiam ac providentiam indicandam.*

Δια-

ΔΙΑΕΙΔΕΤΑΙ. Γνωρίζεται. Φαίνεται.—Ἔνθ' ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρῶν, κατὰ τὸν ποιητήν· μᾶλλον δὲ, ὅπου ζητεῖται τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς.] Deprompſit hunc locum Suidas ex Damaſcio in vit. Iſidori, ut diſcimus ex Excerptis Photianis, p. 1032. Confer etiam Suid. v. Ἄναλκις et v. Φῶτα, unde hoc fragmentum ampliari poterit. Quod, quia elegantiſſimum eſt, et apud Photium magnam partem detruncatum, hic non pigebit adſcribere. Οὐ γὰρ μόνον ὁ μέγας κίνδυνος ἄναλκιν ἐ φῶτα λαμβάνει, ὡς λέγει Πίνδαρος, ἀλλὰ κ᾽ ὁ μέγας ἀνὴρ ἐδένα μικρὸν ἀγῶνα ποσσίεται· ἀλλ᾽ ὅπου Φυγάδις ἄλλοι δι ἀνανδρίαν ἀποδιδράσκουσιν, ἐνταῦθα καταβαίνει παραβαλλόμενος,*

——ἔνθ' ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρῶν,

Κατὰ τὸν ποιητήν· μᾶλλον δὲ, ὅπου ζητεῖται τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς. Perperam apud Photium legitur, καταλαμβάνει παραβαλλόμενος. Sed veram lectionem exhibet Suidas cum hic, tum infra v. Κατάβα.——Καὶ Καταβαίνειν, τὸ εἰς ἀγῶνα χωρεῖν.† Ἐνταῦθα καταβαίνει παραβαλλόμενος. Ad

PARS I.

* Dio Chryſoſt. Orat. ii. p. 19—Ἀλλὰ τοῖς τὲ ἥρωσι καὶ τοῖς ἡμιθέοις παραβαλόμενον. Legendum: παραβαλλόμενος.

† Theophylact. Epiſt. viii. Edit. Meurſii: Νῦν γὰρ νόμιζε δοκιμάζεσθαι οὐχ ἧττον, ἢ οἱ πρὸς τὰ Ὀλύμπια καταβαίνοντες. Procopius Gotth. p. 280. Edit. Hœſchelii: Ἐς μὲν τὸ πιδίον καταβαίνοντες. Atque iterum p. 344. Ἐπεὶ ἐδὲ καταβαίνειν ἐκ τῶν ὀρῶν ἢ ἐκ τῶν ἐχυρωμάτων ἐτόλμων, ἐδέπω τοῖς πολεμίοις ἐπεξιέναι.

hunc

PARS I.

hunc ipſum Damaſcii locum reſpexit. Polybius lib. iii. Διόπερ εἰς μὲν τὸ ὑπὲρ τῶν ὅλων διακινδυνεύειν ἐχ οἷός τ' ἦν ΣΥΓΚΑΤΑΒΑΙΝΕΙΝ, προδήλε τῆς ἐλαττώσεως ὑπαρχέσης.* Latini: *Deſcendere in certamen, Deſcendere in aciem.* Suetonius in Auguſto: *Apud Actium* deſcendenti in aciem, *aſellus cum aſinario occurrit.* Atque ita fortaſſe intelligendus Virgil. Æn. iv. 159.

Optat aprum aut fulvum deſcendere *monte leonem.*
Wiſhes a boar or lion would come down.

Quin et hinc explicandus videtur Horatii verſiculus, ore quidem omnium tritus, ſed a nemine, quod ſciam, intellectus:

Huc juvenes æquum eſt deſcendere ——

Græci elegantius, ΣΥΓΚΑΤΑΒΑΙΝΕΙΝ εἰς ταὐτὸν γυναικί. Quomodo legitur in Epiſtola Synodica apud Euſeb. Eccleſ. Hiſt. p. 363.

ΔΙΑιΡΑΜΕΝΟΝ.—Ὡς ἐχ εἰκός τε αὐτὸν διαῤῥάμενον βλοσυροῖς ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέψαι χρυσίῳ. Τ' ἐναντίον μὲν ἔν.] Hic Suidas ſuſpenſo gradu ambulat, χ' σὺν ἀσφαλείᾳ, ut Græci magiſtri loquuntur. Neque enim interpretamentum ul-

* Idem p. 334. vol. i. Εἰς ὁλοσχερῆ δὲ κρίσιν ἐξ ὁμολόγου συγκαταβαίνειν ἐδαμῶς οἷός τ' ἦν.

lum

lum adfert τῦ, Διαῤῥάμενον, ſed locum auctoris alicujus, ubi vox occurrat, notaſſe contentus, verbum non amplius addit. Eſt autem locus mutilus, atque ita, quod jam moneo, ex Syneſii Oratione de Regno p. 30. ſupplendus. Ὡς ἐκ εἰκός ΓΕ αὐτὸν διαῤῥάμενον βλοσυροῖς ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέψαι χρυσίῳ· τἐναντίον μὲν † αἰδεσθῆναί τε καὶ ἐνδῦναι καὶ τελευτῶντα ῥιπτύζασθαι. *Siquidem credibile non eſt eum ſublato vultu torvis ac rigidis oculis aurum ex adverſo intueri poſſe; contra vero verecundia motum iri, nonnihilque remiſſurum, ac demum avide amplexurum eſſe.* Hinc Suidas hortum ſuum irrigavit. Non male autem, opinor, reddunt διαῤῥάμενον, *ſublato vultu.* Horatius, *alto vultu.* Lib. iv. Od. 9.

† Rectè ap. Suid. μὲν τὸν. Perſon. IV. 442.

Judex honeſtum prætulit utili, et
Rejecit alto *dona nocentium*
Voltu ——

Idem Lib. ii. Od. 2. *Oculo irretorto ſpectare.* Quem locum Lyrici in animo habuiſſe videtur Syneſius. Æſchines Dial. iii. 17. de morte. Οὐ δὲ δὴ θνητή γε φύσις τόσον (leg. ἐς τόσον) ΔΙΗΡΑΤΟ μεγεθουργίας, ὥστε καταφρονῆσαι μὲν ὑπερβαλλόντων θηρίων βίας. *Neque enim mortalis natura eo ſe extuliſſet, ut vires magnarum belluarum contemneret.* Eunapius in Proœmio ad vit. Sophiſt. Πρὸς τὴν τῶν ὄντων ΔΙΗΡΑΤΟ καὶ ἀνέβλεψε φύσιν. *Ad rerum naturam inveſtigandam ſe extulit.* Ariſtot.

PARS I.

Ariſtot. de Mundo, cap. i. Πολλάκις μὲν ἔμοιγε θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον ὄντως χρῆμα, ὦ Ἀλέξανδρε, ἡ Φιλοσοφία ἔδοξεν εἶναι· μάλιστα δὲ ἐν οἷς μόνη ΔΙΑΙΡΑΜΕΝΗ πρὸς τὴν τῶν ὄντων θέαν, ἐπῴδασε γνῶναι τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν. Ubi recte Interpres: *Sublime ſeſe tollens.* Atque hinc fortaſſe expediendus inſignis locus Theophraſti Charact. περὶ Ἀδολεσχίας, ſive *de Garrulitate.* Παρασείσαντα δὲ δεῖ τὲς τοιύτες τῶν ἀνθρώπων, καὶ ΔΙΑΙΡΑΜΕΝΟΝ ἀπαλλάττεσθαι. Ubi vim iſtius vocis minus adſecuti ſunt viri doctiſſimi, Caſaubonus ὁ μέγας, et qui eum ſequitur Jacobus Duportus. Nec melius ſane ſe expedivit Cl. Salmaſius in Plinianis p. 663. Etenim vera hujus verbi vis ex uſu ejus apud Veteres determinanda eſt. Nemo autem vel unum exemplum ejus protulit. Quare nihil mirum ſi erraverint univerſi. Ex exemplis autem allatis haud difficile erit, quid velit Theophraſtus cognoſcere. Nimirum vox διαράμενος, quæ *tollendi* et *ſe erigendi** no-

---

* Miſcellanea Lipſienſia Nova p. 108. vol. ix.

Τῆς δὲ ΔΙΑΙΡΑΜΕΝΗΣ φοινίσσετο χιονέη σὰρξ,
Πορφυρέοιο ῥόδου μᾶλλον ἐρυθροτέρη.

Dio Chryſoſt. Orat. xxxix. p. 488. Ὅπου μηδὲ τοῖς χαλκεῦσιν ἐξῆν ΔΙΑΡΑΣΘΑΙ σχεδὸν, ἀλλὰ εἰργάζοντο κεκυφότες, καὶ ταῦτα πίπτοντα καὶ ὑπερηρεισμένα, ἃ πρὸς τὴν πληγὴν τῆ ῥαιστῆρος ἔτρεμε καὶ δίσατο. *Ubi fabris non licebat* oculos attollere, *ſed operabantur cernui, videntes ea cadere et impelli, quæ ad mallei ictum tremebant et divellebantur.*

tionem

tionem habet, vim ſimul et venuſtatem orationi conciliat: cujus generis ſunt plurimæ voces in Lingua Græca, quæ nonnullis, qui minus Græce ſapiant, παρέλκειν videntur. Διαφάμενον ἀντιβλέψαι eſt Syneſio: *Sublato vultu ex adverſo ſpectare.* Διαφάμενον ἀπαλλάττεσθαι Theophraſto eſt: *Se effere, et correpto quidem gradu abire, quantum poteſt.* Ariſtophani in Theſmoph. ver. 1216. Ἀνδρικῶς φεύγειν. Non potuit melius Theophraſtus. Utitur etiam iſta voce Plutarchus in Lyſandro: Ἐπεὶ δὲ ἕτος Αὐτόλυκον τὸν ἀθλητὴν, ΤΗΝ ΒΑΚΤΗΡΙΑΝ ΔΙΑΙΡΑΜΕΝΟΣ παίσειν ἔμελλεν, ὁ δὲ τῶν σκελῶν ΣΥΝΑΙΡΑΜΕΝΟΣ ἀνέτρεψεν αὐτὸν, ἃ συνηγανάκτησεν ὁ Λύσανδρος.* *Qui cum Autolycum athletam ſublato baculo cædere pararet, hic cruribus eum ſublatum proſtravit in terram: nec de eo doluit Lyſander.*

ΔΙΑΤΑΤΙΚΩΤΕΡΟΝ.—Πολύβιος· Τᾶτ' ἄμεινον ὑπολαμβάνοντες εἶναι, καὶ διαλληκώτερον, τὸ μήτε τῷ καιρῷ, μήτε ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς καὶ παρατατικαῖς διαθέσεσι παραγίνεσθαι τῶν ἐναντίων. *Melius exiſtimantes eſſe, et prudentiæ ducis magis conveniens, neque temporis opportunitatem negligere, neque ad hoſtes*

* Vide Pauſaniam p. 775. ubi conſulas Kuhnium περὶ τῦ, συναιρόμενος (vulgo συναράμενος) quod male ſollicitat vir doctiſſimus.

accedere,

≠ Porson. IV. 422.

PARS I. *accedere, cum duces pro concione animos illorum orationibus accendiſſent.*] "Puto ſcribendum "eſſe, διατακτικώτερον,* quam lectionem in ver- "ſione ſecutus ſum." *Kuſter.* Recte id quidem vir optimus. Sed ne ſic quidem res integra abibit. Error enim graviſſimus latet, quem virum doctiſſimum non animadvertiſſe miror. Quid enim ſibi velit, παραγίνεσθαι τῶν ἐναντίων? Homo ſane Græcus ſcripſiſſet τοῖς ἐναντίοις. Sed vera lectio proculdubio eſt: περιγίνεσθαι τῶν ἐναντίων † *Hoſtes ſuperare.* Lyſias p. 413. ex Edit. Taylori noſtri. Τοῖς δὲ ἀσθενέσιν οὐκ ἔστιν ὅτε ὑβριζομένοις ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας, ὅτε ὑβρίζειν βουλομένοις, ΠΕΡΙΓΙΝΕΣΘΑΙ ΤΩΝ ΑΔΙΚΟΥΜΕΝΩΝ. Reſtituendum iſtud verbum ≠ Dinarcho Orat. contra Ariſtogit. p. 105. Οὐ γὰρ δὴ μὰ τὸν Ἡρακλέα βελτίω γενήσεσθε αὐτὸν προσδοκᾶτε, συγνώμης νυνὶ τυγχάνοντα παρ' ὑμῶν· οὐδὲ τὸ λοιπὸν ἀφέξεσθε τοῦ λαμβάνειν χρήματα παθ' ὑμῶν, ἐὰν νῦν ἀφῆτε αὐτόν. Πονηρίαν γὰρ ἀρχομένην μὲν κωλύσαι τάχα τις κολάζων δυνηθείη, ἐγκαταγεγηρακυῖαν δὲ καὶ γεγενημένην τῶν εἰθισμένων τιμωριῶν, ἀδύ-

---

* Sextus Empiricus p. 225, ubi vide Fabricium.

† Phurnutus p. 213. Edit. Gale: Ἐκάλεσε γὰρ τὸν λόγον, Εἰρήνην· ὁ δὲ πολεμος, ἀπὸ τοῦ πολλοὺς ὀλλύναι, οὕτως ὠνόμασται, ἢ ἀπὸ τοῦ παλάμαις σπεύδειν ΠΕΡΙΓΙΝΕΣΘΑΙ ΤΩΝ ΕΝΑΝΤΙΩΝ. Polyb. p. 360. vol. i. Ἐὰν ἄλλως πως τὰ παρόντα κριθῇ, ΠΕΡΙΓΕΝΕΣΘΑΙ ΤΩΝ ΕΧΘΡΩΝ ἐκ ἔχει.

PARS I.

ναται εἶναι λέγουσιν. Ubi mendam quidem viderunt, ſed minime ſuſtulerunt viri doctiſſimi. Reſcribe: περιγεγενημένην τῶν εἰθισμένων τιμωριῶν. *Malum enim naſcens, facile quis animadverſione prohibere poſſit; inveteratum autem, et quod pœnas legibus ſancitas ſemel evaſerit, non facile tolli poſſe dicunt.** Senſus autem Polybii verborum, ut ad Suidam revertamur, iſtiuſmodi eſſe videtur: *Melius et imperatorium magis eſſe exiſtimantes, neque occaſiunculam captando, neque milites inflammando, ſola vero* ταχτικῆς *peritia hoſtes ſuperare.*

ΔΙΑΦΟΡΟΙ. Ἐχθροί. Λέγεται δὲ καὶ διάφορον πρᾶγμα, τὸ τίμιον.—Ἐρρέθωσαν δὲ πολλὰς τούτων, οἷς ἠπίστησαν ἔχειν κεκρυμμένον διαφορὸν, ἢ κατασκευασμα, ἢ ἄλλο τι τῶν πλείονος ἀξίων.] "Suidas "vocem διάφορον hic interpretatur τίμιον. Sed "rectius et magis ex mente Scriptoris Anony"mi dixiſſet, ἀργύριον, i. e. *pecuniam*. Illo enim "ſenſu vocabulum hoc apud Polybium, Dio"nyſium Halicarnaſſeum, alioſque Scriptores "Græcos interdum accipi paulo doctiores non "ignorant." *Kuſter*. Omnino recte vir doctiſſimus.† Suidas autem et Scriptor, cujus verba

* Procopius Arc. Hiſt. p. 29. Edit. Lugd. 1623—Ἡ ὀδαμῇ τῇ νόσῳ ἁλόντες, ἢ γενόμενοι. Legendum: ΠΕΡΙΓΕΝΟΜΕΝΟΙ.

† Sic Crantor apud Stobæum p. 389. Edit. Grotii:

Τὸ

PARS I. laudat, non ſemper utique in omnibus concordant. Quod de hoc loco verum eſt. Eximium autem hoc fragmentum depromptum eſt ex Polybio, lib. iv. p. 400. Τὸ δὲ τελευταῖον ἐπισκηνώσαντες ἐπὶ τὰς οἰκίας, ἐξετοιχωρύχησαν μὲν τὰς βίας, ἐσρέβλωσαν δὲ πολλὰς τῶν Κυναιθέων, οὓς ἤλπισαν ἔχειν κεκρυμμένον ΔΙΑΦΟΡΟΝ ἢ κατασκεύασμα, ἢ ἄλλο τι τῶν πλείονος ἀξίων. Hinc Suidas emendandus eſt.

ΔΙΓΛΩΣΣΟΣ. Ὁ δύο γλώσσας ἐπισάμενος.—Ἀνάχαρσις Σκύθης ἦν, μητρὸς δὲ Ἑλληνίδος. Διὸ καὶ δίγλωττος ἦν· ὃς ἔθηκε νόμους Σκύθαις.] Repetitur hic locus infra v. Σκύθης. Decerptus autem eſt ex Laertio in Anacharſ. ubi ita legitur: Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης, Γνώρῳ μὲν ἦν υἱὸς, ἀδελφὸς δὲ Καθουΐδᾳ τῷ Σκυθῶν βασιλέως, μητρὸς δὲ Ἑλληνίδος· διὸ καὶ δίγλωττος ἦν. Οὗτος ἐποίησε τῶν τε παρὰ τοῖς Σκύθαις νομίμων, καὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, εἰς εὐτέλειαν βίου καὶ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον, ἔπη ὀκτακόσια. Confer etiam Suid. v. Ἀνάχαρσις. Voce autem Δίγλωσσος utuntur Græci ad ſignificandum *In-*

Τὸ γὰρ ΔΙΑΦΟΡΟΝ, καὶ φρονίμους πάντας ποιεῖ,
Τὸ σώφρονεῖν δ' ἔνεστιν ἐν τούτῳ μόνῳ.

Item Polybius p. 643. vol. i. Κρίνει μὲν οὖν ὁ δῆμος καὶ ΔΙΑΦΟΡΟΥ πολλάκις, ὅταν ἀξιοχρέων ἢ τὸ τίμημα τῆς ἀδικίας, καὶ μάλιστα τοὺς τὰς ἐπιφανεῖς ἐσχηκότας ἀρχάς. Vide et Suidam v. Πάνθ' ὁμοια, et Theophraſtum p. 98. Edit. Pauw.

terpretem.

terpretem, ſive, *qui plures linguas callet*. Plutarchus in Themiſtocle: Ἐπαινεῖται δὲ αὐτὸς καὶ τὸ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΔΙΓΛΩΣΣΟΝ ἔργον ἐν τοῖς πεμφθεῖσιν ὑπὸ βασιλέως ἐπὶ γῆς καὶ ὕδατος αἴτησιν. ΕΡΜΗΝΕΑ γὰρ ὄντα συλλαβὼν διὰ ψηφίσματος ἀπέκτεινεν, ὅτι φωνὴν Ἑλληνίδα βαρβάροις πρόσταγμασι ἐτόλμησε χρῆσαι. Arrian. Exped. Alexand. lib. iii: Λαομέδοντα δὲ, ὅτι ΔΙΓΛΩΣΣΟΣ ἦν ἐς τὰ βαρβαρικὰ γράμματα, ἐπὶ τοῖς αἰχμαλώτοις βαρβάροις κατέστησεν. *Laomedonta autem, quia linguæ barbaræ interpres erat*, vel, *quia linguam barbaram callebat, captivis barbaris præfecit*. Iſta eſt mens Arriani, quam mirum in modum obfuſcarunt Interpretes. Uſurpatur etiam δίγλωσσος in ſenſu deteriori apud Socratem Hiſt. Eccleſ. lib. i. cap. 23. ubi minus honorifice de Euſebio Cæſarienſi ait: Ἐξ ὧν καὶ ΔΙΓΛΩΣΣΟΥ δόξαν ἐκτήσατο, ὅτι τὰς αἰτίας λέγειν ἐκκλίνων, μὴ συνευδοκεῖν τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνέθετο. *Unde et* bilinguis (Angl. *double tongued*) *a pleriſque exiſtimatus eſt, eo quod cauſas diſſidiorum exponere detrectarit, cum apud ſe conſtituiſſet, iis quæ in Synodo Nicæna decreta erant, minime conſentire*. Sic vocem *bilinguis* in utramque partem, tam bonam quam malam, accipiunt Latini. Hor. i. Sat. x. 30.

——*Patriis intermiſcere petita*
Verba foris malis, Canuſini more bilinguis?

PARS I.

PARS I.

Silius Ital. xvi. 157

—— *Dimitte* bilingues
Ex animo ſocios ——

Ad quem locum vide quæ ſcripſit Cl. Drakenborch.

ΔΙΕΙΡΩΝΟΞΕΝΟΙ—Ὅτι δὲ αἰσχροκερδεῖς καὶ μικρολόγοι οἱ Λάκωνες, δηλοῖ ὁ χρησμός·

Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ ἐδέν.]

" Cum ad hunc locum perveniſſem, incompa-
" rabilis vir Richardus Bentleius hanc notam
" mecum communicavit: *In Editione Fragmen-*
" *torum Poëtarum Græcoram oſtendam, veram*
" *lectionem eſſe* ἔλοι. *Nam ea quæ recepta eſt,*
" *ne Græca quidem eſt.* Conjectura hæc viri
" doctiſſimi facile placebit omnibus, quibus
" non erunt nares obeſæ." *Kuſter.* Sic uva uvam, quod aiunt, colorat. Viro autem incomparabili fraudi fuit Clem. Alexandrinus Strom. lib. iv. cap. 5. Ἁ φιλοχρηματία δὲ οὐ Σπάρταν μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν πόλιν ΕΛΟΙ ἄν. *Amor autem pecuniæ non ſolum Spartæ, ſed cuivis urbi exitio fuerit.* Quem et ſecutus eſt Joſephus Scaliger in collectione verſuum Græcorum proverbialium. Lectionem veterem ſatis tuetur Plutarch. Lacon. Inſtit. p. 239. Ἁλ-

καμένη

καμένει γὰρ καὶ Θεοπόμπῳ τοῖς βασιλεῦσι χρησμὸς ἐδόθη. * PARS I.

Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ΟΛΕΙ——

Huc facit etiam Plutarch. Ag. et Cleom. p. 799. Μανδροκλείδας καὶ Ἀγησίλαος ἐδέοντο, μὴ δι' ὀλίγας ἐντρυφῶντας αὐτοῖς, περιδεᾶ ἐρριμμένον τὸ ἀξίωμα τῆς Σπάρτης· ἀλλὰ τῶν παλαιτέρων χρησμῶν μνημονεῦσαι, ΤΗΝ ΦΙΛΟΧΡΗΜΟΣΥΝΗΝ ΩΣ ΟΛΕΘΡΙΟΝ ΤΗι ΣΠΑΡΤΗι, φυλάττεσθαι διακελευομένων.† Ad Græciſmum autem verbi ὀλεῖ adſtruendum, quod malæ quidem fidei inſimulavit vir doctiſſimus, vel locus Theognidis ſuffecerit, v. 1098.

Ὕβρις κ' Μάγνητας ἀπώλεσε κ' Κολοφῶνα,
Καὶ Σμύρνην, πάντως, Κύρνε, κ' ὔμμας ΟΛΕΙ.

ΔΙΗΣΕΙΝ. Διαφήσειν.—Οὓς ὅτε δέξαθ' ὅτε διήσειν διὰ τῆς χώρας ὁμωμόκεισαν.] Dio in Excerptis Urſini p. 408. Οὐ μέν τοι κ' τῆς ὁπλιτείας καὶ ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἔτυχον, ἵνα μὴ κ' οἱ Μάρκομάνοι, οἵ τε Ἰάζυγες, οὓς ὅτε δέξαθ', ὅτε διήσειν διὰ τῆς χώρας

* Hinc intelligendus Laërtius in Pherecyde: Καὶ Λάκεδαιμονίοις εἰπεῖν, μήτε χρυσὸν τιμᾶν μήτε ἄργυρον, ὡς φησὶ Θεόπομπος ἐν θαυμασίοις· προσάξαι δὲ αὐτῷ ὄναρ τοῦτο τὸν Ἡρακλέα· ὃν κ' τῆς αὐτῆς νυκτὸς τοῖς βασιλεῦσι κελεῦσαι Φερεκύδῃ πείθεσθαι. Ἔνιοι δὲ Πυθαγόρᾳ περιάπτουσι ταῦτα.

† Confer Pauſan. p. 775, et Suidam v. Πολλοὶ τρατῆγοι.

PARS I. ὁμωμόκεσαν, ἅμα μιγνύωνται σφίσι. Hinc ſua excerpſit Suidas, qui et recte, opinor, exhibet: ὅτε ΔΕΞΕΣΘΑΙ ὅτε διήσειν. *Quos nec recepturos ſe, nec tranſire per agrum ſuum paſſuros, juraverant.*

ΔΙΗΥΘΥΝΕΝ. Ἐκώλυσε.] "Hæc interpretatio ſuſpecta mihi eſt, de qua proinde amplius cogitandum cenſeo." *Kuſter.* Reſcribe meo periculo: Διηύθυνεν, ἐκόλασε. Κολάζειν eſt *corrigere, caſtigare.* Schol. ad Apollon. Rhod. i. 739. ΕΚΟΛΑΣΕ τὸν λόγον. Philoſtratus de vit. Sophiſt. in Aſpaſio: Διενεχθέντε γὰρ, ὁ μὲν Ἀσπάσιος προσεποίησεν αὐτῷ τὸ ᾳδιάζειν ζὺν εὐροίᾳ, ἐπειδὴ ὁ Φιλόστρατος ϗ τότε τῶ μέρους ἐλλογίμως εἶχεν· ὅθ' αὖ τὸν ἑαυτῶ λόγον, τέως ὑπομενῶντα, πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τὴν ἐκείνε ΕΚΟΛΑΣΕΝ. Quæ verba prius emendanda, quam interpretanda ſunt. Illud enim ὑπομενῶντα ne Græcum quidem eſt. Neque ſane ὑπομένοντα hic quidquam facit. Olearius autem, homo feſtivus, nihil mali ſuſpicatus eſt. Qui quidem nec ſenſum loci omnino perſpexit. Nos vero, ſi quid unquam in hiſce literis, muſis adplaudentibus, fecimus, ita hunc locum jam tandem ſanum integrumque præſtamus. Ο ΔΕ αὖ τὸν ἑαυτῶ ΛΟΓΟΝ, τέως ΥΠΟΚΥΜΑΙΝΟΝΤΑ, πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τὴν ἐκείνε ΕΚΟΛΑΣΕΝ.* Senſus eſt: *Dum diſſiderent enim,*

Ἐκόλασε dederat Ruhnken ad Tim. p. 92. Porſon. IV. 442.

* Idem mendum apud Dion. Chryſoſt. Orat. xlviii. p. 532. ubi legendum ΔΙΑΚΥΜΑΙΝΟΝΤΑΣ. Vulgo: Διαμένοντας. Confer

Aſpaſius ex tempore cum inſigni facilitate dicendi copiam ſibi comparavit, quoniam Philoſtratus in hac quoque parte excellebat. Hic vero e contra (Philoſtratus) *ſuum dicendi genus, quod tum nimis redundabat, ad exactam illius* (Aſpaſii) *formam caſtigavit ac repreſſit.* Eſt autem λόγος ὑποκυμαίνων, *oratio turgida, et quæ exſultat et redundat nimis.* Quæ et recte opponitur λόγῳ κεκολασμένῳ. Vocem elegantiſſimam alibi, ſed ab Interprete minus intellectam, uſurpat Philoſtratus. Heſychius: Κυμαίνουσα, ταράσσουσα, ΟΙΔΑΙΝΟΥΣΑ. ὑπερελύζουσα. Idem autem fere διευθύνειν τὸν λόγον. Lucian. in Anacharſi: Καὶ ὅπως μὴ, καθάπερ νόμοις, προσέξεις οἷς ἂν λέγω πρὸς σὲ, ὡς ἐξάπαντος πιστεύειν αὐτοῖς, ἀλλ' ἔνθα ἄν σοι μὴ ὀρθῶς τι λέγεσθαι δοκῇ, ἀντιλέγειν εὐθὺς, καὶ ΔΙΕΥΘΥΝΕΙΝ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ. *Et fac ut non, tanquam legibus, his attendas quæ dicturus ſum, ut omnino illis fidem habeas; ſed ubi tibi aliquid non recte dici videbitur, contradicas ſtatim et meum ſermonem caſtiges.*

PARS I.

ΔΙΚΑΙΚΟΝ. Τρέχε ἐπὶ τὸ σεαυτῆς ἡγεμονικὸν, ἵνα νῦν ποιήσῃς.] Marcus Antonin. lib. ix. § 22. Τρέχε ἐπὶ τὸ σεαυτῆς ἡγεμονικὸν, καὶ τὸ τοῦ ὅλου καὶ τὸ

---

fer Himerium apud Photium p. 1114, et Procopium de Ædif. Juſtin. p. 13.

PARS I.

τάτε. Τὸ μὲν σεαυτοῦ ἵνα νῦν δικαϊκὸν αὐτὸ ποιήσῃ. Lege: ποιήσῃς. Hunc locum ſuum fecit Suidas, cujus et auctoritate Marcum emendavimus. Cæterum Edit. Mediolanenſis inter v. Δικάζεσθαι et v. Δικαϊκὸν, toto Articulo, qui non erat prætermittendus, auctior eſt. Δικάζω. Αἰτιατικῇ. Τὸ ἐγκαλῶ. Καὶ στρατηγῷ δικάζομεν.

Perſius IV. p. 443.

ΔΙΚΑΙΟΣ. Ἔφη τις τῶν ὁσίων· Ἄλλους γὰρ οὐ πάντες ἀπαιτούμεθα σῶσαι· ἑαυτοὺς δὲ πάντες πάντως. Καὶ ἄλλος· Σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν.] Legendum putabam: Ἄλλους σώζων, σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν. Ut adluſerit auctor ad illud Matthæi xxvii. 42. Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. Sed vulgata lectio veriſſima eſt. Dionyſius Alexandrinus, vir doctiſſimus et κριτικώτατος, in Epiſt. ad Novat. apud Euſeb. Eccleſ. Hiſt. vi. 45. Εἰ δὲ ἀπειθούντων ἀδυνατοίης, ΣΩΖΩΝ ΣΩΖΕ ΤΗΝ ΣΕΑΥΤΟΥ ΨΥΧΗΝ. Sedes autem hujus ῥήσεως eſt apud LXX in Geneſ. xix. 17. Καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἐξήγαγον αὐτοὺς ἔξω, καὶ εἶπαν· ΣΩΖΩΝ ΣΩΖΕ ΤΗΝ ΣΕΑΥΤΟΥ ΨΥΧΗΝ. Confer etiam noſtrum v. Ὁσίων et v. Σῶσαι. Locus autem Suidæ, qui plane eſt ἀπροσδιόνυσος, ſine dubio mutilus eſt, atque ita, ut mihi quidem videtur, redintegrandus. ΔΙΚΑΙΟΙ δὲ ἐσμὲν σῶσαι ἑαυτούς· ἄλλους γὰρ οὐ πάντες ἀπαιτούμεθα σῶσαι, ἑαυτοὺς δὲ πάντες πάντως. *Noſmet*

met ipsi vero servare debemus: Non enim a nobis omnibus requiritur, ut alios servemus; sed ut nos ipsi servemus, omnino a nobis exigitur. Ita locutus est Lysias p. 369. Edit. Taylor. ΔΙΚΑΙΟΙ ΕΣΜΕΝ διὰ τὴν ἡμετέραν προθυμίαν ΤΟΥΤΟΝ ΤΕ ΣΩΣΑΙ ΚΑΙ ΗΜΑΣ. Quem locum in animo habuisse videtur auctor ille, nescio quis, Ecclesiasticus, quem exscripsit Suidas. Elegans autem locutio: Δίκαιοι ἐσμὲν σῶσαι ἑαυτούς. Ita nos Angli, quibus cum Græcis maxima est affinitas: *We ought in justice to save ourselves.*

PARS I.

ΔΙΚΗΣ ΟΦΘΑΛΜΟΣ.—Ὡς καὶ πάντας ἀνθρώπους ὁμολογῆσαι, διότι, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἔστι δίκης ὀφθαλμὸς,* ἧς μηδέ ποτε καταφρονεῖν ἀνθρώπους ὑπάρχοντας.] Hæc sunt verba Polybii in Excerptis a Valesio editis p. 117. ut recte monuit Kusterus. Illud autem, δίκης ὀφθαλμὸς, ut videtur, in proverbium abiit. Eusebius de Laud. Constantini p. 771. Καὶ ΔΙΚΗΣ ΟΦΘΑΛΜΟΝ ὑπάρχειν ἔφορον τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων. Vetus Poëta apud Stobæum p. 121. Edit. Grotii:

---

* Huc respexit Plutarchus in Sympos. Tom. ii. p. 161. Ἅμα δὲ καθαρῶν τὸν οὐρανὸν ἀστέρων περίπλεων, καὶ τὴν σελήνην ανίσχουσαν εὐφεγγῆ καὶ καθαρὰν· ἑστώσης δὲ πάντη τῆς θαλάσσης ἀκύμονος, ὥσπερ τρίβον ἀναχιζόμενον τῷ δρόμῳ, διανοεῖσθαι πρὸς αὐτὸν, ὡς οὐκ ἐστιν εἷς Ο ΤΗΣ ΔΙΚΗΣ ΟΦΘΑΛΜΟΣ, ἀλλὰ πᾶσι τούτοις ἐπισκοπεῖ κύκλῳ ὁ Θεὸς τὰ πραττόμενα περὶ γῆν τὲ καὶ θάλατταν.

Porſon. IV. 443.

PARS I.

Ὁ τῆς δίκης ὀφθαλμὸς, ὡς δι' ἠσύχου
Λεύσσων προσώπου, πανθ' ὁμῶς ἀεὶ βλέπει.*

Quæ corruptiſſima leguntur apud Theophilum ad Autolyc. lib. ii. p. 254. Edit. Wolf. ubi ad Dionyſium, poëtam neſcio quem, referuntur. Legendum autem apud utrumque, ὃς δι' ἠσύχου. Adluſit autem Dionyſius ille ad Eurip. in Troad. ver. 887.

—— Πάντα γὰρ δι' ἀψόφου
Βαίνων τελεύθ', κατὰ δίκην τὰ θνητ' ἄγει.†

Quæ leguntur etiam apud Plutarchum in Platon. Quæſt. p. 1007. et, nonnihil corrupta, in pulcherrimo libello de Iſ. et Oſir. p. 173. Ed. Squire, ex Euripide facile emendanda. Uſur-

---

* Diphilus Comicus apud Theodoret. Græc. Affect. p. 88. Edit. Friderici Sylburgii:

Οἶει σὺ τὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἀπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
Πεφευγέναι τὸ Θεῖον, ὡς λεληθότας;
Ἔστι ΔΙΚΗΣ ΟΦΘΑΛΜΟΣ, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Καὶ δὴ καθ' ἄδην δύο τρίβους νομίζομεν·
Μίαν μὲν, δικαίων· ἑτέραν δὲ, ἀσεβῶν.

Extant hi verſus apud Euſebium, Clementem, et Scriptorem de Monarchia.

† Huc reſpexit Philo apud Euſeb. Præpar. Evang. p. 323. Ταῦτα δὴ πάντα ὁ ποιμὴν καὶ βασιλεὺς Θεὸς ΑΓΕΙ ΚΑΤΑ ΔΙΚΗΝ. Et Proclus in Platon. Theol. p. 201. Διὰ δὲ τὴν δικαιοσύνην, ποδηγετεῖ τὰ μετ' αὐτὸν ΑΨΟΦΩ ΚΕΛΕΥΘΩ, φασὶ, καὶ μετρεῖ τὴν ἀξίαν, καὶ τὴν προσήκουσαν ἑκάστοις χορηγεῖ διανομήν. Confer etiam Plutarchum de Sera Numinis Vindicta, p. 9. Edit. Wyttenbach.

pantur

pantur etiam a Syneſio de Regno p. 20. et Themiſtio Orat. xv. p. 196. Ed. Hard. cujus verba, quia infigniter depravata ſunt, haud abs re fuerit hic emendare. Θεῷ μὲν γὰρ ὅτε ὀφθαλμοὶ, ὅτε ὦτα διακονοῦνται, ὅτε γνώμη σώματι ἐνδεδεμένη· ἀλλὰ πάρεστιν ἁπάνταχοῦ, ὅλως ἄφετος καὶ ἀκώλυτος, τῷ κόσμῳ ἅπασιν, ὃ βασιλεύει. Καὶ διὰ τοῦτο αὐτῷ πολλὴ ῥᾳστώνη καὶ βαίνοντι διαφόρως κελεύθοις, κατὰ δίκην τὰ θνητῶν ἄγειν. Reſcribo certiſſima emendatione: BAINONTI ΔΙ' ΑΨΟΦΟΥ ΚΕΛΕΥΘΟΥ κατὰ δίκην τὰ θνητῶν ἄγειν. Locus ita vertendus eſt: *Siquidem Deo nec oculi, nec aures adminiſtræ ſunt, neque mens corpori illigata eſt. Sed ubique præſens eſt, liber omnino et qui nullis impedimentis prohibeatur, mundo, cujus regnum obtinet, præſidens. Quapropter multa facilitate, tacite licet et nullo ſtrepitu, res humanas æquus moderatur.*

PARS I.

ΔΙΜΙΤΡΙΟΣ. Ὁ ἔχων δύο μίτρας. Δημήτριος δὲ, διὰ τοῦ ή, ὄνομα κύριον.] In Edit. Mediolanenſi ita legitur: Δημήτριος, ὄνομα κύριον. Διμίτριος δὲ, διὰ τοῦ ί, ὁ ἔχων δύο μίτρας. Sed utrovis modo legatur, id pro certo habeo, vocem iſtam Διμίτριος ſpuriam eſſe et contra Græci ſermonis analogiam. A μίτρα enim fluunt, ἄμιτρος, εὔμιτρος, δίμιτρος, et ſimilia; non ἀμίτριος, εὐμίτριος, διμίτριος. Callimach. Hymn. in Dian. ver. 14.

Πάσας εἰνέτεας, πάσας ἔτι παῖδας ΑΜΙΤΡΟΥΣ.

Quare

PARS I. Quare legendum contendo: Δίμιτρος, ὁ ἔχων δύο μίτρας. Videor autem in ipſum locum incidiſſe, quem ante oculos habuit Suidas; cujus indicio noſtra emendatio ſatis ſe tueri poterit, et Lexicographus noſter abunde illuſtrabitur. Eſt autem apud Plutarchum in Demetrio p. 909. Ἦν δὲ ὡς ἀληθῶς τραγῳδία μεγάλη περὶ τὸν ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ ὃ μόνον ἀμπεχόμενον καὶ διαδούμενον περιτῶς καυσίαις ΔΙΜΙΤΡΟΙΣ, καὶ χρυσοπαρύφοις ἀλουργῖσιν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῖς ποσὶν ἐκ πορφύρας ἀκράτε συμπεπιλημένης χρυσοβαφεῖς πεποιημένον ἐμβάδας.* Legendum: πεποιημένας ΥΠΟΔΟΥΜΕΝΟΝ ἐμβάδας. *Et erat revera ingens circa Demetrium tragœdia, quippe qui non ſolum amictus eſt auro intertextis purpuris, et caput redimitum habebat dimitris cauſiis, verum etiam pedibus ſubligavit auratas ex pura purpura compacta ſoleas.* Ad hunc locum ſine dubio reſpexit Suidas.

ΔΙΟΓΕΝΕΙΑΝΟΣ——Ἡ γὰρ ἦν ἔτος παντοίοις

---

* Valeſius in Emend. legit: χρυσυφεῖς. Sed fallitur. Vide Cl. Hemſterhuſium ad Lucian. p. 131. Athenæus lib. v. 7. p. 200. ΥΠΕΔΕΤΟ ΔΕ ΕΜΒΑΔΑΣ ΧΡΥΣΟΒΑΦΕΙΣ. Atque idem lib. xii. 9. p. 535. ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ δὲ πάντας ὑπερέβαλεν· τὴν μὲν γὰρ ὑπόδεσιν ἣν εἶχε, κατεσκεύασεν ἐκ πολλῦ δαπανήματος· ἦν γὰρ κατὰ μὲν τὸ ὄγκημα τῆς ἐργασίας, ὀγδόη ἐμβάτης πίλημα λαμβάνων τῆς πολυτελεστάτης πορφύρας· τούτῳ δὲ χρυσῦ πολλὴν ἐνύφαινον ποικιλίαν ὄπισω καὶ ἔμπροσθεν ἐνιέντες οἱ τεχνῖται.

λόγοις.]

λόγοις.] "Deeſt πεπαιδευμένος, vel ſimile quid; "ut Portus etiam monuit." *Kuſter.* Reſcribe: παντοίως λόγιος. *Erat enim revera omni doctrinæ genere eruditus.* Noſter infra: Διονύσιος, Ἀλεξάνδρα, Ἀλικαρνασσεὺς, ῥήτωρ, καὶ ΠΑΝΤΟΙΩΣ ΛΟΓΙΟΣ. Nihil verius hac emendatione. Lucas Act. Apoſt. xviii. 24. ἀνὴρ λόγιος, *homo eruditus.* Heſych. Λόγιος, ὁ τῆς ἱστορίας ἔμπειρος, πεπαιδευμένος. PARS I.

ΔΙΩΡΙΑ. Ἀνακωχή. — Δόξαν δὲ ἐπανεῖναι τὴν πολιορκίαν καὶ διωρίαν βελῆς τοῖς στασιασταῖς πρᾶξαι.] Hæc ſunt verba Joſephi de Bello Jud. lib. v. cap. 9. ubi rectius legitur: Δόξαν δὲ ἐπανιέναι πρὸς ὀλίγον τὴν πολιορκίαν.

ΔΟΜΝΙΝΟΣ. Φιλόσοφος, Σύρος τὸ γένος, ἀπό τε Λαοδικείας καὶ Λαρίσσης πόλεως Συρίας, μαθητὴς Συριανοῦ, καὶ τῆ Πρόκλα συμφοιτητὴς, ὥς φησι Δαμάσκιος. Ἐν μὲν τοῖς μαθήμασιν ἱκανὸς ἀνὴρ, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις φιλοσοφήμασιν ΕΤΙ ΠΑΛΑΙΟΤΕΡΟΣ·* διὸ καὶ πολλὰ τῶν † Πλάτωνος δοξάσμασιν εἰκείοις διέστρεψε.

Dominus Philoſophus, natione Syrus, ex Laodicea vel Lariſſa urbe Syriæ, Syriani diſcipulus, et

* Vide Gronovii Emendationes in Suidam, p. 113. ubi pro more nugatur egregie.

† MS Lugd. legit: Πολλὰ ΤΟΥ Πλάτωνος.

Procli

PARS I. *Procli condiſcipulus, ut ait Damaſcius. In mathematicis quidem diſciplinis vir fuit exercitatus, ſed in aliis Philoſophiæ partibus longe exercitatior. Quamobrem etiam multa Platonica dogmata ſuis ſententiis pervertit.*] Græca cum Latinis deſcripſi, ut videas quam belle hæc adminiſtrarit Interpres. Erat, inquit, Dominus in Philoſophicis egregie exercitatus; et tamen, quod mireris, Platonis dogmata pervertit. Hæc, opinor, non ſatis concordant. Adde quod vocem παλαιὸς in contrario plane ſenſu uſurpent Græci. Ariſtoph. in Lyſiſt. ver. 987.

—— Παλαιόρ γα, ναὶ τὸν Κάστορα,
Ἄνθρωπος ——
Stultus eſt, per Caſtorem, iſte homo.

Ita legendus iſte locus. Παλαιὸρ eſt idem Laconibus ac παλαιός. Vide Kuſterum ad locum. Recte autem et, pro Comicorum more, ἄνθρωπος. ὁ ἄνθρωπος. Omnino enim deſideratur articulus. Vides jam Suidæ interpretem nec Græca intellexiſſe, neque adeo ſenſum quidem ullum exinde expreſſiſſe. Atqui haud ita difficile erat mentem ſcriptoris, qui certo certius eſt Damaſcius, attigiſſe. *Erat quidem Dominus in mathematicis diſciplinis ſatis exercitatus, in aliis autem Philoſophicis non item. Quæ cauſa etiam fuit, ut multa Platonis Philoſophica opiniunculis*

ninunculis ſuis perverteret. Hic ſenſus loci eſt. Eadem quoque locutio occurrit infra v. Αἰδεσία. Ταύτης δὲ παῖδες ἀπὸ τῦ Ἑρμείυ, νεώτερος μὲν, Ἡλιόδωρος· πρεσβύτης δὲ, Ἀμμωνίος. Οὗτος μὲν ἦν εὐφυέστερος ἦν καὶ φιλομαθέστερος. Ὁ δὲ ἁπλύστερος καὶ ΕΤΙ ΠΑΛΑΙΟΤΕΡΟΣ ἔν τε τοῖς ἤθεσιν, ἔν τε τοῖς λόγοις. *Hujus ex Hermia filii, natu minor, Heliodorus, natu vero major, Ammonius, fuerunt: quorum ille et ingenio et ſtudio diſcendi alteri præſtitit; hic vero ſimplicior fuit, idque ipſum tam in moribus quam ſermonibus præ ſe tulit.* Quæ ex eodem fonte, Damaſcio ſcilicet, in Hiſtoria Philoſophica, hauſit Suidas. Rem vero, quantum potuit, expreſſit Interpres: Heliodoro autem, errore feſtivo, attribuit, quod jure merito ad Ammonium pertinebat. Erat enim Ammonius iſte, ut ad Longinum vidimus, omni doctrinæ laude celeberrimus. Vocem autem παλαιότερος longe melius hic quam prius accepit. Sed, quod nemo viderat, error utrobique in Græcis eſt, et ſcribendum ΕΠΙΠΟΛΑΙΟΤΕΡΟΣ. *Magis ſuperficialis.* Idem Damaſcius apud Suidam: Σιλβανὸς, φιλόσοφος· ὃς ἀπειρικὴς μὲν ἦν τὰ ἄλλα καὶ ἱερός· ΑΠΛΟΥΣΤΕΡΟΣ δὲ τὰ ἤθη καὶ ΕΠΙΠΟΛΑΙΟΣ. *Silvanus, Philoſophus, qui cætera quidem probus erat et ſanctus; ſed moribus ſimplex et apertus.* Quæ totidem verbis repetuntur infra v. Ἐπιπόλαιος. Ubi recte interpretatur Suidas, οὐ βαθὺς τὸν τρόπον. Quare vere

PARS I.

PARS I. vere, opinor, et favente Critice, utrumque locum emendavimus.

ΔΟΞΟΚΟΠΙΑ. Κενοδοξία.—Ἀππιανός· Ὁ δὲ Φλαμίνιος τὴν ἀρχὴν ἀπὸ δοξοκοπίας ἠρμένος, ἠπείγετο Ἀννίβα συμπλακῆναι. Λέγεται δὲ καὶ δημοκοπία καὶ δοξοκοπία. Ὑπατεῦσαι, ἐκ δόξης πολεμικῆς, Λεύκιον· ἐκ δὲ δημοκοπίας, Τερέντιον.] Scribendum: ΕΣ τὴν ἀρχὴν. Quomodo legitur apud Appianum in Hannibalicis pag. 551. ubi conſulendus Henricus Stephanus. Huc facit Julian. Epiſt. 49. Καὶ οἱ μὲν πειθόμενοι κατὰ ἀλήθειαν εἰσὶ θεοσεβεῖς· οἱ δὲ ἀντεχόμενοι τῷ τύφῳ, ΔΟΞΟΚΟΠΟΙ εἰσὶ καὶ ΚΕΝΟΔΟΞΟΙ. Quæ autem ſequuntur apud Suidam mutila videntur, atque ita ex Appiano p. 559. ſupplenda ſunt. Ὑπάτους τε αἱρεῖσθαι, ἐκ μὲν δόξης πολεμικῆς, Λεύκιον Αἰμίλιον, τὸν Ἰλλυριοῖς πολεμήσαντα· ἐκ δὲ ΔΗΜΟΚΟΠΙΑΣ, Τερέντιον Οὐάρρωνα, πολλὰ αὐτοῖς ἐκ τῆς συνήθους, ΔΟΞΟΚΟΠΙΑΣ ὑπισχνέμενον.

ΔΩΡΑ ΚΑΙ ΔΩΡΕΑ ΔΙΑΦΕΡΕΙ.—Δωρεαὶ μὲν γὰρ αἱ σιτίσεις, καὶ αἱ πρεσβεῖαι, καὶ αἱ ἀτέλειαι, καὶ τὸ ἱεραῖσθαι, καὶ ὅσα ἄλλα λαμπρύνει ἄνδρας. Δῶρα δὲ, χρυσὸς, ἄργυρος, ἵπποι, ἀνδράποδα, καὶ ὅσα ἑρμηνεύει πλεῖστον.] Locus hic totidem fere verbis legitur apud Philoſtratum in vita Adriani cap. iv. ex quo deprompſit Suidas. Legendum autem, αἱ σιτήσεις. Quomodo habet Philoſtratus.

Æſchines

Æschines contra Ctesiph. ΔΩΡΕΑΙ καὶ στέφανοι καὶ κηρύγματα καὶ ΣΙΤΗΣΕΙΣ ἐν Πρυτανείῳ. Laërtius in Socrate: Θορυβησάντων δὲ τῶν δικαστῶν, Ἕνεκα μέν, εἶπε, τῶν ἐμοὶ διαπεπραγμένων τιμῶμαι τὸν δίκην ΤΗΣ ΕΝ ΠΡΥΤΑΝΕΙΩι ΣΙΤΗΣΕΩΣ. *Tumultuantibus vero judicibus; Eorum, inquit, gratia quæ a me gesta sunt, censeo me in Prytaneo publice ali debere.* PARS I.

ΔΡΩΠΑΞ. Ὁ κεκαλλωπισμένος ἀνήρ.—Πολλὰς ὁρῶ διὰ τὴν ὑγίειαν ἐπὶ τὸν ζυρὸν καὶ δρώπακα καταφεύγοντας.] Depromptum est hoc fragmentum ex Synes. Calvit. Encom. p. 75. Adscribam autem integrum locum, quia pulcherrimus est. Εἰ δὲ καὶ ὑγίεια καλόν· τὸ κάλλιστον μὲν ἂν τῶν καλῶν· διὰ ταύτην ἐγὼ πολλὰς κομήτας ἐπὶ τὸν ζυρὸν καὶ τὸν ΔΡΩΠΑΚΑ καταφεύγοντας, ὡς ἅμα μὲν φαλακρὰς, ἅμα δὲ ἐξάνθεις γενομένας τῆς νόσου. Ἀλλ' εἰ μὲν ὀφθαλμία, καὶ κόρυζα, καὶ βάρος ὤτων, καὶ τ' ἄλλα πάντα τὰ περὶ αὐτὴν ὄντα πάθη τὴν κεφαλὴν τῷ φορτίῳ τούτῳ συναπαλλάττεται, μέγα ἂν εἴη καὶ τοῦτο· πολὺ δὲ μεῖζον, εἰ καὶ πόσει καὶ πλάγχνοις ἐλυσιτέλησεν. Οὗτοι μὲν ἂν εἰσὶν οἱ ταῦτα δυσχεῖς, οἱ τὰς καλυμένους κύκλους ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὑπομένειν ἀναγκαζόμενοι, ὧν ἀρχὴ καὶ μέσα καὶ τέλος ὁ ΔΡΩΠΑΞ ἐστὶν, ὃς ἀκεφαλέστερον σιδήρου ταῖς θρίξιν ἐπεξέρχεται. Hinc mirari subit interpretationem Suidæ: Δρώπαξ, ὁ κεκαλλωπισμένος ἀνήρ. Nisi forte Comicus aliquis homunculum quendam molliorem et deglabratum

PARS I. bratum ludo jocoque ita vocaverit, quia δρώπακι ſcilicet ad formam et mollitiem uteretur. Erat autem δρώπαξ unguentum quoddam ex pice maximam partem confectum, quod ad crura læviganda, atque alias partes corporis depilandas, molles et κίναιδοι adhibebant. De quo conſulendi ἰατρῶν παῖδες. Martial. Epigram. x. 65.

Lævis dropace tu quotidiano,
Hirſutis ego cruribus geniſque.

Hinc δρωπακίζειν, *depilare*. Suidas: Δρωπακίζειν, παρ' ἡμῖν τὸ μετ' ἀλοιφῆς τινος χρίεσθαι τὸ σῶμα, πρὸς ψίλωσιν τῶν τῆς σαρκὸς τριχῶν. Gloſſæ: Δρωπακίζω: *Pilo*. Lege: *Depilo*. Verbo utitur Lucian. in Demonacte. Δρωπακισθῆναι τότε αὐτὸν κέλευσον. *Tum dropace illum velli jube*. Hinc Δρωπακισμὸς, *Depilatio*: et Δρωπακιστὴς, *Depilalator*. Gloſſæ: Δρωπακιστὴς, *Dropaciſta, Alipilarius, Depilator*. De volſura autem et ſubvolſura iſta, quæ ope δρώπακος peragebantur, elegantiſſime P. Africanus in eximio fragmento apud Aul. Gell. vii. 12. quod et hic non ſine voluptate videbit lector eruditus atque harum elegantiarum ſtudioſus. *Nam qui cotidie unguentatus adverſum ſpeculum ornetur, cujus ſupercilia radantur, qui barba volſa feminibuſque ſubvolſis ambulet, qui in conviviis adoleſcentulus cum amatore, cum chiridota tunica interior accubuerit, qui non modo vinoſus ſed viroſus quoque ſit: Eumne*

Eumne quiſquam dubitet, quin idem fecerit quod cinædi facere ſolent? PARS I.

ΔΥΝΑΜΙΣ.——Πισίδης·

Τὰς πέντε δυνάμεις Ἀρχιμήδης εἰς μίαν
Συνάψας ὅλην, εἰς τὸ κινῆσαι μόλις
Τῶν δυσαχθήλων ἐξοχῶν τὰ Φορτία.]

" Metri gratia ſcribendum eſt: Ὅλην συνάψας, " ut Portus etiam monuit." *Kuſter.* Laboranti metro optime ſuccurrit Portus, adſentiente etiam Cl. Kuſtero. Et ſic quoque locutus eſt Jamblichus de Myſter. p. 87. Καὶ ψυχαὶ πλείονες εἰς ψυχὴν ΜΙΑΝ ΤΗΝ ΟΛΗΝ συμπήγνυνται.* Sed veram lectionem neuter tamen vidit. Scribendum:

—————— εἰς μίαν
ΟΛΚΗΝ συνάψας ——————

Heſych. Ὁλκῇ μιᾷ, τόνῳ, δυνάμει. Et ſic jam video editum a Commelino in Piſid. p. 158. Quæ autem ſequuntur;

—— εἰς τὸ κινῆσαι μόλις
Τῶν δυσαχθήλων ἐξοχῶν τὰ Φορτία,

Reddunt: *Ut machinis quibuſdam graviſſima onera moverentur.* Nimirum is eſt mos iſto-

* Item Sophocles in Philoct. ver. 480.
Ὄθ' ἡμέρας τοὶ μόχθος ἐκ ΟΛΗΣ ΜΙΑΣ.

PARS I. rum hominum, ut ea non raro Latine reddant, quæ non intelligunt. Reſcribe: ΕΞ ΟΧΩΝ. Senſus eſt: *Cum quinque potentias Archimedis in unam quaſi vim atque actionem redegiſſet, ut onera tandem ex plauſtris cervices jumentorum gravantibus elevaret.*

ΔΥΣΑΡΕΣΤΟΥΜΕΝΟΣ. Μὴ ἀρεσκόμενος.

Χαλεπὸν μὲν ἦν ἄνδρας δυσαρέστους νεθετεῖν,
Εἰ τὺς φιλεῖν μὲν βελομένους δεδοίκατε
Τὺς δ' οὐκ ἐθέλοντας ἀντιβολεῖσθ' ἑκάστοτε.]

Senarii iſti exſtant apud Ariſtoph. Eccleſ. ver. 180. ubi legitur: Οἳ τὺς φιλεῖν.

ΔΥΣΓΑΡΓΑΛΙΣ. Δυσυπόταχτος. Γαργαλίζειν γὰρ, τὸ εἰς γέλωτα ἄγειν, καὶ πείθειν.] Sic totidem quoque verbis Etymol. M. Reſpexit autem uterque ad trimetrum Ariſtophanis in *Anagyro*, quem nobis conſervavit Suidas v. Ὀρθοπλῆξ.

Ὃς δ' ὀρθοπλὴξ πέφυκε κ) ΔΥΣΓΑΡΓΑΛΙΣ.

Quod miror non animadverſum ab iis, qui ad Heſychium ſcripſerunt, apud quem male legitur, δυσγάργαλος.* Xenophon de re equeſtri, p. 937. Δεῖ δὲ καὶ εἴ τινα χαλεπότητα ἔχοι ὁ ἵππος

* Libanius Epiſt. 14. p. 113. Edit. Wolf. ΙΠΠΟΝ ΔΥΣΓΑΡΓΑΛΟΝ.

κατα-

καταμανθάνειν, εἴτε πρὸς ἵππους, εἴτε πρὸς ἀνθρώπους, καὶ εἰ ΔΥΣΓΑΡΓΑΛΙΣ γε ἔστι. *Cognoſcendum quoque, num aliqua pravitas* (Angl. *Vitiouſneſs*) *inſit equo, vel adverſus equos, vel adverſus homines; et an ſe contrectari non patiatur.* Hinc corrigendus Ælian. Hiſt. Animal. xvi. 9. Ἀναβαινόντων ὄνων τὰς ἵππους, ὑπομένειν ἐκείνας λέγουσι, καὶ ἥδεσθαι τῇ μίξει, καὶ τίκτειν ἡμιόνους πυρσὸς τὴν χροιὰν, καὶ ἄγαν δρομικὰς, δυσλόφους δὲ καὶ γαργαλεῖς ἄλλως. Legendum: ΔΥΣΛΟΦΟΥΣ δὲ καὶ ΔΥΣΓΑΡΓΑΛΕΙΣ. *Oneris atque contrectationis impatientes.* PARS I.

ΔΥΣΦΟΡΑ. Χαλεπά. Δυσπόϊστα.

Λέγω γὰρ αὐτὰ καὶ τὰ δύσφορ' εἰ τύχοι
Καλ' ὀρθὸν ἐξιόντα, πάνθ' ἁν εὐτυχεῖν. *Perſon. IV. 443.*

ὅ ἐστι, καὶ τὰ χαλεπὰ καλ' ὀρθὸν προϊόντα, εὐτυχεῖν ἡμᾶς λέγω.] Locum hunc ex Sophocl. Oedip. Tyr. ver. 87. atque ejus Scholiaſta deſumpſit Suidas, ſed ita ut utrumque pro more male mulctarit. Indicato autem fonte, unde latices ſuos hauſerit, emendatio cuivis erit in promptu.

Plutarch. περὶ τοῦ ἐαυτὸν ἐπαινεῖν. III. 141. δακνόμενον καὶ γαργαλιζόμενον.

PARS I.

AI.

ΑΙΓΕΙΡΟΥ ΘΕΑ. Αἴγειρος ἦν Ἀθήνησι πλησίον τοῦ ἱεροῦ· ἔνθα πρὶν γενέσθαι τὸ θέατρον, τὰ ἴκρια ἐπήγνυον· ἀφ' ἧς αἰγείρου οἱ μὴ ἔχοντες τόπον, ἐθεώρων.] "Meurſius Lect. Attic. lib. iv. cap. "ult. legendum cenſet, πλησίον τοῦ ἰκρίου· cui "emendationi ταυτολογία obſtare videtur, quo- "niam paulo poſt ſequitur, τὰ ἴκρια ἐπήγνυον. "Sed nulla erit ταυτολογία, ſi ἴκριον hic acci- "piatur pro loco in quo erant τὰ ἴκρια ſive ta- "bulata; more Atticorum, qui locis nomina "imponere ſolebant a rebus quæ in illis erant, "ut oſtendimus ſupra v. Δεῖγμα. Exiſtimo "igitur emendationem Meurſii ſpernendam "non eſſe." *Kuſter.* Legunt viri doctiſſimi, ut vides, πλησίον τοῦ ἰκρίου, et pro loco accipiunt in quo erant τὰ ἴκρια. Atqui tum ſcribendum fuerit, πλησίον τῶν ἰκρίων. Ariſtoph. Theſmoph. ver. 402.

Ὡς εὐθὺς εἰσιόντες ΑΠΟ ΤΩΝ ΙΚΡΙΩΝ.

Quomodo etiam habet Heſychius: Παρ' αἰγείρου θέα. Αἴγειρος δὲ ἐστὶ φυτοῦ εἶδος ΕΓΓΥΣ ΤΩΝ ΙΚΡΙΩΝ. Quod tamen in Suida ferri non poteſt propter ſequentem Ἰκρία. Quare recte, opinor, emendavimus: πλησίον ΤΟΥ ΧΩΡΙΟΥ, ΕΝΘΑ, πρὶν γενέσθαι τὸ θέατρον, ΤΑ ΙΚΡΙΑ ἐπήγνυον

PARS I.

νυον. *Juxta locum, ubi, antequam theatrum exstructum esset, tabulata posita erant.* Qua quidem emendatione nihil verius aut simplicius. Sic locutus est D. Joannes iv. 5. ΠΛΗΣΙΟΝ ΤΟΥ ΧΩΡΙΟΥ ὃ ἔδωκεν Ἰακὼϐ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ. Hesychius: Ὀρθία Ἄρτεμις. Οὕτως εἴρηται ἀπὸ τοῦ ἐν Ἀρκαδίᾳ ΧΩΡΙΟΥ, ΕΝΘΑ ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἵδρυται.*

ΑΙΓΙΑΖΕΙΝ.

Σὺ δ' αἰγιάζεις ἐνθάδε καθημένος.]

Versus, cujuscunque demum sit, notandus ob verbum αἰγιάζειν, quod haud alibi occurrit.† Metrum autem laborat, cui ita levi digito est succurrendum:

Σὺ δ' αἰγιάζεις ΕΝΘΑΔΙ καθημένος.
Tu vero capras pascis hic sedens.

ἐνθαδὶ MS. C.C.C. Oxon. Porson IV. 443.

---

* Phalaris Epist. cxxxv. p. 117. Edit. Boyle—Μηδὲ ἀνίστα τὸν Ὑμέναιον ἀπὸ τῆς ἑστίας, ΕΝΘΑ ᾔσθη· ἄξιον τὸ δώρημα τοῖς κομισομένοις ἀποδοχῆς νενομίκαμεν· φίλτατα γὰρ τὰ ΧΩΡΙΑ τοῖς νυμφαγωγηθεῖσιν, ΕΝΘΑ ἂν τὰ πρῶτα θεσμὰ ἀπόθωνται παρθενίας. Item Pausanias in Attic. p. 42. Edit. Kuhnii: Τοῦ δὲ ἱεροῦ τοῦ Σαράπιδος οὐ πορρῷ ΧΩΡΙΟΝ ἐστὶν, ΕΝΘΑ Πειρίθου καὶ Θησέα συνθεμένους ἐς Λακεδαίμονα καὶ ὕστερον ἐς Θεσπρωτοὺς σταλῆναι λέγουσι. Confer et eundem in Messen. p. 345.

† An αἰθριάζειν?—Theophylact. Epist. lv. p. 88. Edit. Meursii: Τὸ γὰρ οὐκ ἂν μοι γένοιτο ΑΙΘΡΙΑΣΑΝΤΙ, ὅπου φωλεύων οὕτω διάκειμαι;

PARS I. Ita reddunt Interpretes. Ut vero ὧδε et ὧδι, sic ἐνθάδε et ἐνθάδι. Nihil notius apud Atticos. Aristoph. Ran. 202.

Οὔκουν ΚΑΘΕΔΕΙ δῆτ' ΕΝΘΑΔΙ γάστρων;——
Non igitur hic sedibus tu, venter popa?

Idem Equit. ver. 487.

Καὶ τὰς μαχαίρας ΕΝΘΑΔΙ καταθήσομαι.

ΑΙΘΗΡ——Ἀστροιδέα νῶτα διφρεύσω' αἰθερος.] "Hæc apud Sophoclem legisse memini: quam-"vis locum nunc in promptu non habeam." *Kuster.* Hæc Pindaro adjudicavit Rittershusius ad Oppian. Hal. iv. 568. et post eum Barnesius ad Eurip. Iphig. Taur. ver. 1445. Sed perperam. Leguntur enim hæc verba apud Aristoph. Thesmoph. ver. 1076, qui et ipse hausit ex Euripide in Andromeda; uti recte vidit Cl. Kusterus ad locum. Vide etiam infra v. Ἵππευμα, ubi auctius legitur hoc fragmentum. Nemini autem mirum videatur, quod unus idemque locus tum apud Comicum, tum apud Tragicum comparuerit. Solebant enim Comici ῥήσεις nonnullas a Tragicis mutuari, nunc ut majorem gratiam fabulis suis conciliarent, nunc ut auctores risu ludoque exciperent.* Id quod

* Hujusmodi exempla videas apud Stobæum in Excerpt. de Rerum Natura, p. 139. Edit. Grotii. Vide et Fabricium ad Sext. Empiricum, p. 274.

sæpissime

F Porson. IV. 443.

ſæpiſſime fecit Ariſtophanes. Fecit et Menander, ex quo verſiculum iſtum Paulino uſu celeberrimum, ⸸ PARS I.

Φθείρουσιν ἤθη χρῆθ' ὁμιλίαι κακαί,

laudat non ſemel Hieronymus ad Pauli Epiſtolas.* Quocum faciunt et Scholiaſtæ Græci ad 1 Corinth. xv. 33. in MSS Steph. et Laud. Quorum prior ex *Thaïde* Menandri deſumptum eſſe ait; concinente univerſo Eruditorum choro. Atqui ſenarium iſtum τραγικὸν vocat, haud ſubleſtæ quidem fidei teſtis, Clemens Alexandrinus Stromat. i. p. 350. Πρός γ' ἂν Κορινθίους περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως διαλεγόμενος, ΙΑΜΒΕΙΩι ΣΥΓΚΕΧΡΗΤΑΙ ΤΡΑΓΙΚΩι· Τί μοι ὄφελος, λέγων, εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. Μὴ πλανᾶσθε· Φθείρουσιν ἤθη χρῆθ' ὁμιλίαι κακαί. Facile autem componendæ ſunt iſtæ lites.† Nimirum Menander, ut *Thaïdem* ſuam purpureo quodam panno con-

---

* Ex eodem hunc verſiculum laudat Tertullianus. Vide Ritterſhuſium ad Iſidorum, iv. 35. Citatur etiam ab Euſebio in Præpar. Evang. p. 249.

† Non aliæ videntur lites de iſto Sophocleo:

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίαι.

Ad quem verſiculum ita Zenobius in Proverb. Cent. V. 98. Τοῦτο Σοφοκλέους ἐστὶν ἐξ Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ. Πλάτων δὲ Εὐριπίδου φησὶν εἶναι τὸ ἰάμβιον, Καὶ οὐδὲν θαυμαστόν. Συμπίπτουσι γὰρ ἀλλήλοις οἱ Ποιηταί. Vide Andr. Schottum ad locum.

PARS I.

decoraret, verſiculum iſtum ἠθικὸν ex Euripide mutuatus eſt;* ad quem proinde jure ſuo referendum eſſe monet Socrates in Hiſtor. Eccleſ. lib. iii. cap. 16. cujus verba, quia elegantiſſima ſunt, et omnibus, qui harum venerum haud penitus expertes atque ἄγευστοι ſunt, facile arridebunt, hic adſcribenda eſſe duximus: Εἰ δέ τις ἡμᾶς βιαίως ταῦτα λέγειν νομίζει, σκοπησάτω ὅτι ὁ Ἀπόστολος οὐ μόνον οὐ κωλύει μανθάνειν Ἑλληνικὴν παίδευσιν, ἀλλὰ γὰρ φαίνεται καὶ αὐτὸς μὴ ἀμελήσας αὐτῆς, ἕνεκεν τοῦ γνῶναι πολλὰ τῶν εἰρημένων τοῖς Ἕλλησιν. Ἐπεὶ πόθεν ὁρμώμενος ἔλεγε, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαὶ, εἰ μὴ τὸν Ἐπιμενίδη τοῦ Κρητὸς, ἄνδρος τελεστοῦ ἀνεγνώκει χρησμός· ἢ πόθεν ἐγνώκει τὸ, Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, εἰ μὴ τὰ Φαινόμενα τοῦ ἀστρονόμου Ἀράτου ἠπίστατο. Ἀλλὰ καὶ τὸ, ΦΘΕΙΡΟΥΣΙΝ ΗΘΗ ΧΡΗΣΤΑ ΟΜΙΛΙΑΙ ΚΑΚΑΙ, δείκνυσι μὴ ἀνήκοον τῶν ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ δραμάτων τυγχάνοντα.

ΑΙΘΡΙΑ.—Ξενοφῶν Οἱ δὲ τὰς οἰκίας ἐμπρήσαντες, δίκην ἔδοσαν, ὑπὸ τῆς αἰθρίας κακῶς σκηνοῦντες.] Frag-

* Id quod feciſſe videtur idem Comicus ex Æſchylo. Vide Stobæi Floril. p. 157. Ita Tragicus:

Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

Iiſdem fere verbis Menander:

Οἴκοι μένειν χρὴ, καὶ μένειν ἐλεύθερον,
Ἢ μηκέτ' εἶναι, τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

mentum

mentum hoc depromptum est ex Xenoph. Exped. Cyr. lib. iv. 4.9. p. 328. ubi paulo aliter legitur: Ὅσοι δὲ, ὅτε τὸ πρότερον ἀπήεσαν, τὰς οἰκίας ἐνέπρησαν, ὑπὸ τῆς αἰθρίας δίκην ἐδίδοσαν, κακῶς σκηνοῦντες.* Ubi distinguendum vel auctoritate Suidæ, ὑπὸ τῆς αἰθρίας, δίκην ἐδίδοσαν, κακῶς σκηνοῦντες. *Pœnas dederunt, sub dio in tentoriis male habitantes.* Quod non notassem, nisi virum doctissimum ad Xenophontem ista fraude deceptum animadvertissem.

PARS I.

Porson. Not. Brev. in Xenoph. Anab. Ii. 287.

ΑΙΚΑΛΛΕΙ. Θωπεύει. Κινεῖ. Προτρέπεται. Τὴν βασιλέως θεραπεύων ϗ ὑπαικάλλων δάφνην. Λέγεται ϗ ὑπαικάλλειν. Τὴν Ἀντωνίου θεραπεύων ϗ ὑπαικάλλων ἅμα φάτνην. Priorem partem hujus Articuli descripsit Suidas, idque nullo judicio, ex Schol. ad Aristoph. Eq. ver. 211.

Τὰ μὲν λόγι' αἰκάλλει με——

Ubi Schol. Αἰκάλλει. Θωπεύει. Γράφεται καλεῖ με, (lege: ϗ καλεῖ με,) ἀντὶ τοῦ, κινεῖ, προτρέπεται. Vides jam quam negligenter hæc administrarit Suidas. Neque enim verba illa, κινεῖ, προτρέ-

* Sozomen. Hist. Eccles. lib. vi. cap. 2. Τῆς τὲ γὰρ γῆς συνεχῶς ὑπὸ χαλεπωτάτων σεισμῶν τινασσομένης, ϗ τῶν οἰκημάτων ἐρειπομένων, οὐκ ἀσφαλὲς ἦν οἴκοι, οὔτε ΑΙΘΡΙΟΥΣ διατρίβειν. Dio Chrysost. Orat. ix. p. 142. Ὅσοι κακῶς ἐσκήνουν, καὶ τούτου ἠπόρουν. Legendum: ΚΑΙ ΤΟΥ ΟΙΚΟΥ ΗΠΟΡΟΥΝ.

πεται

PARS I. πεται ad vocem Αἰκάλλει pertinent, ſed ad alteram lectionem Καλεῖ. Deinde duo exhibet fragmenta Suidas, quorum prius non niſi litura ſanandum eſt. Locum enim non ſuum occupat; in poſteriori autem recte emendatur. Eſt enim, ſi quid video, unum atque idem fragmentum; quodque auctius legas v. Ἄλθιος et v. Ὑπαικάλλων.

E.

ΕΒΡΑΓΧΙΑΖΕ. Κεκοπίακεν.] Pſalm. lxviii. 4. ubi LXX. ΕΚΟΠΙΑΣΑ κεκράζων, ΕΒΡΑΓΧΙΑΣΕΝ ὁ λάρυγξ μου.* *Defatigatus ſum clamando, et meum guttur eſt raucum.* Ad hunc locum reſpexit Suidas. Idem eſt Βραγχᾶν, Βραγχιᾶν, et Βραγχιάζειν. De quibus Heſychius, Pollux, alii. Confer et Etymologum in v. Βραγχιάζω, qui et eundem Pſalmographi locum ad partes vocat.

ΕΓΚΑΤΩΙΚΟΔΟΜΗΣΕΝ. Ὁ δὲ πατὴρ μηνίσας τὸν παῖδα ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ παλλακῇ, ἐπήρωσεν αὐτὸν, καὶ ἐγκατῳκοδόμησεν. †] Locus luxatus eſt et mutilus. Lego certiſſime: Ὁ δὲ πατὴρ ΛΑΒΩΝ

---

* Libanius Tom. i. p. 309. Edit. Wolf. Οὐ βράγχος τῇ φαρύγγι προσεπέσεν.

† Vide Suidam in v. Ἀναγυράσιος, ubi hæc hiſtoria eſt.

τὸν

τὸν παῖδα ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ παλλακῇ, ΜΗΝΙΣΑΣ ἐπήρωσεν αὐτὸν καὶ ἐγκατῳκοδόμησεν. *Pater autem iratus, quod filium in pellice sua deprehendisset, eum oculis privavit et parietibus struxit.* Solenne autem est verbum λαμβάνειν,* in re hujusmodi. Lysias pro Cæde Eratosthenis p. 17. ΕΠΙ ΔΑΜΑΡΤΙ τῇ ἑαυτοῦ ΜΟΙΧΟΝ ΛΑΒΩΝ. *Mœchum in uxore deprehendens.* Philostrat. vit. Apollon. viii. 7. Καὶ τὸ μοιχεύειν μὲν, ὃν λανθάνουσι χρόνον, γαμεῖν δὲ ἃς ἐμοίχευσαν, ὅταν ΕΠ' ΑΥΤΑΙΣ ΛΗΦΘΩΣΙ. *Et mœchari, quamdiu clanculum id fieri queat, matrimonio autem sibi jungere quas corrupissent, ubi deprehensi in eis essent.*

PARS I.

Sophocl. Aj. ver. 1313.

Αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, ΕΦ ΗΙ
ΛΑΒΩΝ ἐπακτὸν ἄνδρ' ὁ φιτεύσας πατὴρ
Ἐφῆκεν ἑλλοῖς ἰχθῦσιν διαφθοράν.

Ita scribendum cum Scholiasta ob metrum, non φυτεύσας. Sophocl. Trachin. ver. 314.

Τίς δ' ἡ τεκοῦσα; τίς δ' ὁ ΦΙΤΕΥΣΑΣ πατήρ. φιτύσας Person. append. IV. 443.

Locus autem ita vertendus est:

---

* Heraclides de Polit. Cap. I. ΛΑΒΩΝ ΕΠΙ ΤΗ ΘΥΓΑΤΡΙ Λειμώνη ΜΟΙΧΟΝ. Artemidor. iii. 51. Κατέλαβεν ἐπὶ τῆς ἐρωμένης. Legendum: ΕΠΙ ΤΗ ΕΡΩΜΕΝΗ. Demosthenes contra Neæram p. 586. Edit. Taylor. ΛΑΜΒΑΝΕΙ ΜΟΙΧΟΝ ΕΠΙ ΤΗ ΘΥΓΑΤΡΙ. Confer etiam Suidam ad v. Πωλοῦσι, et Valcken. Diatrib. Eurip. p. 263.

Ex

PARS I.

Ex matre vero Cretensi es natus, in qua
Cum pater tuus adulterum deprehendisset,
Jussit eam mutis piscibus laniandam in mare abjici.

ΕΓΚΟΜΒΩΣΑΣΘΑΙ. Ἀπολλόδωρος Καρυςίοις ἀπολιπȣ̃σι· Τὴν ἐπωμίδα πτύξασα διπλῆν ἄνωθεν ἐνεκομβωσάμην. Ἐπίχαρμος· Εἴγε μὲν ὅτι κεκόμβωται καλῶς. Ἀμύκω.] Recte vir doctissimus Gatakerus nostras: Ἀπολλόδωρος Καρύςιος Ἀπολιπȣ́σῃ. *Apollodorus Carystius in fabula quæ* Ἀπολιπȣ̃σα *inscripta est.* Quocum facit et Photius. Sed in versibus Apollodori et Epicharmi constituendis parum vidit vir optimus. Ego totum locum ita redintegrandum esse censeo: Ἐγκομβώσασθαι. Ἀπολλόδωρος Καρύςιος Ἀπολιπȣ́σῃ·

—— Τὴν ΕΠΩΜΙΔΑ

Πτύξασα διπλῆν ἄνωθεν ἐνεκομβωσάμην.

Ἐπιχαρμος Ἀμύκω·

ΕΥΓΕ μὲν,* ὅτ' ΕΠΩΜΙΣ ΕΓΚΕΚΟΜΒΩ-
ΤΑΙ † καλῶς.

Porson. IV. 444

---

* Theophylact. Epist. xix. p. 29. Ed. Meursii : Ἀλλ' ΕΥΓΕ ὅτι τοῖς καθ' ἡμας ἐπεφάνης μέρεσιν ἀλεξίκακος, ὡς ταῦτα γε ἤδη ἀπέγνωςο καὶ Λυσίας ἂν εἶπεν.

† Vide Hesychium v. Κοσσύμβη. Confer et Longum Pastor. ii. 60. Varro apud Nonium p. 542 : *Encombomata ac parnacidas.* Lege : *atque* ARNACIDAS. Hesychius ad v. Ἀρνακίδες. Ἀρνῶν κώδια.

Bene

Bene eſt, quod epomis mihi recte et decore conſtricta eſt. PARS I.

Verba Apollodori, quæ male ſollicitarunt viri docti, recte repræſentant Suidas et Photius. Comici enim anapæſtum in ſecundo loco facile admittunt. Quid quod verſus eo pacto ſuavior et numeroſior erit. Senarium autem Epicharmi ita conſtituimus, ut ἀρτίπους ſit, et ſenſu quidem optimo. Illud ἔπωμις, quod inſeruimus, facile nobis ſuggeſſit Apollodori locus. Recte autem ἐγκεκόμβωται exhibet Photius; cujus locum, quia eximie huc facit, et viros doctos, qui ad Suidam ſcripſerunt, eluſit omnes, hic adſcribere eſt viſum. Eſt autem in Epiſt. 156. ubi de illo D. Petri I Epiſt. v. 5. Τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε agit. Θαυμάζω μάλιστα, εἰ καί σοι γραμματικευομένῳ, καὶ ταῖς τῶν ποιητῶν λεσχηνεύοντι μελέταις, ΤΟ ΕΓΚΟΜΒΩΣΑΣΘΑΙ βαρβάρῳ φωνῇ. ἀλλ' οὐχ Ἑλληνικὴ λέξις, ἔδοξεν. Ὁ μὲν γὰρ μακάριος καὶ κορυφαῖος Πέτρος, οὐδὲν περὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων παιδάζων, ταύτην τοῖς ἑαυτοῦ παρέληφε γράμμασιν· ὁ γὰρ ἠχώ τινα καὶ τέχνην ῥημάτων, οὐδὲ λεξιδίων ψόφον, καὶ κτύπον ῥημάτων, δι' ὧν τινες τὰ τῶν μειρακίων ὑπογαργαλίζουσιν ὦτα, καὶ κρότον ἑαυτοῖς ἐγείρουσιν ἐκεῖθεν, ἀλλὰ ψυχῶν σωτηρίαν τοῖς ἀκροαταῖς ἐνθεῖναι φροντίδα ἐτίθετο. Σὲ δὲ ὁ ΕΠΙΧΑΡΜΟΥ μάλιστα καὶ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΚΑΡΥΣΤΙΟΥ τῶν σῶν μεμνημένον, ἔχρην περιπύσσεσθαι

† quod memorat Alberti in Hesych. I. V. Ἐγκεκόμβωται. II. V. Κομβώσασθαι ubi Photii Epiſt. 156 laudavit. Priorem locum meminiſſe debuit Toup.

PARS I.

σεσθαι μᾶλλον ἢ δυχεραίνειν τῇ λέξει. Ὁ μὲν γὰρ πολλαχῶ, καὶ κατὰ διαφόρους ἐγκλίσεις σχηματίζων τὴν λέξιν, ἐχρήσατο ταύτῃ. ΕΓΚΕΚΟΜΒΩΤΑΙ γὰρ, φησὶ, καὶ ἀπαρεμφάτως, ΕΓΚΟΜΒΩΣΑΣΘΑΙ. Ο ΔΕ ΚΑΡΥΣΤΙΟΣ ΕΝ ΑΠΟΛΕΙΠΟΥΣΗι (εἰρήθω γὰρ εἰς τὴν σὴν χάριν καὶ ἡ χρῆσις) ΤΗΝ ΕΠΩΜΙΑΝ (lege, ΕΠΩΜΙΔΑ) φησὶ, ΠΤΥΞΑΣΑ ΔΙΠΛΗΝ ΑΝΩΘΕΝ ΕΝΕΚΟΜΒΩΣΑΜΗΝ. Οὓς ἔχρην ἀναλαμβάνοντα, μὴ βαρβαροφωνίας τὸν τῆς ἀληθείας κήρυκα αἰτιᾶσθαι, ὑπερθαυμάζειν δὲ μᾶλλον, ὅτι καὶ τῆς τοιαύτης ἀγροικίας ὡς παιδιᾶς ὑπερορῶν, ὅμως κατὰ τὰς τῶν Ἑλληνικῶν κριτὰς ὀνομάτων ἐστὶν ἃ, (lege, ἐστὶν ἃς,) τὰς ἑαυτοῦ ὀπισθολὰς ἐξεδίδα. Cæterum hanc fabulam Ἀπολιπῶσαν, quam Apollodoro Caryſtio adſignant Photius et Suidas, Apollodoro Geloo adſcribit Athenæus.* Sic ſolent ſcilicet Grammatici. De quo conſulendus doctiſſimus Gatakerus in Miſcellaneis.

* III. 125. A. et male in Ed. Lipſ. addidit: Lib. XV. p. 607. A.

ΕΓΚΡΑΓΩΝ. Λόγοις κατεξαναστάς. Διαλοιδορησάμενος. Δοτικῇ συντάσσεται.] Syneſius Epiſt. 79. ΕΓΚΡΑΓΩΝ γὰρ ΑΥΤΩι δὶς καὶ τρὶς, καὶ τοῖς ἐξ ἀμάξης ΛΟΙΔΟΡΗΣΑΜΕΝΟΣ. Quem locum ante oculos habuiſſe videtur Suidas. Verbo uſus eſt Ariſtoph. in Plut. ver. 428.

ΕΝΕΚΡΑΓΕΣ ΗΜΙΝ ᾠδὴν ᾠδικημένη.

ΕΓΚΡΑΤΗΣ.—Ἔλεγεν ὁ Λεωργὸς τῶν Φθανόντων ἰάσεων τύχῃ μᾶλλον, ἢ βουλήσει Θεοῦ ἐγκρατὴς γεγονέναι

PARS I.

νέναι. *Leorgus dicebat, ſe caſu potius quam voluntate Dei ante ſanatum fuiſſe.*] Quis fuerit iſte *Leorgus*, juxta ſcio cum iis qui neſciunt maxime. Interea locum ita vertendum cenſeo: *Dicebat* ille nebulo *ſe caſu potius quam voluntate Dei ante ſanatum fuiſſe.* Heſychius: Λεωργόν, κακῶς ἔργον, πανοῦργον, ἀνδροφόνον.* Verbi ſedes apud Æſchylum eſt in Prometh. ver. 5.

——— τόνδε πρὸς πέτρας
Ὑψηλοκρήμνους ΤΟΝ ΛΕΩΡΓΟΝ ὀχμάσαι.

ΕΘΝΟΠΑΚΤΟΥ.† Ὁ Ἰώσηπος λέγει ἐν τῇ ἱστορίᾳ τῶν Μακκαβαίων.] "Apud Joſeph. de Maccab. "cap. xvi. ſed ubi legitur Ἐθνοπάτορα, i. e. *pa*"*trem gentis:* ut Pearſonius etiam obſervave"rat." *Kuſter.* Fallitur eruditiſſimus Præſul, et cum eo Kuſterus. Locus enim Joſephi, quem reſpexit Suidas, eſt cap. vii. ubi ita legitur: Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ Ἀαρὼν τῷ θυμιαληρίῳ καθοπλισμένος διὰ τὸ ΕΘΝΟΠΛΗΚΤΟΥ πυρὸς ὄπτρεχων τὸν ἐμπυρισὴν ἐνίκησεν ἄγγελον.‡ *Quemadmodum enim pater Aaron thuribulo inſtructus, per ignem late graſſantem in populum curſitando,*

* Archilochus apud Euſeb. Præpar. Evang. p. 687.

Ὦ Ζεῦ, σὸν μὲν ὐρανῷ κράτος, σὺ δ' ἔργα
Ἐπ' ἀνθρώπους ῥεῖς ΛΕΩΡΓΑ τὶ κῆ ἀθέμιστα.

† Forſan: Ἐθνοπλάγκτου.

‡ Vide Numer. xvi. 47. 48.

uſtulatorem

PARS I.

uſtulatorem Angelum devicit. Hinc Suidas emendandus eſt.

ΕΚΜΗΡΥΟΜΕΝΟΥΣ. Δυσχερῶς ἐκμηρυομένους ἢ μακρῶς τὰς δυσχωρίας· ἀντὶ τοῦ, ἀναλεγομένους.] Polybius lib. iii. p. 283. Μετὰ δὲ ταῦτα θεωρῆντες τὸ τῶν ὑποζυγίων πλῆθος, καὶ τὰς ἱππεῖς δυσχερῶς ἐκμηρυομένους ἢ μακρῶς τὰς δυσχωρίας, ἐξεκλήθησαν ὑπὸ τοῦ συμβαίνοντος ἐξάπτεσθαι τῆς πορείας. Ex hoc loco ſuam notam decerpſit Lexicographus noſter.

ΕΚΡΗΓΜΑΤΑ. Τὰ ἐκ τῶν χειμάρρων γινόμενα ἐν τοῖς πεδίοις κοιλώματα.*] Polybius lib. xii. p. 925. Τὸς γὰρ ἀπὸ τῶν ὀρῶν ΧΕΙΜΑΡΡΟΥΣ καταφερομένους τοσαῦτά φησι ποιεῖν ΕΚΡΗΓΜΑΤΑ κατὰ τὸ ΠΕΔΙΟΝ, ὥστε καὶ τῶν Περσῶν κατὰ τὴν φυγὴν διαφθαρῆναι λέγεσι τὸς πλείστους ἐν τοῖς τοιούτοις ΚΟΙΛΩΜΑΣΙ. Ad hunc locum ſine dubio reſpexit Suidas.

ΕΚΣΑΛΕΥΣΟΝ ΑΥΤΟ. Ἐξένευκον. Ἦν δὲ ἐμπὶς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ αὐτοῦ.] Vide Ariſtoph. in Lyſiſt. v. 1027. et Schol. ad locum, unde hæc Suidas deſcripſit.

---

* Plutarchus in Alexandro p. 80. Edit. Bryani: Ταχὺν δὲ Ὑδάσπην ὑπὸ τοῦ χειμῶνος ἐπιόντα καὶ μετέωρον, ΕΚΡΗΓΜΑ ποιῆσαι μέγα, καὶ πολὺ μέρος ἐκείνῃ φέρεσθαι τοῦ ῥεύματος.

ΕΛΕΛΕΥ.

ΕΛΕΛΕΥ. Ἐπίφθεγμα πολεμικὸν τὸ ἐλελεῦ— καθὸ καὶ Ἀχαιὸς Ἑρμιονεὺς ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ποιεῖ τὸν Ἀγαμέμνονα προσαγγέλλοντα τοῖς Ἀχαιοῖς. PARS I.

Ὥρα βοηθεῖν ἐστίν. Ἐγὼ δ' ἡγήσομαι.
Προσλαβέτω τις χειρὶ φασγάνῳ λαβῆς,
Σάλπιγγι δ' ἄλλος, ὡς τάχος, σημαινέτω.
Ὥρα ταχύνειν. Ἐλελεῦ.———]

" Ut metrum verſus ſecundi fulciatur, vel ſcri-
" bendum eſt, Καὶ προσλαβέτω τις, vel Προσλαμ-
" βανέτω τις. Interdum enim et Anapæſtus in
" ſecunda ſede ſenarii Iambici pro Iambo poni
" ſolet." *Kuſter.* Achæi verſus elegantiſſimi ſunt, ſed qui gemino morbo laborant. Peccant enim cum in metrum, tum in Græciſmum. Quod non animadvertit Cl. Kuſterus. Græci enim non προσλαβεῖν λαβῆς, ſed προσλαβέσθαι λαβῆς dicunt. Ariſtoph. Lyſiſt. v. 200.

Καλαθεῖσα ταύτην ΠΡΟΣΛΑΒΟΥ ΜΟΥ ΤΟΥ ΚΑΠΡΟΥ.*

---

* Verſus apud D'Orvill. ad Charit. p. 332. ſic ſe habet:

——— θελήσας προσλαβέσθαι ΣΑΡΚΙΟΝ.

Sed barbare. Vide autem S. Marc. viii. 32. Act. Apoſt. xxviii. 2. In Act. Apoſt. xxvii. 34. legendum ex Codd. MSS: ΜΕΤΑΛΑΒΕΙΝ τροφῆς. Confer. cap. ii. 46. et Sozomen. p. 220. Ὑπὸ δὲ τῆς μερίμνης, ἅμα τῆς νυκτὸς ἐπιγενομένης ΜΕΤΑΛΑΒΩΝ ΤΡΟΦΗΣ, ἐπὶ θρόνου καθεζόμενος, εἰς ὕπνον ἐτράπη.

+ Porson. IV. 444.

PARS I. Deinde metrum quoque, ut dixi, laborat. Quod quidem partim vidit Kusterus, sed medelam non vidit. Emendatio enim utraque viri doctissimi etiam hoc incommodi in se habet, quod anapæstum in secundam sedem admiserit. Quod respuunt Tragici. Fortasse non deerit, ut diversa sunt hominum judicia, qui rem ita conficiendam putaverit:

+ Τὶς προσλαβέσθω χειρὶ φασγάνȣ λαβῆς.

Sed illud encliticum τὶς in initio versus ferri non potest. Quare nihil jam restat, nisi ut more Atticorum, quibus istiusmodi tmesis haud infrequens est,* verbum illud προσλαβέσθω discindamus, et senarium ita tandem constituamus:

Πρός τις λαβέσθω χειρὶ φασγάνȣ λαβῆς.

Quod verum est. Cæterum pæne oblitus sum monere legendum, Ἐλελελεῦ, tetrasyllabῶς scilicet. Quomodo recte legitur apud Aristoph. Av. v. 363. cujus Scholiastam hic compilavit Suidas.

Ἐλελελεῦ, χωρεῖ, κάθες τὸ ῥύγχος· ȣ̓ μέλλειν ἐχρῆν.

Ita scribendum ex lege metri. Versus enim est trochaicus tetrameter catalecticus. Locus autem Achæi ita scribendus et interpretandus est:

---

* Sic Plato in Phædro: Ξύμ μοι λάβεσθε τȣ̃ μύθȣ.

Ὥρα

Ὥρα βοηθεῖν ΕΣΤ, ἐγὼ δ' ἡγήσομαι. PARS I.
ΠΡΟΣ ΤΙΣ ΛΑΒΕΣΘΩ χειρὶ φασγάνῳ λαβῆς,
Σάλπιγγι δ' ἄλλος, ὡς τάχος, σημαινέτω.
Ὥρα ταχύνειν. ΕΛΕΛΕΛΕΥ.——

Tempus eſt opem ferendi; ego vero dux veſter ero.
Alii diſtringant gladios; alii ocyus tuba ſignum dent.
Nullus eſt morandi locus. Eleleleu.

ΕΛΛΟΓΟΣ. Ὅταν ἡ δῆμος ἔλλογος τὸ ἀρχόμενον.] "Ex lacero hoc et mutilo fragmento "nullus ſenſus elici poteſt." *Kuſter.* Syneſius de Regno p. 6. Ed. Petavii: Ὅστις οὐ παιδαίνει τὴν ἀγέλην, ἀλλ' αὐτὸς ὑπὸ τῆς ἀγέλης θέλει παιδαίνεσθαι, τοῦτον καλῶ μάγειρον ἐπὶ βοσκημάτων, τοῦτον ἀποφαίνω τύραννον, ΟΤΑΝ ΗΙ ΔΗΜΟΣ ΕΛΛΟΓΟΣ ΤΟ ΑΡΧΟΜΕΝΟΝ. *Qui gregem non ſaginare, ſed a grege ipſe ſaginari vult, eum inter pecora coquum appello; eum Tyrannum eſſe cenſeo, ſi quod ſubditum eſt, populus ſit ratione præditus.* Hinc Suidas notulam ſuam deprompſit, atque hinc facile ſuppleri et illuſtrari poterit. Vox autem ἔλλογος, quod notandum, ex rarioribus eſt.

ΕΛΥΓΩΣΕΝ. Ἔκαμψε. Καὶ Δανάης ἐλύγωσεν ὄδε φρένα. Τουτέστιν, ὁ χρυσός.] Fragmentum hoc legitur etiam ſupra voce Δανάη. Eſt autem pars Epigrammatis, quod exſtat Anthol. lib. vii. p. 588.

PARS I.

Χρυσὸς ὅλας ῥυτῆρας, ὅλας κληῖδας ἐλέγχει,
Χρυσὸς ὑπαγνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.
Καὶ Δανάας ἐλύγωσεν ὅδε φρένα· μή τις ἑρασθὰς
Λιατέσθω Παφίαν ἀργύριον παρέχων.

Eleganter Philoſtratus Epiſt. 68 ad meretriculam: Μισθώματα λαμβάνεις. Καὶ γὰρ ἡ Δανάη χρυσὸν καὶ στεφάνους δέχεται. Τοῦτο μὲν καὶ ἡ Ἄρτεμις, ἡ παρθένος. Quæ et corrupta, et peſſime diſtincta, ita ſunt refingenda: Μισθώματα λαμβάνεις· Καὶ γὰρ ἡ ΔΑΝΑΗ ΧΡΥΣΟΝ. Καὶ στεφάνους ΔΕΧΗΙ· ΚΑΙ τοῦτο μὲν καὶ ἡ Ἄρτεμις ἡ παρθένος. *Mercedem accipis: Et Danaæ etiam aurum accepit. Corollas accipis: Atque ita quoque Diana virginitate celebris.*

ΕΜΒΟΛΙΜΟΣ. Ἀτελής. Ἱπποκράτης· Παῖδές ἐμβόλιμοί τινες. *Hippocrates: Quidam imperfecti pueri.*] Ἀποσπασμάτιον hoc, tanquam magni illius Hippocratis fœtum nobis venditat Interpres. Sed fallitur vir bonus. Eſt enim Senarius ex Eupolidis Δήμοις, atque ita ſcribendus:

Ἱπποκράτης τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες.*

Ariſtoph. Nub. v. 997.

Τοῖς Ἱπποκράτης υἱέσιν εἶχεις, καί σε καλοῦσι
Βλιτομάμμαν.

Ubi Schol. Οὗτοί εἰσι, Τελέσιππος, Δημοφῶν,

* Vide Photium in Lex. MS. ad v. Σύσυς. Τὸς Ἱπποκράτης υἱὸς ἔλεγον, καὶ τὸς Παναιτίου καὶ Μέμνονος, εἰς ὑπνίαν κωμῳδοῦντες. Conſulas Albert. in Heſych. v. Σῦς.

Περικλῆς,

Περικλῆς, διαβαλλόμενοι εἰς ὑωδίαν. Καὶ Εὔπολίς φησὶν ἐν Δήμοις· PARS I.

Ἱπποκράτης τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες,
Βληχητὰ τέκνα, κἀδαμῶς τοῦ τρόπου.

Verſus poſterior claudicat, atque ita eſt ſublevandus: κἀδαμῶς τἠμοῦ τρόπου. Ariſtoph. Theſmoph. v. 581.

Φίλαι γυναῖκες, ξυγγενεῖς ΤΟΥΜΟΥ ΤΡΟΠΟΥ.

Idem in Veſp. v. 996.

Ἄχων γὰρ αὖτ' ἔδρασα, ΚΟΥ ΤΟΥΜΟΥ ΤΡΟΠΟΥ.

Locus ita vertendus: *Hippocratis autem filii ſunt ſubdititii, et ſtupidi, et meis quidem moribus nequaquam adcommodati.* Vide etiam Suidam infra v. Ἱπποκράτης, ubi iſta Scholia paulo auctiora leguntur, quippe quæ ex veteribus et melioribus libris, quam qui nunc exſtant, ſine dubio deſcripta ſunt.

ΕΜΒΡΑΧΥ—Ἀντὶ τοῦ, ἐλάχιστον.

Ποῦ δ' ἐχὶ διαβέβληται, ὅπου περ ἔμβραχυ
Εἰσὶν θεαταί; ——]

Scribendum: διαβέβληχ', ὅπου.* Quomodo recte legitur apud Ariſtoph. Theſmoph. v. 397. unde hunc locum deprompſit Suidas.

ΕΜΙΤΡΩΣΑΤΟ. Ἐζώσατο. Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις·

* Vide Albert. ad Heſychium in v. Ἐμβραχεῖ.

PARS I.

Κ' Ἀλκαῖος, οἵπερ ἁρμονίαν ἐχύμισαν,
Ἐμιτροφόρων τε καὶ διεκίνων Ἰωνικῶς.]

Audiendus vir doctiſſimus ad Ariſtoph. Theſmoph. ver. 170. ex quo hic locus excerptus eſt. "Citant hunc locum Harpocrat. v. Ἰωνικὸς, et Suidas v. Ἐμιτρώσατο. Cæterum particula τὲ in hoc verſu redundat. Deinde pro διεκίνων, Valeſius ad Harpocrat. v. Ἰωνικὸς, legit διεκινοῦντ' (i. e. διεκινοῦντο,) quod non diſplicet. Intelligendus autem eſt hic locus de ſaltatione molli, quali Iones uti ſolebant: ut vel ex Horatii loco conſtat;

Motus doceri gaudet Ionicos."

Kuſter. Recte quidem, ſi ſenſum loci ſpectes, Valeſius, quo nemo fere elegantiori ingenio has literas tractavit, legebat, διεκινοῦντο, *ſe movebant.* Quod vero dicit Kuſterus particulam τὲ redundare, in hoc judicium ejus deſidero. Sed ne ſic quidem verſus ſanus erit; imo, quod nec Valeſius nec Kuſterus viderat, miſere oneri ſuccumbit. Verbum enim κινεῖν primam ſemper producit. Quo pacto quartam ſedem degravat ſpondeus. Vide igitur an nos rem acu tetigerimus:

——————Ἀνακρέων ὁ Τήϊος,
Κ' Ἀλκαῖος, οἵπερ ἁρμονίαν ἐχύμισαν,
Ἐμιτροφόρων τε καὶ ΔΙΕΚΛΩΝΤ' Ἰωνικῶς.*

Tyrwhitt. IV. 419.

* Dionyſius Halicarnaſs. Tom. ii. p. 310. Edit. Hudſoni: Ἰωνικὲς καὶ ἀλικλῶμινες. Dio Chryſoſt. Orat. xxxiii. p. 411. Καὶ πάντα

Heſych. Διακλῶν, θρύπτων. Idem: Ἰωνικὸν, τρυφερὸν, ἢ ἐπὶ τοῦ καλεαγότος, ἢ θηλυκοῦ. Pollux iv. 91. ubi περὶ ὀρχήσεως agit. Λυγίσαι τὸ σῶμα, κάμψαι, ΚΛΑΣΑΙ. Quare διακλᾶσθαι Ἰωνικῶς eſt, *corpus inſtar Ionum molliter movere, ſaltare.* Horatio, *artubus frangi.* Locus autem ita vertendus eſt: PARS I.

Anacreou et Alcæus, qui muſicis gratiam et venuſtatem conciliarunt, Mitras geſtabant, et molliter, more Ionum, ſaltabant.

Cæterum illud διεκινοῦντο eſt purum putum vocis διεκλῶντο interpretamentum; quod et in textum, contra artis regulas, ut uſu evenit, viam ſibi muniverat, et veram lectionem ſupplantaverat. Quod, ne cui mirum videatur, nam omnibus utique non datur naſum habere, inſigni exemplo illuſtrabo ex Sophocl. Philoct. ver. 1326.

Καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐντυχὼν Ἀσκληπιαδῶν,
Νόσῳ μαλαχθῆς τῆς δέ ——————

Ubi vocem illam, quæ excurrit, ἀσκληπιαδῶν, non minus averſatur metri ratio quam Polyphemum Galatea. Nemini autem, qui aures

πάντα τρόπον διακλώμενος. Tatius p. 81. ἀθρυνομένου καὶ διακλωμένου. Confer etiam Platonem in Timæo p. 59. Suidam ad v. Σκορδινᾶσθαι, et denique D'Orvillium, ad Charit. p. 560.

Porson. IV. 444.

PARS I. subactas habet, dubium esse poterit quin Poëta dederit: —

Καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐντυχὼν ΑΣΚΛΗΠΙΩΝ.*

Nimirum Æsculapii filios Podalirium et Machaonem, Ἀσκληπιοὺς sive *Medicos* vocat. Recte autem exposuerat Scholiastes ἀσκληπιαδῶν. Quæ interpretatio, alicujus Librarii imperitia, primariæ vocis sedem, reclamante licet metro, occupavit.

ΕΝΑΗ. Ὄνομα κύριον. Καὶ ἡ νόσος.] Rescribo, Ἔννα —— καὶ ἡ νῆσος. In quo tamen fallitur Suidas. Neque enim *Henna* est nomen insulæ; sed tantum oppidulum in media parte sive umbilico Siciliæ *Henna* vocabatur. Respexisse videtur ad Callimach. Hymn. Cer. ver. 15.

Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίστης ΝΗΣΟΥ δράμες ὀμφαλὸν ΕΝΝΑΝ.

Ad quem locum consulendus illustrissimus Spanhemius. Recte antem Suidas, Ἔννα. Ὄνομα κύριον. Scriptor incertus, Sappho, opinor, apud Hephæst. Enchir. p. 47.

Μόλις μὲν ΕΝΝΗ λεπτὸν ἔχοισ' ἐπ' ἀτράκτῳ λίνον.

Ubi reponendum videtur, ΕΝΝΑ.† Nam hæc Dorica sunt.

---

* Vide nos in Præfat. ad Emend. P. III. sub finem.

† Vide Callimachi Fragmen. cxlvi. Bentl.

Φιλωτέρα ἄρτι γὰρ οἱ Σικελὰ μὲν ΕΝΝΑ.

ΕΝΔΕΙΚΤΑΙ.

ΕΝΔΕΙΚΤΑΙ. Σπαράττεται γὰρ ὑπὸ ἐνδεικτῶν, κακῶς ὑπιΦύντων τῇ Κυρήνῃ. Ἤτοι συκοφαντῶν, καὶ ἡγόρων.— Ἐνδεῖκται. Οὗτοι ἦσαν κατὰ τὴν Ἀσίαν. Μὴ ἐάσῃς ἔργον γενέσθαι συκοφαντῶν, ἐνδεικτῶν κοινῶν ἁλασόρων τῆς χώρας.] Utrumque hoc fragmentum depromptum eſt ex Syneſii Epiſtolis. Prius ex Epiſt. 118. Poſterius autem ex Epiſt. 119. ubi ita legitur: Κωλυσάτω συγγενῆ μὲν σΦόδρα αὐτανέψιον, ἔργον γενέσθαι συκοφαντῶν, ἐνδεικτῶν, κοινῶν ἁλασόρων τῆς χώρας. Quod autem dicit Suidas, Οὗτοι ἦσαν κατὰ τὴν Ἀσίαν, in hoc adſentientem habet Philoſtratum vit. Sophiſt. in Quirino: Αἰτιωμένων δὲ αὐτὸν ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΣΙΑΝ ΕΝΔΕΙΚΤΩΝ, ὡς ωραότερον ωερὶ τὰς κατηγορίας ἢ αὐτοὶ διδάσκουσι· Καὶ μὴν ωολλῷ βέλτιον, εἶπεν, ὑμᾶς λαβεῖν τὴν ἐμὴν ωραότητα, ἢ ἐμὲ τὴν ὑμετέραν ὠμότητα. PARS I.

ΕΜΠΟΙΝΙΜΟΝ. Θέσιμον. Ἐπιζήμιον.] "Vox "Θέσιμον eſt ſuſpecta: de qua Lector cogitet. "Portus legendum putabat τίσιμον a τίω: ſed "quæ conjectura mihi non probatur." *Kuſter.* Ut a κρίσις fit κρίσιμος, ſic a τίσις, τίσιμος. Sed hoc infortunio vox iſta laborat, quod nullibi legatur. Quare audacter reſcribo, ne literula quidem mutata: Ἐμποίνιμον, Θέσμιον.* Suidas: Θέσμιον, νόμιμον. Heſych. Θέσμιον, δίκαιον. Atque

* Forſan: Θύσιμον.

in

PARS I. in iſto ſenſu vox ἐμποίνιμος accipi videtur in proximo articulo. Σατορνῖνος ὁ ὕπατος τυραννίδι ἐπέθετο. Οἱ τοίνυν Ῥωμαῖοι ἀναγκαίαν αὐτῷ πίστιν ὑπισχνῆνται μᾶλλον, ἤπερ ἀληθεστέραν, καὶ καταγαγόντες ΕΔΙΚΑΙΩΣΑΝ θανάτῳ, ΟΡΚΟΥΣ ΟΥΚ ΕΜΠΟΙΝΙΜΟΥΣ ἡγησάμενοι εἶναι, ὅσπερ πρὸς τὸν κοινὸν ἀλάστορα ἐποιήσαντο. *Saturnino Conſuli regnum affectanti, Romani neceſſariam potius quam veram fidem dederunt; eumque ad ſupplicium deductum morte mulctarunt: exiſtimantes jusjurandum, quo ſe homini peſſimo, et communi patriæ peſti obſtrinxiſſent, nequaquam juſtum ac legitimum eſſe, atque idcirco impune violari poſſe.* Reſpexit autem Scriptor, quiſquis demum fuerit, ad notum ſenarium apud Stobæum.

Ἀφροδίσιος γὰρ ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.*

ΕΝΑΙΣΙΜΟΣ. Δίκαιος. Καθήκων.

Ἐναισίμῳ δὲ συντύχοιμι, μηδὲ τῷ
Πονηρῶν συντυχών.]

Vide quam belle hæc digeſſerint Editores, et trimetrum nobis omnibus numeris abſolutum concinnaverint. Cito vero evaneſcent iſtæ nugæ, cum ſemel locum indicavero, ad quem re-

* Ita Phurnutus de Nat. Deorum, cap. 24. p. 64. Ἀκίνους δὲ, οὐκ ἐμποινίμους ἔφασαν τοὺς ἀφροδισίους ὅρκους εἶναι.

ſpexit

ſpexit Suidas. Reſpexit autem ad Sophoclem in Oedip. Col. ver. 1478. PARS I.

Ἐναισίᾳ δὲ συντύχοιμι,
μηδ' ἄλαστον ἄνδρ' ἰδὼν
ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμί πως.
Feliciter autem mihi eveniat,
Neque, quod hunc virum calamitoſum aſpexi,
Damnum pro gratia reportem.

Ubi Schol. Ἐναισίᾳ δὲ συντύχοιμι. Μηδὲ πονηρῷ τινι συντύχω. Dicitur autem Ἔναίσιος et Ἐναίσιμος. Sed hoc Ἀττικώτερον, utpote Æſchylo et Euripidi familiare. Æſchyl. Agamemn. ver. 925.

——ἀλλ' ΕΝΑΙΣΙΜΩΣ
Αἰνεῖν, παρ' ἄλλων χρὴ τόδ' ἕρχεσθ γέρας.

Eurip. Alceſt. ver. 1077.

Μὴ νῦν ὑπέρβαιν', ἀλλ' ΕΝΑΙΣΙΜΩΣ φέρε.

Hinc Arrianus, Attici moris ſervantiſſimus, in Indicis: Ἔδοξε τῷ Νεάρχῳ ΕΝΑΙΣΙΜΑ λέγειν. Quare cum auctoritate Suidæ, tum ſermonis Attici ratione permotus, ita Sophoclis locum corrigendum cenſeo:

ΕΝΑΙΣΙΜΩι δὲ συντύχοιμι.

Recte autem ἐναισίμῳ, non ἐναισίμᾳ. Quomodo legiſſe videtur Scholiaſtes, quem et exſcripſit Suidas. Sophocl. Philoct. ver. 684.

Ἄλλον

PARS I.

Ἄλλον δ' οὔτιν' ἔγωγ'
οἶδα κλύων, οὐδ' ἐσίδον ΜΟΙΡΑΙ
τοῦδ' ΕΧΘΙΟΝΙ ΣΥΝΤΥΧΟΝΤΑ θνατῶν.

Ariſtoph. Ran. ver. 198.

Οἴμοι κακοδαίμων, ΤΩι ΞΥΝΕΤΥΧΟΝ ἐξιών;

Idem Veſp. p. 1314.

Τύπτων ἁπάντας, ἤν τις ΑΥΤΩι ΞΥΝΤΥΧΗι.

Ita legendum, non ξυντύχοι. Xenoph. de Inſtit. Cyri lib. 5. 4. 8. Διεσσαρμένοις δὲ τοῖς ἵπποις— ΣΥΝΤΥΓΧΑΝΕΙ.* Noſtræ autem emendationi, ut ingenue fatear, nonnihil obſtare videtur Sophocles in Philoct. ver. 319.

——οἶδα ΣΥΝΤΥΧΩΝ κακῶν
Ἀνδρῶν Ἀτρειδῶν, τῆς τ' Ὀδυσσέως βίας.

Sed videtur tantum. Eſt enim locus ad priorem normam exigendus, atque ita refingendus:

——οἶδα ΣΥΝΤΥΧΩΝ ΚΑΚΟΙΝ
ΑΝΔΡΟΙΝ ΑΤΡΕΙΔΑΙΝ ΤΗι Τ' ΟΔΥΣ-
ΣΕΩΣ ΒΙΑι.†

---

* Eunapius in Ædeſio p. 52. Edit. Hieron. Commelini: Καὶ γὰρ αὐτὸς ᾤετο ξένοις μὲν ἀνδράσι Θεοῖς δὲ συντετυχηκέναι.
Euripides in Rheſo v. 864.

Δέδοικά γ' αὐτόν· καὶ τί μου θράσσει φρένας,
Μὴ καὶ Δόλωνα συντύχων κατακτάνῃ.

Ubi minus accurate vertit Barneſ.

Ne in Dolonem incidens interfecerit.

† Vide Weſſelingium ad Herod. iv. §. 141. p. 342.

Quod

Quod elegantius est longe. Plutarchus in Pompeio: ΔΥΟΙΝ ΑΝΔΡΟΙΝ (τὴν ἀπιθυμίαν) ἐκ ἐπέχειν. Ita accipiendus Plutarchi locus, in quo quidem expediendo, vir non indoctus, Moses Du Soul nugatur egregie. Sæpius autem viris doctissimis fraudi fuit numerus dualis, cujus, quia hic mentio incidit, exemplum unum atque alterum subjiciam. Antiphanes Comicus apud Stobæum p. 778. PARS I.

Λυπηρὸν ἀνθρώποισι κ᾽ τὸ ζῆν κακῶς
Ὥσπερ πονηρῷ ζωγράφῳ τὰ χρώματα
Πρώτιστον ἀφανίζουσιν ἐκ τοῦ σώματος.

Parum feliciter emendabit Grotius, πονηροὶ ζωγράφοι. Quinetiam, quod virum magnum fugit, desideratur articulus ante λυπηρὸν, quem tamen metri ratio non admittit. Vocabula enim λύπη, λυπεῖν, et λυπηρὸς primam semper producunt. Sed poëtæ manus non longe petenda est. Scribendum:

Λύπη γὰρ ἀνθρώποισι κ᾽ τὸ ζῆν κακῶς
Ὥσπερ πονηρὼ ζωγράφω ———
Mœror hominibus et vita laboriosa,
Velut duo mali pictores, id agunt inprimis,
Ut colorem omnem ex corpore aboleant.

Euripides apud Stobæum p. 787.

Λύπαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσιν νόσους.

Poteris

PARS I.

Poteris etiam ſcribere,

Τὸ λυπρὸν ἀνθρώποισι καὶ τὸ ζῆν κακῶς.

Idem eſt λυπρὸν et λυπηρόν. Suidas, Λυπρὸν, λυπηρόν. Eurip. Alceſt. ver. 273.

Ὤι μοι· τόδ' ἔπος ΛΥΠΡΟΝ ἀκούω.

Eadem plane labes dedecorat Ionem Chium apud Plutarchum in Libello de Tranquillitate Animi, p. 466. Φίλων δ' ὅ, τ' ἐλθὼν λυπηρὸς, ὅ, τ' ἀπιὼν βαρὺς, ὡς ὁ Ἴων φησίν. Reſcribe cum Grotio:

——ὅ, τ' ἐλθὼν ΛΥΠΡΟΣ, ὅ, τ' ἀπιὼν βαρύς.

Proxime emendandum ſe offert Diodorus Siculus lib. i. cap. 11. Φύσιν δὲ συμβάλλεσθαι πλεῖστα εἰς τὴν τῶν ἁπάντων ζωογονίαν τῶν θεῶν τούτων, τὸν μὲν πυρώδες καὶ πνεύματος, τὸν δὲ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, κοινὴ δὲ ἀμφοτέρους ἀέρος. Quem quidem locum minus perſpexiſſe videntur Editores. Nec mirum. Oratio enim manca eſt et ſolœca. Nos elegantter emendavimus: ΦΑΣΙ δὲ συμβάλλεσθαι——ΤΩ ΘΕΩ ΤΟΥΤΩ. *Aiunt vero deos iſtos* (Iſim et Oſirim) *plurimum conferre ad generationem omnium: hunc ad generationem ignis et ſpiritus, illam aquæ et terræ, utrumque autem communiter ad generationem aëris.* Atque hæc hactenus.

Porſon. IV. 445

ΕΝΕΚΑΨΑ. Ἐξέπτυσα. Κατὰ βδελυχθεὶς ὀσφρόμενος ἐνέκαψα.] "Hæc interpretatio nihil "ad

" ad rem facere videtur. Aliud eſt ἐγκάπτειν, " ut ex Ariſtophane aliiſque ſcriptoribus con- " ſtat. Quare Lector cogitet. Mihi enim in " præſens nihil in mentem venit, quod ad loci " hujus illuſtrationem facere poſſit." *Kuſter.* Exſcripſi tantum priorem partem notæ Kuſterianæ. Nam quæ ſequuntur longe ineptiſſima ſunt. Recte autem vidit vir doctiſſimus, aliud eſſe ἐγκάπτειν, aliud ἐκπτύειν. Cæterum referendus eſt hic Articulus ad Ariſtophanis locum in Veſpis, ſine cujus ope atque ſubſidio quidquam hic novi adtentare, tantundem foret, ac in tenebris par impar ludere. Eſt autem ver. 787. PARS I.

Αἴσχιστα γάρ τοι μ' ἐργάσατο Λυσίστρατος
Ὁ σκωπτόλης· δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρώην λαβὼν,
Ἐλθὼν διεκερμάτιζέ μ' (leg. διεκερμάτιζεν) ἐν τοῖς ἰχθύσιν.
Κἄπειτ' ἐπέθηκε τρεῖς λοπίδας μοι κεφαλέων.
Κἀγὼ 'ΝΕΚΑΨ', ὀβολὸς γὰρ ὤμην λαβεῖν,
ΚΑΙΤΑ ΒΔΕΛΥΧΘΕΙΣ ΟΣΦΡΟΜΕΝΟΣ ΕΞΕΠΤΥΣΑ.

Quæ ita vertit Florens Chriſtianus:

Factum facetus turpe nam Lyſiſtratus
Admiſit in me, debitam qui ſumpſerat
Utrique drachmam, quam minutam in piſcium
Secuit macello, treſque ſquamas mugilum
Induxit; et quas truſi in os, nummos putans,
Odore ſed mox expui offenſus gravi.

Hinc

PARS I. Poteris etiam ſcribere,

Τὸ λυπρὸν ἀνθρώποισι ϗ τὸ ζῆν κακῶς.

Idem eſt λυπρὸν et λυπηρόν. Suidas, Λυπρὸν, λυπηρόν. Eurip. Alceſt. ver. 273.

Ὤι μοι· τόδ' ἔπος ΛΥΠΡΟΝ ἀκήω.

Eadem plane labes dedecorat Ionem Chium apud Plutarchum in Libello de Tranquillitate Animi, p. 466. Φίλων δ' ὅ, τ' ἐλθὼν λυπηρὸς, ὅ, τ' ἀπιὼν βαρὺς, ὡς ὁ Ἴων φησίν. Reſcribe cum Grotio:

——ὅ, τ' ἐλθὼν ΛΥΠΡΟΣ, ὅ, τ' ἀπιὼν βαρύς.

Proxime emendandum ſe offert Diodorus Siculus lib. i. cap. 11. Φύσιν δὲ συμβάλλεσθαι πλεῖσα εἰς τὴν τῶν ἁπάντων ζωογονίαν τῶν θεῶν τούτων, τὸν μὲν πυρώδες καὶ πνεύματος, τὸν δὲ ὑγρᾶ ϗ ξηρᾶ, κοινῇ δὲ ἀμφοτέρας ἀέρος. Quem quidem locum minus perſpexiſſe videntur Editores. Nec mirum. Oratio enim manca eſt et ſolœca. Nos elegantер emendavimus: ΦΑΣΙ δὲ συμβάλλεσθαι——ΤΩ ΘΕΩ ΤΟΥΤΩ. *Aiunt vero deos iſtos* (Iſim et Oſirim) *plurimum conferre ad generationem omnium: hunc ad generationem ignis et ſpiritus, illam aquæ et terræ, utrumque autem communiter ad generationem aëris.* Atque hæc hactenus.

Porſon. IV. 445 ΕΝΕΚΑΨΑ. Ἐξέπτυσα. Κατα βδελυχθεὶς ὀσφρόμενος ἐνέκαψα.] "Hæc interpretatio nihil

"ad

" ad rem facere videtur. Aliud eſt ἐγκάπτειν, " ut ex Ariſtophane aliiſque ſcriptoribus con- " ſtat. Quare Lector cogitet. Mihi enim in " præſens nihil in mentem venit, quod ad loci " hujus illuſtrationem facere poſſit." *Kuſter.* Exſcripſi tantum priorem partem notæ Kuſterianæ. Nam quæ ſequuntur longe ineptiſſima ſunt. Recte autem vidit vir doctiſſimus, aliud eſſe ἐγκάπτειν, aliud ἐκπτύειν. Cæterum referendus eſt hic Articulus ad Ariſtophanis locum in Veſpis, ſine cujus ope atque ſubſidio quidquam hic novi adtentare, tantundem foret, ac in tenebris par impar ludere. Eſt autem ver. 787. PARS I.

Αἴσχιστα γάρ τοι μ' εἰργάσατο Λυσίστρατος
Ὁ σκωπτόλης· δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρώην λαβὼν,
Ἐλθὼν διεκερμάτιζέ μ' (leg. διεκερμάτιζεν) ἐν τοῖς ἰχθύσιν.
Κἄπειτ' ἐπέθηκε τρεῖς λοπίδας μοι κεστρέων.
Κἀγὼ 'ΝΕΚΑΨ', ὀβολὸς γὰρ ὤμην λαβεῖν,
ΚΑΙΤΑ ΒΔΕΛΥΧΘΕΙΣ ΟΣΦΡΟΜΕΝΟΣ ΕΞΕΠΤΥΣΑ.

Quæ ita vertit Florens Chriſtianus:

Factum facetus turpe nam Lyſiſtratus
Admiſit in me, debitam qui ſumpſerat
Utrique drachmam, quam minutam in piſcium
Secuit macello, treſque ſquamas mugilum
Induxit; et quas truſi in os, nummos putans,
Odore ſed mox expui offenſus gravi.

Hinc

PARS I.

Hinc illuſtratio, ſi qua demum, Suidæ petenda eſt. Et notandus locus; nam egregium exemplum eſt vel negligentiæ vel imperitiæ hujus Compilatoris. Recte autem Schol. Ἐνέκαψα, ἐνέθηκα τῷ σώματι, νομίζων εἶναι ἀργύριον. Πολλοῖς γάρ ἐστιν ἦθος ἐν τῷ σώματι φυλάττειν τὸ ἀργύριον.* De quo more accuratiſſime egit Caſaubonus ὁ πάνυ ad Theophraſti Characteres.

ΕΝΕΡΓΟΝ. Ἐπιτεταμένον. Σύντομον. Πολύβιος· Οἱ δὲ ἐξαναστάντες ἐνεργὸν ἐποιήσαντο τὴν πορείαν καὶ τὴν ἔφοδον.] Polybius lib. viii. p. 275. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον οἱ τὰς ἐνέδρας ἐκ τῆς μεσογαίας διειληφότες, ἀφανῶς ἐξαναστάντες ἐνεργὸν ἐποιήσαντο τὴν ἔφοδον. Hinc Suidas ſua mutuatus eſt, ſed ita ut locum Polybii pro more interpolarit. Recte autem Portus σύντονον pro σύντομον legebat. Polybius lib. v. p. 546. Καὶ πορρῳτέρω ΣΥΝΤΟΝΟΝ ποιούμενος ΤΗΝ ΠΟΡΕΙΑΝ.† Joſephus de Bello Jud. iii. 4. ΣΥΝΤΟΝΩΙ δὲ χρώμενος ΠΟΡΕΙΑΙ διὰ τάχους εἰς Πτολεμαΐδα ἀφικνεῖται. Quæ ad mentem Suidæ perquam adcommodata.

---

* Alexis apud Athenæum iii. 4. p. 76.

——Ὁ δ' ἐγκάψας τὸ κέρμα εἰς τὴν γνάθον
Ἔριν' ἀπέδοτο, σῦκα πωλεῖν ὁμνύων.

† Polybius lib. iv. p. 451. Edit. Amſt. 1670. Ἐνεργότερον δ' ἐμπεσὼν εἰς ἐνέδραν, ἐσφάλη τῇ πολλὰς ἀπέβαλε τῶν ἀνδρῶν. Ubi deeſt aliquid. Lego: Ἐνεργότερον δὲ ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΣ ΤΗΝ ΠΟΡΕΙΑΝ ΚΑΙ ἐμπεσὼν εἰς ἐνέδραν, ε. κ. π. α. τ. α.

ΕΝΗΓΕΝ.

ΕΝΗΓΕΝ. Ἐκίνει. Παρέπειθεν.*——Ἐνῆγε δὲ πάντας εἴς τε τὰς εὐχὰς τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν, ὅτι χρεία τῆς στρατείας ἀναγκαία ἦσα, ἣν ὑπὲρ πάντων κοινῆ ποιούμενος δῆλος ἦν. Τό τε κάλλος τὸ τοῦ σώματος καὶ τὸ μέγεθος.] "Quid hæc "verba, τό τε κάλλος, &c. ſibi velint, non vi- "deo. Cum ſuperioribus enim nullam con- "nexionem habent." *Kuſter.* Recte vir doctiſſimus. Quin et ſuperior ῥῆσις, quod nemo vidit, turpiſſime labaſcit. Sententia enim nullum exitum habet. Facile autem una atque altera literula utrique morbo eſt ſubveniendum. Legendum ſine dubio et diſtinguendum: Η ΤΕ χρεία τῆς στρατείας——δῆλος ἦν, τό τε κάλλος τὸ τοῦ σώματος καὶ τὸ μέγεθος. Quo pacto tota hæc oratio ſibi conſtabit, et nitida atque rotunda exhibit. *Omnes vero impellebat ad preces pro eo fundendas, cum expeditionis illius, quam pro communi omnium ſalute ſuſceperat, neceſſitas, tum corporis ejus pulchritudo et majeſtas.* PARS I.

ΕΝΤΕΛΗΣ——Ἐντελῆ στρατόπεδα δύο ἐκάθητο Ῥωμαϊκά.] Hæc ſunt verba Polybii lib. vii. p. 713. Δύο μὲν γὰρ Ῥωμαίοις κατὰ τὴν Ἰταλίαν μετὰ τῶν ὑπάτων ἐντελῆ προσεκάθητο στρατόπεδα, δύο δὲ κατὰ Ἰβερίαν.

* Herodotus iv. §. 145. p. 344. Μάλιστα δὲ ἐνῆγέ σφεας ὥστε ποιέειν ταῦτα, τὸ Τυνδαριδέων ἡ ναυτιλίη ἐν τῇ Ἀργοῖ. Vide Suidam ad v. Ἄδην.

PARS I. ΕΝ ΤΩι ΜΕΡΕΙ. Ἀντὶ τοῦ, κατά τι μέρος διαδεχόμενος ἕτερος τὸν ἕτερον. Καὶ αὖθις·

Ἰδὼν κἀκεῖνος, ἐν μέρει γὰρ ἡλώκει,
Γαμεῖν ἔμελλεν.]

Hæc decerpta ſunt, opinor, ex Babrii Choliambis, atque ita legenda, metro poſtulante:

Porſon. IV. 446.

Ἰδὼν Δ' ἐκεῖνος, ἐν μέρει γὰρ ἡλώκει,
Γαμεῖν ἔμελλεν ———

Mulierculam autem conſpicatus, (viciſſim enim amore ejus erat captus,) uxorem ducere ſtatuit.

ΕΞΑΡΞΑΝΤΕΣ. Ἐκρήξαντες. Κρύσαντες.] "Imo "ἐξαράξαντες." *Kuſter.* Recte vir doctiſſimus. Et ſic legendum quoque apud Heſychium. Ἐξαράξαντες, ψοφήσαντες, κρύσαντες. Ariſtoph. Equit. ver. 638.

Τὴν κιγκλίδ' ΕΞΑΡΑΞΑ ——

Ubi legendum omnino ex more Attico, ἐξήραξα. Feſtivus ſane locus eſt apud Ariſtophanem in Nub. ver. 1376.

Ὁ δ' εὐθὺς ἦσ' ἐξ Εὐριπίδου ῥῆσίν τιν' ὡς ἐκείνῳ
Ἀδελφὸς, ὦ λεξίκακε, τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν.
Ἐγὼ δέ τ' οὐκ ἠνεσχόμην· ἀλλ' εὐθὺς ΕΞ-
ΑΡΑΤΤΩ
Πολλοῖς κακοῖς κ' αἰσχροῖσι ——

Ubi optime Schol. Ἐξαράττω, κρούω αὐτὸν, λοιδορῶ, πλήττω πολλοῖς κακοῖς.

Sophocl.

Sophocl. Philoct. ver. 373. PARS I.

Κἀγὼ χολωθεὶς εὐθὺς ΗΡΑΣΣΟΝ κακοῖς.

Ad quem locum consulendus Scholiastes. Primus autem Comici versus, quod omnes latuit, paulo longior est. Syllaba enim una redundat. Quin et trochæum alit in quarto loco contra leges Iambicorum, qui in nullo quidem admittunt:

Ο δ ευ | θυς ῃς | εξ Ευ | ριπι | δȣ | ρησιν | τιν ως | εκι | νει.

Facile autem metro laboranti subveneris, si illud ἐξ, quod nescio quomodo huc irrepserat, ejeceris:

Ὁ δ' εὐθὺς ᾖσ' Εὐριπίδȣ ῥῆσίν τιν', ὡς ἐκίνει.

Idem est Εὐριπίδȣ ῥῆσις ac ῥῆσις ἐξ Εὐριπίδȣ. Sed et versus penultimus nonnihil corruptus est. Nihil enim hic facit illud τέ. Rescribo certissime:

Ἐγὼ δ' ΕΤ' ȣ̓κ ἠνεσχόμην ——

Ego vero utique me amplius non continebam: I, being a modest fellow, could not forbear any longer. Eadem vocula restituenda videtur Sophocli in Philoct. ver. 1341.

Ὦ ςυγνὸς αἰὼν, τί με τί δῆτ' ἔχεις ἄνω
Βλέποντα; ——

Nihil video in his verbis quod quenquam offen-

PARS I. dat. Appello tamen elegantiores omnes annon recte emendaverimus:

——— τί μ' ETI δῆτ' ἔχεις ἄνω
ΒΛΕΠΟΝΤΑ; ———

Quid me amplius vivum videntemque retines?

Non aliter locutus eſt ſupra ver. 879.

Ἀνώδυνοι ΒΛΕΠΟΝΤΑ κἀμπνέοντ' ETI.

Idem Oedip. Col. ver. 1432.

——— Οὐ γὰρ μ' ETI
ΒΛΕΠΟΝΤ' ἐσόψεσθ' αὖθις ———

Antig. ver. 1038.

Τί χρή με τὴν δύσηνον εἰς Θεοὺς ETI
ΒΛΕΠΕΙΝ; ———

Commode autem mihi in mentem venit alterius loci apud Comicum noſtrum in Theſmoph. ver. 711. qui viros doctiſſimos hactenus eluſit omnes.

Οἷον ὑμῶν ΕΞΑΡΞΩ τὴν ἄγαν αὐθαδίαν.

Recte vidit vir in Græcis haud imperitus nec metrum nec ſenſum huic verſui ineſſe. Utrumque autem una literula ſalvum præſtabit. Repono confidentiſſime:

Οἷον ὑμῶν ΕΞΑΡΑΞΩ τὴν ἄγαν αὐθαδίαν.
Quomodo veſtram effrænatam inſolentiam contundam!

Nihil

Nihil verius hac emendatione. Quod vel ex loco Comici prius allato, et Scholiaſtæ interpretamento ſatis liquet.

ΕΞΕΚΕΚΛΗΤΟ. Προεκαλεῖτο. Ταχὺ δὲ ἐξεκέκλητο αὐτὲς πρὸς τὴν πρᾶξιν, ἅτε οἰκείους ὄντας τῶν τοιούτων ἐγχειρημάτων.] Hæc ſunt verba Polybii lib. iv. p. 448.

ΕΞΕΛΟΦΙΖΕΤΟ. Ἡ δὲ γῆ ἐκ τῶν δικαιαρχισελόφων ἐξελοφίζετο.] "Loci hujus tenebras nemo "diſcutiat, quin prius auctorem, unde hæc "ſumpta ſunt, inveſtigaverit. Quare quærat "diligens Lector." *Kuſter.* Monſtrum illud vocis, δικαιαρχισελόφων, Herculem quendam averruncatorem poſtulat. Videor autem veram lectionem exſculpſiſſe. Reſcribe: Ἡ δὲ γῆ ἐκ τ̃ ΑΡΧΑΙΩΝ ΕΣΤΙΩΝ * ἐξελοφίζετο. *Terra autem ex antiquis ſedibus evibrabatur.* Eurip. in Rheſo ver. 228.

Οἰκεῖμεν αὐτόρριζον ΕΣΤΙΑΝ ΧΘΟΝΟΣ.

ΕΞΕΣΤΗΚΕ. Μαίνεται.] Legendum videtur: Ἐξέστη, μαίνεται. Quod vel ex ſubjecto exemplo liquet: Ὁ δὲ τῇ πολυχρονίῳ τριβῇ τῶν πολεμικῶν ἐθῶν ΕΞΕΣΤΗ τῶν φρενῶν. Quæ Po-

* Forſan ΕΔΑΦΩΝ.

‡ Porson. IV-447

+ Inter Polybii Fragm. Græc. N. 52. ei PARS I. Scripsit, duas hâc suspicione, Schweigh. Vol. V. p. 86.

+ lybii esse suspicor. D. Marcus iii. 20. 21. Καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον· Καὶ συνέρχεται πάλιν ὄχλος, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν.* Καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· ἔλεγον γάρ· Ὅτι ΕΞΕΣΤΗ. Multa in hunc locum Evangelistæ viri docti, quæ non sunt unius assis. Neque sane phrasin illam, οἱ παρ' αὐτοῦ, satis intellexisse videntur. Aliud est οἱ παρ' αὐτοῦ, aliud οἱ παρ' αὐτῷ. Marci autem verba, quod nemo vidit, corrupta sunt et mutila, nec MSS ullam opem administrant, nisi quod nonnulli exhibent, περὶ αὐτοῦ. Idque recte admodum. Vide igitur annon iste locus ex vi et ductu sententiæ ita refingendus et supplendus sit: Καὶ ἀκούσαντες ΟΙ ΦΑΡΙΣΑΙΟΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ, ‡ ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· ἔλεγον γάρ· ὅτι ἐξέστη. Καὶ ΟΙ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες ἔλεγον· Ὅτι Βεελζεβοὺλ ἔχει. *Et cum audiissent de eo Pharisæi, exierunt comprehendere eum; dicebant enim, quod insaniret. Et Scribæ, qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant, quod a Beelzebub possessus sit.* Vides quam pulchre nebulones isti Pharisæi et Scribæ hic copulentur, et quam adposite Marci verba eis adcommodentur. Dicebant

* Libanius Epist. 407. p. 208. Edit. Wolfii: Καὶ ἔδοξα τοῖς μὲν οὐκ εἶναι ταύτῃ χείρων, τοῖς δὲ κὴ βελτίων· ὥστε ἐν ὀ πολλαῖς ἡμέραις πεντήκοντα νέων ἦν ὁ χόρος· ἀριστᾶν δὲ οὐκ ἦν, ἀλλ' ἔδει πονεῖν εἰς ἑσπέραν.

Phari-

Phariſæi, ὅτι ἐξέςη.* Dicebant Scribæ, ὅτι Βεελζεβὰλ ἔχει. Satis ex officio et κατὰ τὸ πρέπον utrique. Recte autem illud, ἐξῆλθον κρατῆσαι, de Phariſæis dicitur. Marcus ſupra ver. 6. Καὶ ΕΞΕΛΘΟΝΤΕΣ οἱ Φαρισαῖοι εὐθέως μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν συμβούλιον ἐποίων κατ' αὐτοῦ.† Matthæus xxi. 45. 46. ΚΑΙ ΑΚΟΥΣΑΝΤΕΣ——ΟΙ ΦΑΡΙΣΑΙΟΙ——Καὶ ζητοῦντες ΑΥΤΟΝ ΚΡΑΤΗΣΑΙ, ἐφοβήθησαν τὸς ὄχλους. Quare vix ulla, opinor, poterit eſſe dubitatio, quin hunc locum, qui pene conclamatus fuerat, recte reſtituerimus. Eſt autem ita noſtro ſermone interpretandus: *And when the Phariſees heard of him, they went out to lay hold on him: for they ſaid; He is beſide himſelf.* Illud tantum moneo, in ver. 20, ὥςε μὴ δύνασθαι αὐτὸς μήτε ἄρτον φαγεῖν, legendum ex Linguæ Græcæ genio, ΜΗΔΕ ἄρτον φαγεῖν, *ne panem quidem manducare.*‡ Recte omnino noſtri Interpretes: *They could not ſo much as eat bread.* Marcus vi. 31. Ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες πολλοί· Καὶ ΟΥΔΕ ΦΑΓΕΙΝ εὐκαί- PARS I.

* Suidas v. Τιβέριος. Αἰφνιδίως δὲ εἰς τὴν χείρονα γνώμην μετετέθη, ὥςε παραφρονεῖν νομισθῆναι.

† Idem viii. 11. Καὶ ΕΞΗΛΘΟΝ ΟΙ ΦΑΡΙΣΑΙΟΙ, καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ, ζητοῦντες παρ' αὐτοῦ σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, πειράζοντες αὐτόν.

‡ Suidas infra v. Μάρκελλος. Τά τε γὰρ ἄλλα ἤκιςα ἄδδην ἐσιτεῖτο, καὶ ὅπως ΜΗΔΕ τῶν ἄρτων ἐμπιμπλᾶται, *ut ne pane quidem ventrem impleret.*

PARS I.

ρεν. *Erant enim qui veniebant et redibant multi, et ne cibum quidem capere vacabant.* Et ſic jam video exhibere, ut alios taceam, Codicem Alexandrinum.

ΕΞΩΣΤΟΑ. *Extra porticum ſita.*] Vox inepta atque inaudita. Legendum ſine dubio: Ἐξώστρα. Heſych. Ἐξώστρα, ὅθεν τῆς σκηνῆς τὸ ἐκκύκλωμα. Scribe: τὸ ἐκκύκλημα. Pollux iv. 127. Εἶεν δὲ ἂν τῶν ἐκ θεάτρου καὶ ΕΚΚΥΚΛΗΜΑ, καὶ μηχανὴ, καὶ ΕΞΩΣΤΡΑ.—ΤΗΝ ΔΕ ΕΞΩΣΤΡΑΝ ταὐτὸν τῷ Ἐκκυκλήματι νομίζουσιν. Erat autem Ἐξώστρα ſive Ἐκκύκλημα, *Machina rotalis, cujus converſione et projectione res in theatro ſpectandæ exhibebantur.* Schol. ad Ariſtoph. Acharn. v. 407. Ἐκκύκλημα δὲ λέγεται μηχάνημα ξύλινον, τροχοὺς ἔχον, ὅπερ περιστρεφόμενον τὰ δοκοῦντα ἔνδον ὡς ἐν οἰκίᾳ πράττεσθαι, καὶ τοῖς ἔξω ἐδείκνυε, λέγω δὲ τοῖς θεαταῖς. Ἐγκύκλημα vocat Schol. ad Ariſtoph. Nub. v. 184. Ὁρᾷ δὲ ὡς Φιλοσόφους κομῶντας ΣΤΡΑΦΕΝΤΟΣ ΤΟΥ ΕΓΚΥΚΛΗΜΑΤΟΣ. Vox autem ἐξώστρα occurrit apud Polybium lib. xi. p. 874. Τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες ἐπὶ τὴν ΕΞΩΣΤΡΑΝ ἀναβιβαζούσης τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν.* *Fortuna amentiam veſtram, velut dedita opera, ceu*

* Polybius p. 1267. Τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες ἀναβιβαζούσης ἐπὶ σκηνὴν τὴν τῶν Ῥοδίων ἄγνοιαν. Qui locus gemellus.

machinæ

machinæ theatrali impositam, per hominum ora traducente. PARS I.

ΕΩΛΑ. Τὰ χθεσινά——Καὶ ἑώλων κρεῶν πλήρεσι. Χθιζῶν. Ἐπὶ ὄψων. Ἔκειτο πήρα ἄρτων.] "Videtur deesse vox ἑώλων. Alias enim exem- "plum hoc postremum erit ἀπροσδιόνυσον." *Kuster.* Recte vir doctissimus: ἄρτων ΕΩΛΩΝ. Sic sæpius peccatum apud nostrum. Quin et superius exemplum corruptum est. Scribendum: Ἑώλων κρεῶν ΠΛΗΡΗΣ. Respexit enim versus Babrii, qui leguntur infra voce Ῥωγαλέον.

Ἐν τῇδ' ἔκειτο ῥωγὰς αἰπόλων πήρα,
ΑΡΤΩΝ ΕΩΛΩΝ πᾶσα κ̀ ΚΡΕΩΝ ΠΛΗΡΗΣ.
Illic autem jacebat lacera caprariorum pera,
Tota panibus obsoletis et carnibus referta.

Atque hinc emendandus Pollux iv. 105. Μιμητικὴν δὲ ἐκάλων, δι' ἧς ἐμιμοῦντο τὰς ἐπὶ τῇ κλοπῇ τῶν ἑώλων μερῶν ἁλισκομένας. Repone: ΤΩΝ ΕΩΛΩΝ ΚΡΕΩΝ.* *Imitatricem vero vocabant saltationem illam, qua imitabantur eos, qui in furto ciborum hesternorum deprehensi erant.* Quod miror neminem eruditorum Interpretum animadvertisse.

ΕΩΣ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ. Ἕως τοῦ τέλους. *Usque*

* Philo Tom. ii. p. 245. Edit. Mangey: ΚΡΕΩΝ ΔΕ ΕΩΛΩΝ εὔσεπτος ἡ φύσις κἂν ἡδύσμασι παραρτυθῇ.

PARS I. *que ad Patres. Id eſt, uſque ad finem.*] Nihil viderunt hic viri docti, quod diſpliceret. Atqui vel quovis pignore contenderim, locum hunc inquinatum eſſe, atque ita emaculandum: Ἕως τῶν ΠΕΡΑΤΩΝ.* Ἕως τῦ ΤΕΛΟΥΣ. Suidas infra: ΠΕΡΑΤΑ. ΤΕΛΗ. Pſalm. lxxi. 8. Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῦ ΕΩΣ ΠΕΡΑΤΩΝ τῆς οἰκυμένης. Ad quem locum reſpexiſſe videtur noſter Lexicographus.

Porſon IV. 447. ΕΠΑΝΑΒΑΛΕΣΘΕ. Περιςολίσεσθε. Ἱμάτια τ' ἀνδρεῖα ωεριςολίσεσθε.] Hic, primaria voce ejecta, in locum ejus ſurrepſerat interpretamentum. Id quod ſæpius obſervavimus apud noſtrum Lexicographum. Reſpexit autem Suidas Ariſtoph. in Eccleſ. v. 275.

Καὶ θοιμάτια τ' ἀνδρεῖα, τάπερ ἐκλέψατε,
Ἐπαναβάλλεσθε ———

Quæ miror viris doctis, qui ad Comicum ſcripſerunt, imponere potuiſſe. Nihil enim vidi fœdius aut inquinatius. Primum illud τάπερ Ionicum eſt, et quod proinde reſpuit ſcena Attica. Deinde quod legitur verſu poſteriori,

* Theophylact. Epiſt. xvii. p. 26. Edit. Meurſii: Οὔτι ἡ ἀπὸ ποταμῶν ΕΩΣ ΠΕΡΑΤΩΝ θαλάσσης διατεταμένη ἐξουσία καὶ ἐπικράτεια. Theophyl. Simocatta in Hiſtor. iv. 16. p. 115. Ἀπ' ἄκρου τῦ ὐρανῦ ἡ ἔξοδος αὐτῆς, καὶ τὸ κατάντημα ΜΕΧΡΙ ΤΩΝ ΠΕΡΑΤΩΝ τῆς γῆς.

ἐπανα-

ἐπαναβάλλεσθε, metrum jugulat.* Præfert enim ſpondeum in ſecundo loco. Veram autem lectionem exhibet Suidas. Reſcribe ſine mora: PARS I.

Καὶ θοιμάτια τ' ἀνδρεῖα Γ, ἅπερ ἐκλέψατε,
ΕΠΑΝΑΒΑΛΕΣΘΕ ———
Veſtes etiam viriles, quas ſubduxiſtis,
Super imponite.

Eleganter, ut ſolet, Herodotus in Euterpe § 81. Ἐνδεδύκασι δὲ (Αἰγύπτιοι) κιθῶνας λινέους, περὶ τὰ σκέλεα θυσανωτοὺς, οὓς καλέουσι καλασίρις· ἐπὶ τούτοισι δὲ εἰρίνεα εἵματα λευκὰ ΕΠΑΝΑΒΛΗΔΟΝ φορέουσι. *Veſtibus amiciuntur lineis, circa crura fimbriatis, quas calaſiris appellant; ſuper quas candida ferunt amicula lanea ſuperinjecta.*

ΕΠΕΡΡΑΞΕΝ. Ἐπέπεσε. Συνεπλάκη. Μάχην συνῆψεν. Ὁ δὲ πολλὴν διανύσας ὁδὸν, ἄφνω τούτοις ἐπέῤῥαξεν.] Diodorus Sic. lib. xv. cap. 84. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ΠΟΛΛΗΝ ΔΙΑΝΥΣΑΣ ΟΔΟΝ, ΑΦΝΩ τοῖς Μαντινεῦσιν ἀνελπίστως ΕΠΕΡΡΑΞΕΝ. Hunc locum ſuum fecit Suidas. Verbo etiam utitur Appian. de Bell. Civil. lib. ii. Καὶ ὁ ἄνεμος ΑΦΝΩ μείζων ἢ πρότερον ΕΠΕΡΡΑΞΕΝ. Item Sophocl. Oedip. Col. v. 1498.

---

* Sophocles Oedip. Colon. v. 1253.
Ἐσθῆτι σὺν τοιᾷδε· τῆς ὁ δυσφιλὴς———
Legendum: ΤΗΣΔΕ δυσφ. Vel, Γ', ΗΣ ὁ δυσφ. Quod melius.

Μή

PARS I.

Μή τις διὸς κεραυνὸς, ἢ τις ὁμβρία
Χάλαζ' ΕΠΙΡΡΑΞΑΣΑ; *——

ΕΠΕΙΡΩΝΕΥΟΜΕΝΟΣ. Χλευάζων. Ἐπεγγελῶν.—Ὁ δὲ ἄντικρυς Ῥωμαίων προαχθεὶς, ἀναιρεῖται. Τοῦτο δὲ ἔπραττεν ὁ Σίμων ἐπειρωνευόμενος, εἴ τι βοηθήσουσιν αὐτῷ πρὸς οὓς ἐξελθεῖν εἵλετο. *Ille vero in conſpectum Romanorum adductus, interficitur. Hoc autem Simon ſimulate fecit, ut cognoſceret, an auxilium ſibi laturi eſſent, adverſus quos proficiſci decreverat.*] Interpres toto cœlo hic aberravit, quippe qui neſciebat locum, unde hæc Suidas deprompſerit. Deprompſit autem ex Joſepho de Bell. Jud. lib. v. p. 360. ubi ita emendatius legitur: Ὁ μὲν ἔν γε ὄψει φονευθεῖσιν ἐναπεσφάγη τοῖς παισὶν,† ἄντικρυς τῶν Ῥωμαίων προαχθείς· ἔτω γὰρ ὁ Σίμων Ἀνάνῳ τῷ Βαμάδε προσέταξεν, ὃς ἦν ὁμότατος αὐτῷ τῶν δορυφόρων· ΕΠΕΙΡΩΝΕΥΟΜΕΝΟΣ, εἴ τι βοηθήσουσιν αὐτῷ πρὸς οὓς ἐξελθεῖν εἵλετο. *Et ille quidem ſuper cæſos in conſpectu ſuo filios jugulabatur, in locum e regione Romanorum productus; id enim Simon in mandatis dederat Anano Bamadi filio, qui erat ejus*

* Item Diodorus in Excerptis p. 160. Edit. Hœſchelii: Ἐπὶ δὲ τὸν λόφον διελθόντες, ΕΠΕΡΡΑΞΑΝ παραδόξως τοῖς Μαμερτίνοις.

† Legendum cum MS Lugd. ΕΠΕΣΦΑΓΗ τοῖς παισίν. Similis eſt locus apud Sozomenum ii. 10. Τελευταῖον δὲ αὐτοῖς ΕΠΙΣΦΑΓΗΝΑΙ Συμεώνην, τὸν πάντων θάνατον θιασάμενον. Idem verbum reſtituendum Plutarcho in Otho. p. 416. Edit. Bryan. Ἔνιοι δὲ τῇ πυρᾷ λαμπάδας ἀφέντες, ἑαυτὸς ΕΠΙΣΦΑΞΑΝ. Vulgo Απέσφαξαν.

ſatel-

ſatellitum crudeliſſimus, cum hac cavillatione: Videat an quid eum juvaturi ſint, ad quos egredi voluiſſet. Haud abſimilis εἰρωνεία Judæorum ſuper Chriſto pendente. Ita enim accipiendus locus Matthæi xxvii. 49. Ἄφες, ἴδωμεν, εἰ ἔρχεται Ἠλίας σώσων αὐτόν. *Videamus, an Elias ſcilicet venturus ſit ad eum liberandum.* PARS I.

ΕΠΙΓΥΟΙΣ. Τοῖς ἀπὸ γῆς.—Τὴν δ' ἀπὸ τῦ ῥεύματος πλευρὰν ἠσφαλίζοντο τοῖς ἀπὸ γῆς ἐπιγύοις.] "Ergo ἐπιγείοις vel potius ἀπογείοις ſcribendum "eſt; ſubintellecta ſcilicet voce χοινίοις. Certe "Scholiaſta Homeri ad Il. α'. 476, τὸ πρυμνήσια "πρυμνήσια exponit, πρὸς τὰ ἀπόγεια χοινία. "Et ratio appellationis in promptu eſt. Nam "funes illi nautici dicuntur ἀπόγεια, quod iis na-"vis a littore religetur: vel ἐπίγεια, quod iidem "a navibus ad littus protendantur, a præpoſiti-"one ἐπὶ et nomine γῆ· quæ etymologia non "convenit voci ἐπίγυα." *Kuſter.* Satis ſubtiliter vir doctiſſimus; ſed fallitur. Idem enim eſt γύη et γῆ. Heſychius: Γύας, γῆς.* Etymol. M. voce Γυῖα· Τῆς γύης, τῆς γῆς. Pro recepta etiam lectione ſtant Harpocratio et Heſychius. Addam, auctoritatem ſexcentis Grammaticis anteferendam, Polybium lib. iii. p. 276. Τὴν δὲ ἀπὸ τῦ ῥεύματος πλευρὰν ἠσφαλίζοντο ΤΟΙΣ ΕΚ

* Idem ad v. Ἰλλυρὶς γονή. Ἀντὶ τῦ, Ἰλλυρὶς γενέα. Γράφεται δὲ καὶ Γυνή. Ὁ δὲ Καλλίστρατος, Γύη· ἀντὶ τῦ, Γῆ. Χρῶνται γὰρ ἔτως.

ΤΗΣ

PARS I. ΤΗΣ ΓΗΣ ΕΠΙΓΥΟΙΣ. *Latus vero quod impetum fluminis excipiebat rudentibus e terra firmabant.* Agnoſcis jam, opinor, fontem, ex quo pocula ſua hauſit Suidas. Porro vocabantur etiam iſti funes, quibus naves ad littus alligari ſolebant, γύαια.* Heſych. Γύαια, ἀπόγυα, χοινίκια τὰ πρυμνήσια, ἐπίγυα. Ita ſcribendus iſte locus. Vulgo, ἀπόγυια. Unde corrigunt viri docti, ἀπόγεια ſive ἀπόγαια. Sed noſtra emendatio veriſſima eſt. Non raro autem confundi ſolent ab imperitis Librariis γύα et γυῖα. Quod ad Euripidem non ſemel obſervavimus. Nobis jam ſuccurrit locus in Hecuba, ubi vocem γύα, per varios caſus et diſcrimina, ſic fata volebant, in patrias tandem ſedes reſtituendam curavimus. Eſt autem ver. 452.

——— Ἔνθα τὸν καλλίς —
τῶν ὑδάτων πατέρα
φασὶν Ἀπιδανὸν
ΠΕΔΙΑ λιπαίνειν.

Ubi illud πεδία, quod metro adverſatur, ex gloſſemate natum eſt. Reponit autem Editor nuperus ex MSS Baroc. et Reg. Soc.

Τὰς γυίας λιπαίνειν.

---

* Anthолog. p. 110.

Ἀγκύρας ἀνέλοιο, κ᾽ ἰλκύσαιο γύαια,
Ναυτίλε, κ᾽ πλώοις πᾶσαν ἰφεὶς ὀθόνην.

Atqui

Atqui illud γυίας ne Græcum quidem eſt. Deinde, ſi Græcum eſſet, primam tamen ſyllabam neceſſario produceret.* Quod itidem contra metrum eſt. Quare revocanda eſt lectio omnibus numeris abſoluta: PARS I.

ΤΑΣ ΓΥΑΣ λιπαίνειν
Agros pinguefacere.

Quod et vidit, ut mihi poſtea compertum eſt, ſed per nubila vidit Cl. Valckenarius ad Euripidis Phoeniſſas. Sophocl. in Meleagro apud Lucian. Lapith. p. 437.

Συὸς μέγιστον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως ΓΥΑΙΣ
Ἀνῆκε Λητῶς παῖς, ἐχεβόλος θεά.

ΕΠΙΚΕΙΜΕΝΟΥ. Τῷ φαινομένῳ.—Ὁ δὲ ἤτει τιμὴν τὰς κεκτημένας τῷ ἐπικειμένῳ καρπῷ, ἢ παρ'

---

* Vide Dawes in Miſcel. Crit. p. 297. qui fallitur. Prima enim vocis γυία, ſi δισσυλλαβῶς pronuntietur, eſt longa. Quare legendum eſt in Ariſtoph. Av. 997. κατὰ γύας vel κατ' ἀγυίας. Vulgo,

—— διειλῆν τὶ κατ' ἀγυιάς.

Sophocles in Antig. v. 579.

Ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἶσιν γύαι.

Idem in Oedip. Col. 58.

—— αἱ δὲ πλησίον γύαι.

Ita legendum cum Scholiaſta. Vide Burton.—Lycophron ver 906 et 1340. ubi male γυίας.

PARS I. ὧν μὴ λάβοι, διέφθειρεν.] Quid ſit καρπὸς ἐπικείμενος non male explicat Suidas: *Quod in agris erat*, ſcilicet. Contra ἀποκείμενον vocant Græci, *quod in horreis erat repoſitum*. Leguntur autem hæc verba apud Appian. in Hiſpanicis p. 491. ubi de Viriatho agit.

ΕΠΙΚΛΗΤΟΣ. Ἔξωθεν ἐρχόμενος.—Διὰ τῆς ἐπικλήτου καὶ ἀλόγου λοιδορίας ὑπέλαβε πιστότερος φανήσεσθαι.] Hoc fragmentum legitur apud Polybium in Excerptis Valeſii p. 1379.

ΕΠΙΚΡΑΤΗΣ. Κωμικός. Τῶν δραμάτων αὐτοῦ Ἔμπορος καὶ Ἀντιλαΐς.] "Harum duarum fabularum meminit Athenæus, qui præterea ejus "Δύσπρατον et Ἀμάζονας laudat." *Kuſter*. Addo quintam, Χόρον ſcilicet, cujus meminit Ælian. Nat. Animal. xii. 10. Καὶ πάλιν αὖθις ὁ Ἐπικράτει ἐν τῷ Χορῷ· δράμα δέ ἐστι τῷ Ἐπικράτει τοῦτο·

Τελέως δὲ ὑμῖν ὑπῆλθεν ἡ κατάρατος μαστροπὸς
Ἐπομνύουσα τὰν Κόραν, τὰν Ἄρτεμιν,
Τὰν Φερσεφάτταν, ὡς δάμαλις, ὡς παρθένος,
Ὡς πῶλος ἁδμής. Ἡ δ' ἄρ' ἦν μυωνία.

Εἰς ὑπερβολὴν δὲ λαγνισάτην αὐτὴν εἰπεῖν ἠθέλησε μυωνίαν ὅλην ὀνομάσας. Verſus ſunt longe elegantiſſimi; quorum primus tamen cum in metrum, tum in Græciſmum peccat. Senarius enim, quod mireris, ſeptenis pedibus ſubſultat. Deinde Græci

Græci ὑπῆλθεν ὕμας dicunt, non ὑμῖν.* Cod. Mediceus et Apoſtolius exhibent, εὖ με ὑπῆλθεν. Repono ex genio atque indole ſermonis comici, certiſſima, opinor, emendatione:

Τέλος δ' ὑπῆλθέ μ' ἡ κατάρατος μαςροπός.†

Locus ita vertendus eſt:

Ad finem vero me decepit læna illa deteſtabilis,
Per Κόραν, per Ἄρτεμιν, per Φερσεφάτταν dejerans,
Quod puella eſſet, quod virgo, quod pullula intacta;
At vero, quod aiunt, nidus erat utique murium.

ΕΠΙΚΡΙΤΗΣ. Σύμβολος. Δοκιμαςής.—Χρώμενος ἐπικριτῇ τῶν λεγομένων τῷ Μαντάνῃ διὰ τὴν τῶν τόπων ἐμπειρίαν.] Hæc ſunt verba Polybii lib. xiv. p. 947. ubi recte legitur: Χρώμενος ἐπικριτῇ τῶν

---

* Sophocles Philoct. ver. 1004.

Οἵος μ' ὑπῆλθες——

Euripides Suppl. ver. 138.

Φοίβῳ μ' ὑπῆλθεν δυςόπας αἰνίγματα.

† Legendum:

Τέλος εὖ μ' ὑπῆλθεν ἡ κατάρατος μαςροπός.

Ariſtophanes Equit. v. 457.

Ὡς εὖ τὸν ἄνδρα ποικίλως θ' ὑπῆλθες ἐν λόγοισιν;

Sed verum videtur:

Τέλος δὲ μ' ὑπῆλθεν ἡ κατάρατος μαςροπός.

PARS I. λεγομένων καὶ συμβάλλῳ ΤΩι ΜΑΣΑΝΑΣΣΗι διὰ τὴν τῶν τόπων ἐμπειρίαν. *In omnibus quæ dicerentur, judicio et conſilio Maſaniſſæ ſtans, utpote illorum locorum periti.* Hinc Suidas corrigendus eſt.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΣ. Γνῶσις.——Πολύβιος· Ὁ δὲ Ἀσδρύβας πέφυκεν ἡμῖν ἄξιος ἐπιστάσεως εἶναι καὶ ζήλου.*] Legendum: Ὁ δὲ Ἀσδρύβας πέφηνεν. Quomodo exſtat apud Polybium lib. xi. p. 868. unde Suidas hunc locum deſcripſit.

ΕΠΙΤΙΘΗΣ. Περαίνεις.—Ἐπεὶ καὶ σὺ τῶν σῶν ὑπηκόων τοῖς τι θανάτου ἄξιον ἐργασαμένοις, αὐτὸς ἐπιτίθης τὴν δίκην.] Nihil hic viderunt viri docti, quod improbarent. Atqui ἐπιτιθέναι non eſt περαίνειν. Neque id probat exemplum allatum. Quare reſpexit, opinor, Suidas ad locum aliquem, ubi legebatur, Ἐπιτίθης πέρας ſive τέλος. *Finem facis. Coronidem imponis.* Lucian. in Tyrannicida: Ἐτυραννοκτόνησε καὶ ΤΕΛΟΣ ΕΠΕΘΗΚΕ τῷ ἐμῷ δράματι.† Polybius lib. i. p. 59.

---

* Euſebius Præpar. Evang. p. 87. Ἡμεῖς δὲ ἐγνώμεν ἐκ τῶν παρατεθεισῶν αὐτῷ φωνῶν, ὡς ἄρα καὶ ἡ θαυμασὴ καὶ ἀπόῤῥητος φυσιολογία τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας, θεῖον μὲν ὄδεν, οὐδὲ τὶ μέγα καὶ θεοπρεπὲς, καὶ τῆς ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΑΞΙΟΝ ἐπήγετο. Vigerus legit: ἀνατάσεως ἄξιον. Sed locum corrige ex hoc Polybiano, et ita lege: καὶ τῆς ΕΠΙΣΤΑΣΕΩΣ ἄξιον ἐπήγετο.

† Polybius p. 1474. Καὶ μάλιστα διότι συντελεῖ ἐπιτίθεσθαι τοῖς πράγμασι, Hic legendum: τέλος ἐπιτίθεναι. Et ſic Reiſke.

Σπου-

PARS I.

Σπεύδάζοντες εἰς δύναμιν ΠΕΡΑΣ ΕΠΙΘΕΙΝΑΙ ΤΩι ΠΟΛΕΜΩι.* Hinc reſtituendus videtur Dionyſ. Halicarn. Antiq. Rom. lib. ii. cap. 44. Οἵ τε Σαβῖνοι ἐν βελῇ ἐγίνοντο πότερον ἀποίσουσιν ἐπ' οἴκους τὰς δυνάμεις, ἢ προσμεταπέμψαι στρατιὰν ἑτέραν οἴκοθεν, καὶ προσμένουσι λιπαρῶντες, ἕως τὸ κάλλιστον ΕΠΙΘΗΣΩΣΙ ΤΩι ΠΟΛΕΜΩι ΚΡΑΤΟΣ. Ubi minus placet locutio iſta, ἐπιθεῖναι τῷ πολέμῳ κράτος. Neque enim alibi legiſſe memini. Quare lubens repoſuerim ex Polybio: ἕως τὸν κάλλιστον ἐπιθήσωσι τῷ πολέμῳ ΠΕΡΑΣ. *Donec præclariſſimum finem bello imponerent.* Sed hæc ſpecioſa fortaſſe magis quam vera. Video enim jam meliora doctus, ut dies diem docet, vulgatam lectionem ſatis defendi poſſe ex Demoſth. in Orat. περὶ παραπρεσβ. p. 158. Edit. Taylor. Τίνας ἂν εὐχὰς ὑπολαμβάνετε εὔχεσθαι τοῖς θεοῖς τὸν Φίλιππον ὅτ' ἔσπενδεν ἢ τοὺς Θηβαίους; ἆρ' ὁ ΚΡΑΤΟΣ ΠΟΛΕΜΟΥ ΚΑΙ ΝΙΚΗΝ αὐτοῖς καὶ τοῖς συμμάχοις ΔΙΔΟΝΑΙ; Ubi κράτος et νίκη fere ſynonyma videntur.† Quare ἐπιθεῖναι τῷ

* Theophylact. Epiſt. xxxiii. p. 59. Κίντριζε δὲ αὐτὸν ἀεὶ ἐπὶ τὸ ΠΕΡΑΣ ΕΠΙΘΕΙΝΑΙ τοῖς ζητουμένοις. Procopius in Perſicis p. 50. Edit. Hœſchelii: Καὶ σπουδαῖς αὐτὸς ΠΕΡΑΣ ταῖς ἀπείροντοις ΕΠΕΘΗΚΕ. Ita Menander in Excerpt. p. 115. et Priſcus p. 47.

† Vide Cl. D'Orvill. Animad. in Charit. p. 629. Ita quoque locutus eſt Plutarchus in Æmilio p. 157. Καὶ φασὶς εὐθὺς ἐν τοῖς μετιοῦσι τὴν ὑπατείαν, εἴδοξεν οὐκ ἀρχὴν ληψόμενος, ἀλλὰ ΝΙΚΗΝ ΚΑΙ ΚΡΑΤΟΣ ΠΟΛΕΜΟΥ κομίζων. Procopius in Perſicis

PARS I.

πολέμῳ κράτος. Anglice reddiderim, *To give the finiſhing ſtroke to the war.**

ΕΠΙΤΙΜΩΣΑ. Τοῖς μὲν ἐραθεῖσιν ὡς ἑταίρα συνῆν, ἀδρὰς αἰτοῦσα τὰς μισθὰς, ἐπιτιμῶσα δὲ τὴν ὑπὲρ τῆς ὁμιλίας αἴτησιν, διὰ τὸ μὴ ἐξεῖναι δρᾶν ἐμφανῶς, ἃ ἐθέλει, βαρύνουσα τὴν τιμήν.†] Ponenda eſt τελεία στιγμὴ poſt ἐθέλει. Illud enim quod ſequitur, βαρύνουσα τὴν τιμὴν, eſt nihil aliud quam Interpretatio τοῦ, Ἐπιτιμῶσα, a Suida adjecta. Sic ſæpius noſter. Quid ſit autem Ἐπιτιμᾶν, ſatis notum eſt eruditis. Vide Cl. Ruhnkenium ad Timæi Lexicon. Hinc Ἐπιτίμησις Appiano de Bell. Civil. lib. iv. p. 1051. Ὅσα δὲ ἕτερα πρᾶχομεν αὐτῶν, ἔχετε ἢ παρὰ τῶν αἰχμαλώτων μανθάνειν περί τε ἀπορίας σίτου, καὶ ΕΠΙΤΙΜΗΣΕΩΣ

---

p. 21. Ἀναθήσειδε τὸ τοῦ ΠΟΛΕΜΟΥ ΚΡΑΤΟΣ. Idem in Vandal. p. 108. Βραβεύει δὲ ὁ Θεὸς, ὅπως ποτὲ αὐτῷ δοκεῖ, ΚΑΙ ΤΟ ΤΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ ΔΙΔΩΣΕΙ ΚΡΑΤΟΣ. Et p. 137. Ὥστε πάρεισιν ὑμῖν τὴν πρώτην φυλαξαμένοις τῶν βαρβάρων ἁρμὴν, ἀνελέσθαι ὑδενὶ πόνῳ ΤΟ ΤΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ ΚΡΑΤΟΣ. Haud aliter Sophocles in Elect. v. 84.

——— ταῦτα γὰρ φέρει
ΝΙΚΗΝ τ' ἐφ' ἡμῖν καὶ ΚΡΑΤΟΣ ΤΩΝ ΔΡΩΜΕΝΩΝ.

Confer etiam Plutarchum in Catone p. 338. Edit. Lutet. 1624. et Suidam ad v. Παρόν. Pauſanias p. 480. habet θέσις νίκης, quod male ſollicitat Cl. Kuhnius.

* Plutarch. in Nicia p. 217. Edit. Bryan.—τὴν εἰρήνην κράτος ἐπιθέντας. *Give the finiſhing hand to the peace.*

† Pauſanias in Meſſen. p. 369. Ὡς δὲ ἄγοντες ἀφίκοντο ἄνδρες οἱ πολλοὶ, τόν τε οἶνον ὠνοῦντο ΕΠΙΤΙΜΩΝΤΩΝ τῶν Μοθωναίων, καὶ αὐτοί σφισιν ἐπιπρασκον ὧν ἐπήγοντο.

αὐτῷ.

αὐτῶ. *In cæteris quantum præpolleamus, poteſtis ex captivis diſcere, de inopia ſcilicet et caritate annonæ.* Tacito, *Annonæ gravitas.* Annal. xi. 4. *Verum nocturnæ quietis ſpecies alteri objecta, tanquam vidiſſe Claudium ſpicea corona evinctum, ſpicis retro converſis; eaque imagine* gravitatem annonæ *dixiſſet.* PARS I.

ΕΠΙ ΤΩΝ ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΩΝ. Ἐπὶ τῶν φθασάντων γενέσθαι.—Πρέσβεις δὲ ἔπεμπον διασαφοῦντας, Πόπλιον μὲν εὐδοκεῖν τὴν εἰρήνην, τοὺς δὲ ἐν τῷ συνεδρίῳ διαφέρεσθαι, καὶ φάναι διαμένειν ἔτι τῶν ὑποκειμένων.] Monuerunt Valeſius et Kuſterus hoc fragmentum Polybio adſignandum eſſe, apud quem lib. xiv. p. 945. recte legitur: Πόπλιον εὐδοκεῖν καὶ παύεσθαι ὑπὲρ τῆς εἰρήνης. Suidæ autem lectio, quod viros doctiſſimos fefellit, prava eſt et ſoloecа. Quod Librariis acceptum referendum eſt. Scripſerat etiam proculdubio Suidas: Πόπλιον μὲν εὐδοκεῖν ΤΗΙ ΕΙΡΗΝΗΙ. *Publio quidem conditiones pacis probari.* Scriptor neſcio quis, Polybius fortaſſe, apud Suidam v. Εὐδοκεῖν. Ὁ δὲ ἔφη ΕΥΔΟΚΕΙΝ ΤΟΙΣ ΛΕΓΟΜΕΝΟΙΣ εἰ λάβοι πίστιν. Polybius lib. v. p. 620. Αἰτωλοὶ δὲ παρ' αὐτὰ μὲν ΕΥΔΟΚΟΥΝΤΕΣ ΤΗΙ ΓΕΝΟΜΕΝΗΙ ΔΙΑΛΥΣΕΙ πρὸς τοὺς Ἀχαιούς. Idem in Excerpt. Legat. p. 1229. Προφερόμενος τοῖς Ῥωμαίοις καὶ δεικνὺς ὑπὸ τὴν ὄψιν τὰς παρασκευὰς ΕΥΔΟΚΟΥΜΕ-

PARS I. ΝΑΣ τῇ πόλει.* Quem locum minus recte accepit magnus Interpres.

ΕΣΠΑΣΑΣ. Ἔπιες. Εἵλκυσας.

Ἀρκεσίλαε, τί μοι τόσον ἄκρητον ἀφειδῶς
Ἔσπασας, ὥστε φρενῶν ἐκτὸς ὄλισθες ἐών.]

" Diſtichum hoc eſt pars Epigrammatis in Ar-
" ceſilaum, quod integrum exſtat apud Laër-
" tium in Arceſilao circa finem. Ibi autem
" verſus prior, qui apud Suidam claudicat, ſic
" legitur :

Porſon. IV. 447. Ἀρκεσίλαε, τί μοι, τί τοσῆτον ἄκρητον ἀφειδῶς.

" At ego malim :

Ἀρκεσίλαε, τί μοι τόσον οἶνον ἄκρητον ἀφειδῶς."

Kuſter. Verſiculum hunc ſatis pro imperio interpolavit vir doctiſſimus. Leniori autem medicina facile perſanandus eſt. Quin et poſterior verſus male affectus eſt. Repone :

Ἀρκεσίλαε, ΤΙΗ μοι ΤΟΣΣΟΝ ἄκρητον ἀφειδῶς
Ἔσπασας, ὥστε φρενῶν ἐκτὸς ὄλισθες ΕΩΝ ;
Arceſilae, quare tantum meri tam largiter
hauſiſti,
Ita ut e mente tua excideris ?

---

* Idem in Hiſtor. lib. viii. p. 723. Ὡς εἶπε καὶ περὶ τὸς ἀποικομένους ἔστι τὶς αἴσθησις, εἰκὸς ΕΥΔΟΚΕΙΝ αὐτὸν καὶ ΤΗ ΤΩΝ Ἀχαιῶν ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑ, καὶ ΤΑΙΣ ἐν τῷ ζῆν ΚΑΚΟΠΡΑΓΙΑΙΣ καὶ ΚΙΝΔΥΝΟΙΣ.

Heſychius :

Heſychius: Τίη, διατί. Homer. Il. M. 310. PARS I.
Γλαῦκε, ΤΙΗ δὴ νῶι τετιμήμεθα μάλιϛα.

ΕΣΤΑΛΜΕΝΟΙ. Ἐσκευασμένοι. Νεανίαι χωρητικῶς ἐϛαλμένοι.] "Vel ſcribe χωριλικῶς a χω-"ρίτης, *ruſticus*; vel, quod Portus ſuggerebat, "χωρικῶς." *Kuſter.* Utraque proba tam Porti quam Kuſteri emendatio. Syneſius Epiſt. 35. Ἤδη γὰρ ὑποφαινομένης ἡμέρας καταϛείει τις ἄνθρωπος ΧΩΡΙΚΩΣ ΕΣΤΑΛΜΕΝΟΣ, καὶ δείκνυσι τῇ χειρὶ τόπους ὑπόπτους. Idem Epiſt. 104. Κἀνταῦθα ΝΕΑΝΙΑΙ τέτταρες ΕΣΤΑΛΜΕΝΟΙ ΧΩΡΙΤΙΚΩΣ, καὶ κεκραγότες ὅσον ἐχώρουν αἱ κεφαλαὶ, δρόμῳ πρὸς ἡμᾶς ἔθεον. Ad hunc locum reſpexit Suidas, et ad hanc normam proinde eſt corrigendus.

ΕΣΤΙΑΔΕΣ. Ἱέρειαι.——Συνέσιος· Οὐδὲν ἂν φαίην ἀπόῤῥητόν τι κρύπϛειν αὐτὰς, ὥσπερ τὰς Ἑϛιάδας τὸ πῦρ.] Scribendum, Οὐδ' ἂν φαίην. Quemadmodum recte legitur apud Syneſium in Dion. p. 43. unde deſcripſit Suidas.

ΕΤΙΘΕΤΟ. Οὐδὲ τῇ ὄψει τῶν ὀνείρων ἐτίθετο. Ἀντὶ τοῦ, προσέκειτο. Προσεῖχεν.] "Hæc Inter-"pretatio non convenit verbo Ἐτίθετο, ſed προσ-"ετίθετο." *Kuſter.* Atqui falli virum doctiſſimum vel ex loco incerti ſcriptoris apud Suid. v. Ἐτέθησαν liquet. Οἱ δὲ τῇ τοῦ βασιλέως μᾶλλον ἢ τοῦ ἐπισκοπεῦντος ΕΤΕΘΗΣΑΝ ΒΟΥΛΗι. *Illi*

PARS I. *vero ad Regis et Inſpectoris conſilium animum advertebant magis.* Syneſius Epiſt. 4. Τότες αὐτοφυεῖς Ὁμηρίδας ἐνόμισα κ᾽ ΕΘΕΜΗΝ ΤΩι ΔΟΓΜΑΤΙ. Sophocl. Philoct. ver. 1443.

Κἀγὼ γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι.

Quæ phraſis vide an reſtituenda ſit Ariſtophani Eccleſ. ver. 654.

Κἀγὼ ταύτην γνώμην ἐθέμην ——

Quomodo et legitur apud Suidam v. Ἐθέμην. Reſcripſerim tamen, præeunte Sophocle:

Κἀγὼ ΤΑΥΤΗι ΓΝΩΜΗι Γ᾽ ΕΘΕΜΗΝ ——
Ego quoque hanc ſententiam adprobavi.

Porſon. IV. 447. Nempe ut e utilitate publica eſſet, ſi lites tollerentur. Quod quidem ex ſenſu loci et enarratione Scholiaſtæ patet. Ἀντὶ τοῦ, καίμοὶ δοκεῖ τοῦτο συμφέρον εἶναι, τὸ μὴ εἶναι δικαστήρια.

ΕΥΘΙΞΙΑι ΕΧΩΝ ΤΟΝ ΝΟΥΝ. Εὐθιξία πρὸς τὴν θεραπείαν εὐδυβολοῦντα. Τουτέστιν, Ἀκρίβεια. Εὐφυία.] "Locus hic et corruptus et mutilus "eſſe videtur; ex quo, prout potui, me expe- "divi." *Kuſter.* Locus nec mutilus, nec admodum corruptus eſt; quem ita facile, diſtinctionis ope, ſublevaveris: Εὐθιξία. Ἔχων τὸν νοῦν εὐθιξίᾳ πρὸς τὴν θεραπείαν εὐδυβολοῦντα. Τουτέστιν, ἀκριβείᾳ εὐφυΐᾳ. *Qui animum haberet magna dexteritate in morbis curandis præditum.* Recte autem

autem Suidas vocem εὐθιξία explicat per ἀκρίβεια, εὐφυΐα.* Cæterum hic locus ſine dubio depromptus eſt ex Damaſcii Hiſtoria Philoſophica; id quod et ſenſus et ſtilus ſuadet.

ΕΥΘΥ ΤΟΥ ΔΙΟΣ. Ἀντὶ τοῦ, πρὸς τὸν Δία.] Ariſtoph. in Pac. ver. 67.

Πῶς ἄν ποτ' ἀφικοίμην ἂν ΕΥΘΥ ΤΟΥ ΔΙΟΣ;

Ad hunc locum reſpexit Suidas. Non male autem explicat, πρὸς τὸν Δία. *Recta ad Jovem.* Schol. εἰς τὰς Διὸς αὐλάς. Ariſtoph. Eccleſ. ver. 830.

Χωρεῖτ', ἐπείγεσθ' ΕΥΘΥ ΤΗΣ ΣΤΡΑΤΗΓΙΔΟΣ.
Ite, feſtinate recta ad Præfectam noſtram.

Idem Pac. ver. 819.

Ὡς χαλεπὸν ἦν ἐλθεῖν ἄρ' ΕΥΘΥ ΤΩΝ ΘΕΩΝ.
What pain it gives a man to go to heaven!

De phraſi autem iſta, εὐθὺ τοῦ Διὸς, vide quæ nobis haud parca manu obtulit vir doctiſſimus atque hiſce literis promovendis unice natus, Lud. Caſp. Valckenarius ad Ammonium p. 90. Nobis jam obverſatur inſignis locus Philoſtrati in vit. Apollon. vii. 2. p. 280. quem viri docti mi-

* Philo vol. i. p. 593. Ῥᾳδία μὲν σύμβολον εὐφυΐας ἐστὶν· ἑρμηνεύεται γὰρ ὀρῶν υἱός· ἐπειδὴ πᾶς ὁ ΕΥΘΙΞΙΑ ΚΑΙ ΕΥΦΙΑ χρώμενος, ἰᾳτικός.

nus

PARS I.

nus perſpectum habuerunt. Ὁ μὲν ΕΥΘΥ ΧΑΙΡΩΝΕΙΑΣ ἦκων, ἐπέπληξεν ὑπὲρ Ἀθηναίων Φιλίππῳ, ΠΕΡΙ ΩΝ Ἡρακλείδης εἶναι φάσκων, ἀπώλλυ ὅπλοις τὰς ὑπὲρ ἐκείνων ὅπλα ἠρμένας. In quo quidem loco infeliciter admodum ſe geſſit Cl. Editor, eo nomine jure reprehenſus a Cl. Weſſelingio ad Diodorum, vol. ii. p. 149. Neuter tamen locutionem rariorem intellexit. Ἐπέπληξεν Φιλίππῳ περὶ ὧν ἀπώλλυ. *Increpuit Philippum, quod Athenienſes perditum iret.* Senſus eſt: *Diogenes recta Chæroneam petivit, et Philippum Athenienſium nomine graviter objurgavit, eo quod Heraclidem ſive unum ex Herculis poſteris ſe profeſſus, eos tamen armis conficeret, qui olim pro Heraclidis arma geſſiſſent.* Ita fere locutus eſt Philoſtratus lib. iv. cap. 5. Ἐπίπληξιν ποιούμενος ΠΕΡΙ τῷ βαρβαρισμῷ τούτῳ. *Increpuit eos, eo quod barbare locuti eſſent.**

ΕΥΜΟΙΡΙΑ. Εὐκληρία. Καὶ εὐμοιρότερον. Εὐτυχέστερον. Οἱ δὲ τὰς ἀχρείους σφῶν ὑπὸ τῷ λιμῷ πιεζόμενοι ἐξέβαλον εἰς τὸ μεσοτείχιον, ᾗ ἐκτείνοντο εὐμοιρότερον ὑπὸ τῶν πολεμίων.] Hunc locum deſcripſit Suidas ex Appiano in Hannibalicis, ſed quem pro more et libitu immutavit. Ita enim legitur apud Appian. p. 571. Οἱ δὲ ἐπιτείνοντος αὐτοῖς τῷ κακῷ πρῶτα μὲν τὰς ἀχρείους σφῶν ἐς μάχας

* D. Joannes viii. 46. Τὶς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με ΠΕΡΙ ἁμαρτίας; ἐξέβαλον

ἐξέβαλον ἐς τὸ μεσοτείχιον, καὶ κτεινυμένους ὑπὸ τοῦ Ἀν- PARS I.
νωνος ἐφεώρων ἀλύπως, ὡς ΕΥΜΟΙΡΟΤΕΡΟΝ ἀπο-
θνήσκοντας. *Oppidani, ingraveſcente indies fame, inutilem bello turbam intra murum et foſſam excluſerunt; eamque, dum ab Annone trucidaretur, æquis oculis, ceu meliori conditione morientem, ſpectabant.*

Virg. Æn. i. 98.

——— *O terque quaterque beati,*
Queis ante ora patrum Trojæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere! ———

ΕΥΠΡΟΣΩΠΟΣ. Εὐπροσήγορος. Σοφοκλῆς·

Ἦ ῥα Τελαμὼν, σὸς πατὴρ, ἐμὸς τ' ἴσως,
Δέξαιτ' ἂν εὐπρόσωπος ———]

Hunc locum depromptum eſſe ex Sophocl. Aj. v. 1028. recte monuerunt viri docti, corruptum autem eſſe et claudicantem ne viderunt quidem. Atqui priori verſiculo ſyllaba una deficit. Penultima enim τοῦ, Τελαμὼν, ſemper corripitur. Quare revocanda eſt vocula, quæ neſcio quomodo exciderat, atque ita reſcribendum:

Ἦ ῥα ΜΕ Τελαμὼν, σὸς πατὴρ, ἐμός θ' ἅμα,
Δέξαιτ' ἂν εὐπρόσωπος, ἵλεως τ' ἴσως,
Χωροῦντ' ἄνευ σοῦ. Πῶς γὰρ ἔχ; ———
Scilicet Telamo, qui tuus pater et meus eſt,
Læto

≠ Porson. Pr. 447.

PARS I.

Læto me vultu ac placato excipiet
Redeuntem ſine te. Quid ni enim excipiat?

Poteris etiam ſcribere,

Ἦπε Τελαμὼν Ὁ σὸς πατὴρ ——

≠ Quod et Sophocleum videtur magis. Oedip. Col. v. 1350.

Ἃ νῦν Ο ΣΟΣ ξύναιμος ἐν Θήβαις ἔχει.

Elect. v. 1160.

Δαίμων Ο ΣΟΣ ΤΕ ΚΑΙΜΟΣ ἐξαφείλετο.

Anapæſtum autem in propriis nominibus non reſpuunt Tragici. Poteris etiam alio atque alio modo hianti verſui ſatisfacere, ſed priorem noſtram emendationem, quæ et ſimplicior eſt, firmare videtur Euripides in loco plane gemello. Eſt autem in Medea v. 505.

Νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,
Οὓς σοι προδοῦσα κ᾽ πάτραν ἀφικόμην;
Ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας; καλῶς γ᾽ ἂν ἕν
ΔΕΞΑΙΝΤΟ Μ᾽ οἴκοις, ὧν πατέρα κατέκτανον.

Quo me nunc vertam? an ad patris ædes,
Quibus tibi proditis et patria adveni?
An ad miſeras filias Peliæ? Scilicet illæ libenter
Me reciperent in domum ſuam, quarum patrem
interfeci.

Recte autem diſtinximus, nam in nonnullis li-

bri

bris hæc male adminiſtrantur, πῶς γὰρ ἐχ; Sophocl. Elect. v. 1313. PARS I.

Ἀλλ' οἶδα μὲν τὰ 'νθένδε. ΠΩΣ ΓΑΡ ΟΥ;——

Item v. 1451.

Ἔξοιδα· ΠΩΣ ΓΑΡ ΟΥΧΙ;——

Anaxandrides apud Athenæum p. 570.

A. Τὴν ἐκ Κορίνθε Λαΐδ' οἶδα; B. ΠΩΣ ΓΑΡ ΟΥ; ΤΗΝ ΗΜΕΤΕΡΟΝ. A. Τότ' ἦν ἐκείνη τις φίλη Ἄντεια. B. Καὶ τοῦτ' ἡμέτερον ἦν παίγνιον.

Ita ſcribendum. Vulgo, Τὴν ἡμέρειον.* Quod magnum Caſaubonum torſit. Eſt autem ita interpretandus iſte locus:

A. *Laidem Corinthiam noſti?* B. *Quidni ſcilicet? Noſtram utique intelligis.* A. *Erat tum amica illi Antea.* B. *Et iſta quoque nobis fuit deliciis.*

ΕΥΡΕΣΙΛΟΓΟΣ. Φλύαρος. Ἑτοιμολόγος.—Πολύβιος· Ἔχων δὲ καὶ περὶ τοῦ λέγειν, ἀγωνιῶ μὴ δόξω τισὶν ὑμῶν ἐκ ἀναγκαίων εὑρεσιλογεῖν.] "Puto, ad-"dita præpoſitione περὶ, legendum eſſe, περὶ ἐκ "ἀναγκαίων. Alias enim conſtructio claudica-"bit." *Kuſter.* Imo potius, περὶ ΤΩΝ ἐκ ἀναγκαίων. Sed lenior emendatio in promptu eſt. Repone; ἐκ ΑΝΑΓΚΑΙΩΣ† εὑρεσιλογεῖν. Quod tantundem eſt. Rectiſſime Interpres:

† Sic Ed. Medic. mutavit Aldus. Porſon. IV. 448.

* Abreſch in Dilucid. Thucyd. p. 489. "Ego pro cor-"rupto ἡμέρειον lego ἡμετέρειαν. Quod vocabulum Lexicis, quæ "evolvo, ignotum, conſervavit nobis Suidas et Etymologus."

Quamvis

PARS I. *Quamvis autem plura habeam dicenda, vereor tamen, ne cui veſtrum verboſior eſſe videar quam neceſſe eſt.* Vox autem ἑτοιμολόγος reſtituenda eſt Suidæ ſupra. Εὐθυρρήμων. Εὐθυλόγος. Ἑτυμολόγος. Reſcribe, ἑτοιμολόγος. Quomodo et legendum apud Heſychium. Nam illud alterum, quod uterque præfert, nihil facit ad locum.

ΕΥΡΩΤΙΩΝ, ΤΟΥ ΕΥΡΩΤΙΩΝΤΟΣ. Ἐξήγησις τοῦ, εἰκῇ κείμενος.—Τοῖς γὰρ εἰκῇ καὶ ἀμελῶς κειμένοις ἰδρὼς προσίζει καὶ νοτίς. Τοιοῦτος δὲ ὁ τῶν ἀγροίκων βίος· ὥσπερ ἂν ἀπίμελὴς καὶ καθάριος ὁ τῶν ἀστικῶν. Διόπερ καὶ εἰς πενίαν συνεχῶς ὑπὸ τῶν πλουτούντων τύπτεται καὶ ὀνειδίζεται. Ὡς φησὶ Μένανδρος·

Εἰς τὰ καθαρὰ λιμὸς εἰσοικίζεται.]

Hæc deſcripſit Suidas ex Scholiis ad Ariſtoph. Nub. v. 44. ut recte vidit Kuſterus, ſed iis auctioribus et melioribus quam quæ nunc habemus. Neque enim Menandri locus, ut alia taceam, apud Scholiaſtam hodie comparet. Ineſt autem una atque altera macula, quas hic eluemus. Primum reſcribendum: Ὥσπερ ΑΥ ἀπίμελὴς καὶ καθάριος ὁ τῶν ἀστικῶν. *Ut contra urbanorum vita munda et nitida.* Quod vel ex Ariſtoph. Nub. v. 51. ſatis patet.

Ἡ δ' ΑΥ μύρα, κρόκα, καλαγλωττισμάτων.

Illa

Illa vero contra *unguentum olebat, et crocum, et baſia obſcœna.* PARS I.

Deinde Menandri trimetrum, qui uno pede claudicat, ita ex ſermonis comici natura reſtituendum contendo:

Εἰς ΠΑΝΤΑ καθαρὰ λιμὸς εἰσοικίζεται.

In omnia loca, quæ munda et nitida ſunt, fames intrat.

ΕΥΣΕΒΕΙΑ—ἡ γὰρ εὐσέβεια ὲ συνθήσκει βροτοῖς· κἂν ζῶσι, κἂν θάνωσιν, ἐκ ἀπόλλυται.

Εὐσεβεῖν δεῖ τὰ πρὸς Θεὸν, ὡς τἄλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ Ζεύς.] Hæc miſere divulſa ſunt a ſe invicem, quippe quæ utraque pertinent ad vocem Εὐσέβεια, et proinde erant una connectenda. Quid quod tota oratio ſuſque deque habita eſt; et currus, quod aiunt, bovem trahit. Locus autem ita reformandus atque in ordinem redigendus eſt ex Sophocle in Philoct. v. 1436. quem Suidas exſcripſit. Porſon. IV. 448.

——— Τοῦτο δ' ἐννοεῖσθ', ὅταν
Πορθῆτε γαῖαν, ΕΥΣΕΒΕΙΝ τὰ πρὸς θεούς.
Ὡς τἄλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ
Ζεύς· ΟΥ ΓΑΡ ΗΥΣΕΒΕΙΑ συνθήσκει βροτοῖς,
Κἂν ζῶσι, κἂν θάνωσιν, ἐκ ἀπόλλυται·

——— *Hoc vero memineritis,*
Cum urbem vaſtabitis, ut religionem tueamini:
Quia

Porſon. IV. 447.

PARS I.

Quia alia omnia posteriora judicat Jupiter.
Pietas enim una cum hominibus non moritur,
Nec interit, sive illi vivant, sive moriantur.

Male autem apud Sophoclem et nullo quidem sensu legebatur:

——— ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς.

Nos correximus ex Suida. Quomodo et recte legendum viderat vir doctissimus in Miscellaneis Criticis. Istiusmodi autem crasis Atticis familiaris est. Sophocl. Oedip. Col. v. 115.

Ἔνεστιν ΗΥΛΑΒΕΙΑ τῶν πεσεμένων.

Eurip. Iphig. Taur. v. 1202.

Δίκαιος ΗΥΣΕΒΕΙΑ χ' προμηθία.

Cæterum locum illum Sophoclis imitatus videtur Euripides in *Temeno* apud Stobæum Floril. cap. 1.

Ἀρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλυται,
Ζῇ δ' οὐκ ἔτ' ὄντος σώματος.———

Spicil. Critic. Vol. II. 473.

ΕΥΦΕΓΓΙΑΣ. Ἀπὸ τῶν δύο τοίχων εὐφεγγίας ποιούντων.] Satis festive Interpres: *A duobus parietibus claram lucem reddentibus.* Repone: Εὐφεγγέας. Ἀπὸ τῶν δύο τοίχως εὐφεγγέας ποιούντων. *Ab iis qui duos parietes dealbant.* Notum Proverbium: Cic. in Epist. vii. 29. *Una fidelia duos parietes dealbare.* Petronio cap. 39. *Utrosque*

MVSEVM BRITANNICVM

que parietes linere. Atque ita totidem verbis ſupra Suidas: Δύο τοίχους ἀλείφεις.* Λέγεται ἐπὶ τῶν ἐπαμφοτερίζοντων, καὶ διὰ μέσου χωρούντων ἐν μάχαις ἢ φιλίαις. Εἴρηται δὲ ἴσως ἀπὸ τῶν δύο τοίχους εὐφεγγέας ποιούντων. Ex hoc loco egregie illuſtrandus eſt atque emendandus noſter. Heſychius: Εὐφεγγεῖς, λαμπρούς.† Apollon. Rhod. iii. 1194. PARS I.

Αὐτίκα ἐπεί ῥ' ἐλίκῃς ΕΥΦΕΓΓΕΟΣ ἀέρες ἄρκτου.

Hinc Εὐφέγγεια Jamblicho in Protrept. p. 145. Δαδίον μὲν γὰρ διὰ τὴν ΕΥΦΕΓΓΕΙΑΝ φιλοσοφίᾳ παραβέβληται. *Etenim facula propter claritatem et lucem ſuam philoſophiæ comparatur.*

ΕΥΦΡΟΝΗ. Ἡ νύξ.

Τίς τὸν μεγισόφωνον ἔνδον τῆς σέγης
Ἔπεισεν ὄρνιν ὠρολογεῖν τὴν ἑσπέραν;]

" Duo hi ſenarii Iambici leguntur apud Geor-
" gium Piſidem in poemate de creatione mundi,
" ſive περὶ κοσμουργίας, v. 1087, 1088." *Kuſter.* Scribendum — ὠρολογεῖν τὴν εὐφρόνην. Quomodo recte legitur apud Piſidem. Quod miror virum doctiſſimum non animadvertiſſe.

---

* Legendum: ἐπαλείφεις. Ita Pauſanias in Eliacis p. 460. Δῆλοι δὲ εἰσὶν οἵ τε Σάμιοι καὶ οἱ ἄλλοι Ἴωνες, κατὰ τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτῶν Ἰώνων, ΤΟΥΣ ΤΟΙΧΟΥΣ ΤΟΥΣ ΔΥΟ ΕΠΑΛΕΙΦΟΝΤΕΣ.

† Idem: Χροιᾷδες, εὐφεγγές. Anthol. Reiſkii p. 91.

——— ἔχων εὐφεγγέα πεύκην.

Confer Stobæum p. 634. et Needham in Notis ad Hieroclem p. 455.

PARS I. ΕΦΕΙΛΙΞΑΝ. Σχοινίον τε ἐφείλιξαν μίλῳ. Ἀνὶ τοῦ, ἔφυραν, καὶ περιείλιξαν.] "An ἔσυρον? Certe "ἔφυραν stare non poteſt." *Kuſter.* Imo recte omnino: ἔφυραν καὶ περιείλιξαν. Homer. Il. Ω. 162.

Δάκρυσιν εἵματ' ἔφυρον* ———

Ubi Schol. Ἔδευον, ἔβρεχον. Heſych. Ἔφυρον, ἔβρεχον, ἐμόλυνον. Hinc Μιλτοφυρὴς χοῖνος, et Μίλτῳ φυρόμενοι κανόνες. De quibus nos infra ad v. Μίλτος; ubi legitur hic locus, et quidem auctior. Reſtituendum autem videtur verbum ἐφελίτ]ειν ſive ἐφελίσσειν Dioni Caſſio lib. xlvi. cap. 36. Ἐς ἐλασμὸν μολίβδῳ λεπτὸν ἐγγράψαν]ές τινα, ΑΠΕΙΛΙΞΑΝ αὐτὸν, ὥσπερ τι χαρτίον. Vir doctiſſimus, Fr. Oudendorpius, ad Frontinum legebat, ἐπείλιξαν. Neutrum recte. Utraque enim vox Ioniſmum redolet. Quare legendum proculdubio vel auctoritate Suidæ, ΕΦΕΙΛΙΞΑΝ. Non alio modo locutus eſt Pauſanias in Meſſenicis, p. 343. Ἀνοίξας δὲ εὗρε κασσίτερον ἐλη]ασμένον ἐς τὸ λεπ]ότα]αν. ΕΠΕΙΛΥΤΟ ΔΕ ΩΣΠΕΡ ΤΑ ΒΙΒΛΙΑ. Quæ ſimillima plane et germaniſſima ſunt.

ΕΦΙΕΙ. Ἐπέτρεπεν.—Ὁ δὲ Καῖσαρ δῆθεν τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἐπέτρεπεν.] Miram oſcitantiam vel

* Philo de Joſeph. p. 77. Edit. Mangey—τὰς ἰσθμὰς δάκρυσι φύραντες. Ubi reſpexit ad Homerum.

Lexico-

Lexicographi noſtri, vel alicujus Librarii! Repone, πρὸ τῆς πολέως ΕΦΙΕΙ. Xenophon Hiſt. Græc. lib. iii. 1. 6. p. 481. Κατηγόρων γὰρ αὐτῶν οἱ σύμμαχοι, ὡς ΕΦΙΕΙ ἁρπάζειν τῷ στρατεύματι τὰς φίλας. Idem Cyri Inſtitut. lib. vii. 2. 4. Διαρπάσαι μὲν ἦν αὐτοῖς ΕΦΕΙΝΑΙ τὴν πόλιν ἃ βέλομαι. Cæterum hoc fragmentum proculdubio deſcripſit Suidas ex Dione Caſſio. Quod et ſenſus loci et ſtilus indicat. PARS I.

ΕΦΟΡΟΙ——Ὁ δὲ πρὸς τὰς Ἐφόρας ἔγραψεν, ὡς ἐκείνας κήρυγμα ποιήσασθαι δημοσίᾳ, τήν τε πίτταν τῶν βαλανείων ἐξαιρεῖντας, καὶ τὰς πωγωτιλτρίας ἐξελαύνοντας, ἐς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθίσασθαι.] Locus hic amplior quidem legitur infra v. Πίττα. Depromptus eſt autem ex Philoſt. vit. Apollon. iv. 27.* Recte vero τὰς πωγωτιλτρίας de *mulieribus depilatricibus* accepit Suidæ interpres. Quod ideo moneo, quia virum doctiſſimum ad Philoſtratum circa hanc vocem graviſſime hallucinatum animadverti. Gloſſæ: Παραλίλλω, *Depilo.* Παραλίλτρια, *Tricula.* Muliercula ſcilicet, quæ a *tricis* erat. Gloſſæ: *Tricæ*, τριχώματα. Vocem uſurpat Cratinus Comicus in *Horis* apud Athenæum lib. xiv. p. 638.

* Idem de Vitis Sophiſtarum ſub Polemon. p. 536. Edit. Olearii: Διαφορᾶς γὰρ τῷ Τιμοκράτει πρὸς τὸν Σκοπελιανὸν γενομένης, ὡς ἐκδεδυκότα ἑαυτὸν ΠΙΤΤΗ, ΚΑΙ ΠΑΡΑΤΙΑΤΡΙΑΙΣ, δίκη μὲν ἡ ἐνομιλοῦσα νεότης τῇ Σμύρνῃ.

PARS I.

——— ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας
Ὁ Κλεομάχου διδάσκαλος μετὰ τῶν παρατιλτριῶν,
Ἔχων χορὸν Λυδιστὶ τιλλομένων μέλη
Πορνεά———

Verſus ſecundus ſodales ſuos ſupereminet, et proinde ad propriam menſuram ita eſt redigendus et diſtinguendus:

Ὁ Κλεομάχου διδάσκαλος, ΠΑΡΑΤΙΛΤΡΙΩΝ
Ἔχων χορὸν ———

Faceſſat vero et Cleomachi tragœdiæ actor, chorum habens mulierum depilatricium.

ΕΦΡΙΞΑ. Τὰς τρίχας ὠρθώθην. Ἐπυκνώθην. Ὅμηρος· Ἔφριξε δὲ μάχη. Καὶ Σοφοκλῆς·

Ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτάμην.

ἀντὶ τοῦ, ὠρθώθην τῇ ἡδονῇ. Ἀνεπτερώθην.] "An "potius ἐπαχνώθην quam ἐπυκνώθην? Heſychius: "Παχνῶται, θυμοῦται, πήσσεται παρὰ τὴν πάχνην, "φρίσσει, λυπεῖται, ἀνιᾶται." *Kuſter.* Nihil ad rem vir doctiſſimus. Locus nonnihil perturbatus eſt, atque ita, ut mihi quidem videtur, inſtaurandus: Ἔφριξα. Τὰς τρίχας ὠρθώθην. Ὅμηρος· Ἔφριξεν δὲ μάχη. ΕΠΥΚΝΩΘΗ. Nimirum ἐπυκνώθη eſt interpretatio τοῦ, ἔφριξεν.* Eſt autem ex Homer. Il. N. 339.

* Ita oraculum apud Strabonem lib. ix. p. 398. Edit. Lutet. et apud Herodotum lib. viii. p. 664. Edit. Weſſelingii: Κωλιάδες

Ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσι.

Ubi recte Schol. ΕΠΥΚΝΩΘΗ δὲ ἡ μάχη τῇ τῶν δοράτων ἀνατάσει. ΦΡΙΣΣΕΙΝ γὰρ τὸ ὀρθοῦσθαι ΠΥΚΝΩΣ. Eurip. Phœniſ. v. 1112.

Λόχον ΠΥΚΝΑΙΣΙΝ ἀσπίσιν ΠΕΦΡΙΚΟΤΑ.

Arrian. Exped. Alex. lib. iii. Ἡ τε φάλαγξ ἡ Μακεδονικὴ ΠΥΚΝΗ καὶ ταῖς σαρίσσαις ΠΕΦΡΙΚΥΙΑ.* Dicitur etiam φρίσσειν de *ariſtis inhorreſcentibus*.†

Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρίξουσι.

Hic tamen legendum eſt, φρύξουσι. De quo Valckenaer ad locum, et præcipue Kuhnius ad Pauſaniam p. 4. Sic Plutarchus in Solon. p. 201. Edit. Bryan. Καὶ Κρατῖνος ὁ Κωμικὸς εἴρηκέ που,

Πρὸς τοῦ Σόλωνος καὶ Δράκοντος, οἷσι νῦν
Φρύγουσιν ἤδη τὰς κάχρυς ταῖς κύρβεσιν.

Hæc autem verba Scholiaſtes ad Ariſtoph. Nub. v. 447. ita diſpoſuit: Καὶ Κρατῖνος ὁ Κωμικὸς εἴρηκέ που περὶ τοῦ Σόλωνος καὶ Δράκοντος·

Οἷσι νῦν φρύγουσιν ἤδη τὰς κάγχρυς τοῖς κύρβεσιν.

Recte. Eſt verſus Trochaicus. Sed vide Valcken. Diatrib. Eurip. p. 221.

* Æſchylus in Supplic. v. 616.

Πανδημίᾳ γὰρ χερσὶ δεξιωνύμοις
Ἔφριξεν αἰθὴρ, τόνδε κραινόντων λόγον.

† Eodem ſenſu in Epigram. apud Anthol. p. 286. Carmen integrum, quia haud inelegans, hic emendatum apponitur. Eſt autem in quendam piſcatorem a phycide occiſum.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ἰχθυοθηρητῆρα Μενέστρατον ὤλεσεν ἄγρη,
Δούνακος ἱππείης ἐκ τριχὸς ἑλκομένη.
Εἶδαρ ὅτ' ἀγκίστρου φόνιον πλάνον ἀμφιχανοῦσα,
Ὀξείην ἐρυθρὴ Φυκὶς ΕΦΡΙΞΕ ΡΑΧΙΝ·

PARS I.

Homer Il. Ψ. 599.

Ληΐδι ἀλδήσκοντος ὅτε ΦΡΙΣΣΟΥΣΙΝ ἄρεραι.

Schol. Ὅτε ΠΕΠΥΚΝΩΝΤΑΙ διανεχηκότες ταῖς χώραις οἱ σάχυες. Eurip. in Supplic. v. 31.

ΦΡΙΞΑΣ ὑπὲρ γῆς τῆσδε κάρπιμος σάχυς.

Latinis *Horrere*. Virgil. Æn. xi. 601.

——— *Tum late ferreus haſtis*
Horret *ager* ———

Cæterum illud ἀνεπ]ερώθην, quod addit Suidas, nihil habet commune cum ἔφριξα. Eſt enim interpretamentum τοῦ, ἀνεπ]άμην. Id quod liquet ex Schol. ad Sophoclis Aj. ver. 705. Ἀνεπτάμην, ἀνεπ]ερώθην. Quo reſpexit Suidas.

Atque hæc habui, Lector erudite, nam ineruditum non moror, quæ tecum ad primum volumen Suidæ communicarem. Poſſem plura, ſed hæc ſufficiant, in guſtum ſaltem. Prius autem quam manum de tabula, verbum unum

---

Ἀγνυμένη δ' ὑποδύντα κατίκταινεν ἅλματι λάβρῳ
Ἐντὸς ἁλιδηρῶν δυσαμένη φαρέγγων.

In ſecundo pentametro vulgo legitur, ἔφριξε φάγνη. Sed nihil verius noſtra emendatione. Athenæus vii. 20. p. 319. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζῴων ΑΚΑΝΘΟΣΤΕΦΗ φησὶν εἶναι καὶ ποικιλόχροα ΦΥΚΙΔΑ. Ubi Cl. Caſaubonus: "Ἀκανθοστεφῆ vocat Phycidem, reſpiciens ad *pinnam quæ per dorſum hujus piſcis continua porrigitur*." Vide Suidam ad v. Ῥάχιν.

atque

atque alterum, coronidis loco, adjicere decrevi de monte *Arganthonio* ſive *Arganthoneo*; nam utroque modo ſcribitur, Ἀργανθώνιος et Ἀργανθώνειος, hoc ab Ἀργανθώνη, illud ab Ἀργανθών: de quo ſupra nonnihil adnotavimus ad p. 81. Erat autem mons Myſiæ, juxta oppidum Cion, ad Propontidem. De quo Strabo, Stephanus Byzantinus, Schol. ad Apollonium Rhodium, et præter alios denique Cl. Salmaſius ſatis accurate in Exercitationibus ad Solinum. Non uno autem nomine inſigniebatur iſte mons. Nunc enim Ἄργανθος, nunc Ἀργανθὼν, nunc denique Ἀργανθώνη audit. Quin et Ἀργανθώνις Stephano Byzant. in v. ubi tamen Codd. nonnulli, Ἀργανθώνη. Sic ſolent Poëtæ et Mythographi, qui ubi ſint neſcii, omnia mutant, miſcent, et perturbant pro libitu ſuo. Antonin. Liberal. cap. xxvi. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸ ξενὸν ἐξίκοντο τοῦ πόντε, καὶ ΤΑ ΣΦΥΡΑ παρέπλευσαν ΤΗΣ ΑΡΓΑΝΘΩΝΗΣ. Orpheus Argon. ver. 635.

PARS I.

Tournium laudat Verheyk, in loc. p. 175.

——— ἀμφὶ δὲ ΚΝΑΜΟΣ
ΑΡΓΑΝΘΟΥ κατέφαινε———

Scribendum Κνημὸς. Heſych. Κνημὰς, δασεῖς, τραχεῖς καὶ δυσβάτους τόπους. Pollux ii. 191. Κνημοὶ ὀρῶν.* *Juga montium.* Etymol. Mag. Κνημὸς,

* Theocritus Idyl. iv. 63.

——— τό τοι γένος ἢ Σατυρίσκοις
Ἐγγυθεν ἢ Πάνεσσι κακοκνάμοισιν ἐρίσδει.

PARS I. ὁ τραχὺς καὶ σκληρὸς τόπος. Idem in v. Κνήμη. Καὶ τὰς ἐξοχὰς καὶ προβάσεις καὶ καθύγρους τόπους τῶν ὀρῶν, κνημοὺς λέγουσιν, ὡς τὸ, Ἴδης ἐν κνημοῖσι. Ubi respexit Etymologus ad Hom. Il. B. 821.

Ἴδης ἐν κνημοῖσι θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα.

Ad quem locum consulendus Scholiasta. Orpheus Argon. ver. 600.

ΚΝΗΜΟΝ ἐπὶ ζάθεον, καὶ δίνδυμον ἀκρώρειαν.

Qui locus ab imperitissimis Librariis pessime acceptus est. Excidit enim verbum, quod ad sensum plane necessarium est. Tu vero poëtæ manum tandem aliquando agnoscas, et mecum ita locum integrum restituas:

Καί τοτε δὴ ΒΑΣΙΛΗΕΣ ὀνειροπόλον διὰ πύκιν
ΚΝΗΜΟΝ ἐπὶ ζάθεον, καὶ Δίνδυμον ΑΚΡΟΝ
ΑΓΕΡΘΕΝ,
Ὄφρα καὶ μειλίξαιντο ΕΤΟΙΝΙΣΤΟΙΣ ἐπὶ λοιβῇς
Ῥείην πρεσβυγενῆ, θυμὸν δ' ἀλέαιντο ἀνάσσης.

Et tunc reges ob religionem nocturnorum monitorum
In sacrum jugum et Dindymon promontorium congregati sunt;
Ut placarent vino abundantibus libationibus
Rheam venerandam, iramque evitarent reginæ.

Ubi Scholiasta ad postrema verba: Ἐπειδὴ αἱ αἶγες ἔχουσι λασίας ᾠδάς· ἢ ἀπὸ τῶν ὀρῶν τῶν κρημνῶν, καχοδέρμοις. Legendum cum MSS. ἀπὸ τῶν ὀρῶν τῶν ΚΝΗΜΩΝ.

De

De qua quidem emendatione, uti ſpero, litem mecum non commovebunt viri docti. Orpheus Argon. ver. 69. PARS I.

Ἀλλ' ὅτε δὴ ΣΥΝΑΓΕΙΡΕΝ ἀγακλείτους ΒΑΣΙΛΗΑΣ.

Hom. Il. Ψ. 287.

Ὡς φάτο Πηλείδης· ταχέες δ' ΙΠΠΗΕΣ ΑΓΕΡΘΕΝ.

Sic dixit Pelides. Citò autem congregati ſunt equites.

Ita legendum, vel auctoritate Heſychii, qui ad Homerum, ut ſolet, reſpexit: Ἄγερθεν, συνηθροίσθησαν. Nuperi autem Editores, re non ſatis explorata, locum corruperunt. Illud vero Orphei, λοιβαὶ εὐοίνιοι, viris doctiſſimis minus videtur arriſiſſe. Vir ingenioſiſſimus et verus muſarum alumnus, Joannes Pierſonius, in libris *Veriſimilium* legendum cenſet, εὐαγνίοις λοιβαῖς. Sed minime ſollicitanda eſt vox innoxia et elegantiſſima. Εὐοίνιοι λοιβαὶ ſunt *libamina meraciora. Vino abundantia*, ut non male Interpres. Ἀκρήτους λοιβὰς vocat Apollon. Rhod. i. 435. Cæterum, ut in viam tandem redeamus, montis *Arganthi* meminit etiam Propertius i. 20.

Hic erat Arganthi Pege *ſub vertice montis*
Grata domus Nymphis humida Thyniaſin.

Ita edidit Cl. Broukhuſius. Quod et probat vir elegantiſſimi ingenii, Nicolaus Heinſius. Mihi vero

PARS I. vero illud *Pege* in politiſſimo ſcriptore Romano ſemper putidiſſimum eſt viſum.* Libri veteres *Phlegre*. Quod Marklandi εὐσοχίαν deſiderat. Solus enim iſte homo in hujuſmodi rebus naſum atque oculos habet.

Οἷος πέπνυται· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.

Interea laudo diſertiſſimum Muretum reponentem:

Hic erat Arganthonei *ſub vertice montis*
Grata domus Nymphis humida Thyniaſin.

Videtur autem iſte mons nomen traxiſſe vel ab *Argantho* quodam, homine omnium, quot ſunt, quot fuere, quotque poſt aliis erunt in annis, obſcuriſſimo hodie et ignotiſſimo; vel ab *Arganthona*; vel ab utroque denique. Erat autem *Arganthona* inſigni forma puella, Oreſibii filia, montium nemorumque cultrix, uxor tandem Rheſi, qui niveis invectus equis ad Trojam ſerius venerat, atque ocyus perierat. Qua re domum perlata, mulier maleſana, ut vitam et amorem ſimul cum morte commutaret, in

---

* Sed vide Suidam ad v. Λογγῖνος. Ἐπισύχνως ἐνδιαιτώμενος ταῖς κληϊζομέναις ΠΗΓΑΙΣ, ἠγγέλθη τότῳ παρὰ τῶν προαγωγευόντων, ὡς εὐπρεπεῖς λίαν εἶσιν αἱ γυναῖκες. Et Apollon. Rhod. i. 1243.

Βῆ δὲ μεταίξας ΠΗΓΕΩΝ ἀχεδόν, ἠύτε τὶς θὴρ
Ἀγρίος, ὅν ῥά τε γῆρυς ἀπόπροθεν ἴκετο μήλων.

fluvium

fluvium se abjecit, suo nomine deinceps appellatum. Fabulam integram persecutus est Parthenius in pulcherrimo libello περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων, cap. xxxvi. quem consulas, si voles. Vide et Eustathium ad Dionys. Perieg. ver. 322. 809. ubi de nostra *Arganthona* atque ejus filiis agit. PARS I.

TANTUM.

EMENDATIONUM

IN

SUIDAM

PARS SECUNDA.

ORNATISSIMO VIRO

JACOBO HARRIS

ARMIGERO,

REGI ET REIPUBLICÆ

AB AERARIO,

IN

LITERIS ELEGANTIORIBUS

TUM GRÆCIS, TUM LATINIS,

EGREGIE EXERCITATO:

HAS EMENDATIONES

IN

SUIDAM,

IN PERPETUUM

OBSERVANTIÆ SUÆ TESTIMONIUM,

D. D. D. C. Q.

AUCTOR.

PRÆFATIO AUCTORIS
AD
SECUNDAM PARTEM.

LECTORI ERUDITO S.

EN tibi, Lector, alteram partem noſtrarum Emendationum, quam et brevi fortaſſe ſequetur tertia, ſi dii voluerint, et nos ſalus minus neglectos habuerit. Quod ſpero futurum. Prius autem quam has chartas in manus tibi tradam, non abs re fuerit, quoniam bella occaſio eſt, unum atque alterum verbum commutare cum Cl. HEATHIO *noſtro, homine ſane doctiſſimo et laborioſiſſimo, qui in Addend. ad Sophocl. ita commentatur: "Emendationem "Daweſianam ab eruditiſſimo* TOUPIO, *Emen-*

" *dat. in Suidam, p.* 115. *velut ineptam tra-*
" *duci, et vocem* ἴμεν, *quaſi ne Græca quidem*
" *eſſet, effurcillari, ſatis mirari nequeo.*" *Locus Tragici, de quo agit vir doctiſſimus, eſt in Elect. ver.* 21.

Πρὶν ἔν τιν' ἀνδρῶν ἐξοδοιπορεῖν στέγης
Ξυναπτέον λόγοισιν· ὡς ἐνταῦθ' ἐμὲν
Ἵν' ἐχέτ' ἀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή.

Ubi legendum monueram, tum ſententia, tum Græciſmo poſtulante,

——— ὡς ἐνταῦθ' ΕΣΜΕΝ.*

Ibi enim ſumus, ubi nullus ſegnitiæ locus. Our preſent circumſtances wont admit of any delay. *Stabant enim ante fores Ægiſthi. Monet igitur Pædagogus, ut caveant, ne locus ſibi fraudi ſit; hortaturque, ut quicquid agunt, ſine mora agant. Hæc eſt mens Tragici. Noſtri autem Critici nihil viderunt. Nam quæ diſputat vir Cl. in Miſcell. Criticis p.* 281. *nimis ſubtilia ſunt, et poetæ menti adverſantur. Porro*

* Plato de Legibus lib. x. p. 951. Edit. Francf. 1602. Ὁπότε δὴ τοίνυν ΕΝΤΑΥΘΑ ΕΣΜΕΝ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ, τόδε ἀποκρινόμεθα.

illud

illud ἐνταῦθ' ἴέναι *auctoritatis lubricæ eſt, et quod ſcena Attica non novit;* ἐνταῦθ' εἶναι *vero probum et uſitatum. Sophocl. Philoct. ver.* 16.

Σκοπεῖν δ' ὅπου 'ΣΤ' ΕΝΤΑΥΘΑ δίχομος πέτρα
Τοιάδ', ΙΝ' ἐν ψύχει μὲν ἡλίου διπλῆ
Πάρεσιν ἐνδάκησις ———

Idem in Philoct. ver. 429.

——'Οδυσσεὺς δ' 'ΣΤΙΝ αὖ ΚΑΝΤΑΥΘ', ΙΝΑ
Χρὴν ἀντὶ τούτων αὐτὸν αὐδᾶσθαι νεκρόν.

Euripides in Syſipho:

ΕΙΝΑΙ δ' ἔφασκε τὰς θεὰς ΕΝΤΑΥΘ', ΙΝΑ
Μάλις' ἂν ἐξέπληξεν ἀνθρώπους λέγων.*

Ita legendus iſte locus, cujus venuſtatem minus adſecuti ſunt viri eruditi. Atque hoc rectum. At vero Cl. HEATHIUS *vocalem præcedentem* σμ *corripi poſſe negat. Quo pacto noſtra emen-*

* Atticus apud Euſeb. Præpar. Evang. xv. 5. p. 800. Τάχ' ἂν αἰδοῖ δοκοίη λέγειν ΕΝΤΑΥΘΑ ΕΙΝΑΙ τὰς Θεούς. Euripides in Helena v. 622.

Ὦ χαῖρε Λήδας θύγατερ, ΕΝΘΑΔ' ΗΣΘ' ἄρα;

Vix aliter in Heraclidis v. 346.

——— ἰζόμεσθα δή
Ἱκέται μίνοντες ΕΝΘΑΔ' εὖ πρᾶξαι πόλιν.

datio corruat neceſſe eſt. Sed in eo quoque fallitur vir μετριωτατος. *Epigram. Anthol. lib. ii. p.* 270.

Ἦν ῥαφανὶς, σεριὶς ἦν, τῆλις, θρίδακες, πράσα, βολβοὶ,

Ὤκυμον, ΗΔΥΟΣΜΟΝ, πήγανον, ἀσπάραγος.†

Atque hæc non altercationis gratia, ſed eo tantum, ut res clarior atque manifeſtior fiat. Hæc enim metri ratio minus perſpecta, cauſa fuit, ut homines imperiti textum depravarint. Nos vero et ſenſui et ſenario undequaque conſuluimus. Quare deſinat mirari vir doctiſſimus.

---

† Ariſtoph. apud Athenæum lib. 2. p. 48.

Ὅς τις ἐν ἡδυόσμοισι γρώμασι σὴν δέσποιναν ἐρείδεις.

Ita legendus iſte locus. Vide Kuſter. ad Nubes ver. 1065. qui fallitur.

EMEN-

EMENDATIONES IN SUIDAM.

Z.

ZAH ANEMON. Τὸν σφοδρῶς πνέοντα.] Respexit Suidas ad Homer. Odyss. M. 313. ita legitur: PARS II.

Ὦρσεν ἐπὶ ZAHN ANEMON νεφεληγερέτα Ζεύς.

Quemadmodum etiam laudant Hesychius, Etymol. Mag. Photius in Lex. MS. Lex. Coislin. alii. Et hoc quidem probat doctissimus Hesychii Editor; illud Cl. Kusterus. Perperam uterque. Neutrum enim Homericum. Quippe illud Ζαῆ Atticorum tantum, Ζαὴν autem nullorum hominum est. Rescribo, ut mihi quidem videtur, certissime:

Ὦρσεν ἐπὶ ZAEA ANEMON ——

Error ortus ex pronuntiatione. Efferebatur enim ZAHANEMON. Hinc istæ Grammaticorum

PARS II.

rum turbæ. Recte autem et pro more Homerus, Ζαέα ἄνεμον. Sic Νηλέα θυμὸν. Ἀεικέα λοιγόν. Μελιηδέα οἶνον. Περικαλλέα δίφρον, atque alia ejuſdem κόμματος ſexcenta. De metro autem cave ſis ſollicitus. Nihil enim uſitatius apud poetam quam ejuſmodi συνίζησις. Homer. Il. Γ. 27.

Ὡς ἐχάρη Μενέλαος Ἀλέξανδρον θεοειδέα.

Idem Odyſſ. Ω. 522.

Καὶ βάλεν Εὐπείθεα Κόρυθος διὰ χαλκοπαρῄου.

Quin et Latini: Virgil. Ecl. vi. 30.

Nec tantum Rhodope miratur et Iſmarus Orphea.

Feſtivus autem eſt Etymologus Mag. v. Ζαής. Ὡς παρὰ τὸ πέτω γίνεται πέτην, ἵτω καὶ παρὰ τὸ ἄω, ἄην, καὶ ζάην, μετὰ τοῦ ζ. Τὸ γὰρ τέλειον, ζάηνα, ὡς πέτηνα, εἰ μὴ κατ' ἔκθλιψιν γέγονε. Cæterum occurrit vox ΖΑΗΣ in Epigrammate Philippi, apud Anthолog. lib. i. p. 60. quod quia elegantiſſimum eſt, et viris doctiſſimis parum perſpectum, hic emendatum adſcribam:

Ὅτ' ΕΞ ΑΗΤΟΥ λίβυος, ἐκ ΖΑΟΥΣ νότου
Συνεζοφώθη πόντος, ἐκ δὲ νειάτων
Μυχῶν βυθῖτις ψάμμος ἐξηρεύγετο,
Ἰσὸς δὲ πᾶς ὤλισθεν εἰς ἅλα πλύσας,
Φορβὶς δ' ἐσύρετ' ἐς ἀΐδαν πλανώμενος,
ΑΡΩΓΟΝΑΥΤΑΣ δαίμονας Λυσίφρατος

Ἐλιπά-

Ἐλιπάρησεν· οἱ δὲ τῷ ΝΕΩΚΟΡΩι
Μένῳ θάλασσαν ἀγρίαν ἐκοίμισαν.

In primo verſiculo vulgo exhibetur, ἐκ ζαήτυ. Quæ vox hoc incommodo laborat, quod nulla legatur. Græci enim Ζαὴς, non Ζαήτης. Deinde metrum reclamat: prima enim τῦ, ζαήτυ neceſſario longa foret. Quare omnino revocanda eſt vetus lectio, ἐξ ἀήτυ. Heſychius: Ἐξ ἀήταο, ἐξ ἀνέμυ. Eſt autem ἀήτης λίβυς, *ventus Africus*. Deinde quod legitur, εἰς ἅλα πτύσας, venuſtum in primis eſt. Reſpexit Epigrammatiſta ad Theocritum in Syracuſ. ver. 133.

—— Κύματ' ἐπ' ἀϊόνι πλύοντα.

In verſu ſexto recte dedimus, Ἀρωγοναύτας δαίμονας, *Dioſcuros* ſcilicet, *qui nautis periclitantibus adeſſe ſolent*. Quod et vidit doctiſſimus Brodæus. Vidit et Hadrianus Junius in Animadverſionibus. Sed carminis acumen neuter vidit.

—— νεωκόρῳ
Μένῳ θάλασσαν ἀγρίαν ἐκοίμισαν.

Nimirum Lyſiſtratus ille Dioſcuris νεωκόρος ſive *a ſacris* erat. Quæ cauſa fuit, ut homini opitularentur. Hæc eſt mens Epigrammatis.

ΖΑΚΟΡΟΣ. Νεωκόρος. Μένανδρος Δὶς ἐξαπατῶνι· Οὐ Μεγάβυζος ἦν, ὅς τις γένοιτο ζάκορος.] Emendabat

PARS II.

mendabat doctissimus Hemsterhusius ad Luciani Timon. ὥς τις γένοιτο. Sed virum præstantissimum mens Comici fefellit. Alius est Μεγάβυζος, alius ζάκορος. Qui ζάκορος, non idem utique Μεγάβυζος. Hic sensus loci est.* Verba optime constituit Bentleius:

Musgr. veterem scripturam retinet, et interpretatur: Non valde dives erat, qui quidem aedituus esset. Porson. IV. 448.

—— Οὐ Μεγάβυζος ἦν,
Ὅς τις γένοιτο ζάκορος ——

ΖΑΜΟΛΞΙΣ.—— Ἑλλάνικος δὲ ἐν τοῖς Βαρβαρικοῖς νόμοις φησὶν, ὅτι Ἑλληνικός τις γεγονὼς τελετὰς κατέδειξε Γέταις τοῖς ἐν Θρᾴκῃ.] Hæc totidem verbis leguntur etiam apud Etymol. Mag. v. Ζάμολξις. Sed in utroque inest vitium, nullo negotio corrigendum. Scribendum, ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς νομίμοις, *in Barbaricis institutis*.† De quibus præter Hellanicum et Callimachum scripserunt Aristoteles, Nymphodorus, Theodectes, alii.‡ Apollon. Hist. Mirab. cap. xi. ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ δὲ ἐν ΝΟΜΙΜΟΙΣ ΒΑΡΒΑΡΙΚΟΙΣ, τῆς Καρίας σκορπίοι γίνονται, οἱ τοὺς μὲν ξένους πατάξαντες οὐ λίαν ἀδικοῦσι, τοὺς δὲ ἐπιχωρίους παρ' αὐτὰ

---

* Vide D'Orvill. ad Charit. p. 314. qui fallitur. Photius in Lex. MS. nonnihil auctior est, v. Ζάκορος.

† Porphyrius apud Euseb. Præpar. Evang. p. 466. Καὶ τὶ ὑμῖν λέγω, ὡς ΤΑ ΒΑΡΒΑΡΙΚΑ ΝΟΜΙΜΑ Ἑλλάνικου ἐκ τῶν Ἡροδότου καὶ Δαμάσου συνῆκται;

‡ Suidas in v. Ἀνάχαρσις—ἔγραψε ΝΟΜΙΜΑ ΣΚΥΘΩΝ δι' ἐπῶν.

ἀπο-

ἀποκλείνυσι. Varro de Ling. Lat. lib. vi. *Hoc factitatum Aristoteles scribit in libro qui inscribitur* NOMIMA BARBARIKA. Clemens Alexand. Cohort. ad Gent. p. 56. Τί μοι Σαυρομάτας καταλέγειν, οὓς ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΣ ΕΝ ΝΟΜΙΜΟΙΣ ΒΑΡΒΑΡΙΚΟΙΣ τὸ πῦρ σέβειν ἱστορεῖ; Schol. ad Apollon. Rhod. ii. 1012. Ἐν δὲ τῇ τῶν Τιβαρηνῶν γῇ αἱ γυναῖκες, ὅταν τέκωσι, τημελοῦσι τοὺς ἄνδρας ὥσπερ λεχώς· ὡς ἱστορεῖ Νυμφόδωρος ἔν τισι νόμοις. Emendabat doctissimus Rutgersius, ἐν τοῖς νόμοις. Sed vera lectio est, ἐν τοῖς νομίμοις. Idem mendum apud Schol. ad Lucian. Lexiph. Νυμφόδωρος δὲ ἐν τρίτῳ Βαρβαρικῶν νόμων, (scribe, νόμ̄ων, i. e. νομίμων) ὡς λυσικῷ τῆς κοιλίας χρῆσθαι τούτῳ φησὶ τοὺς βαρβάρους. Suidas: ΘΕΟΔΕΚΤΗΣ, Φασηλίτης, ῥήτωρ. Ἔγραψεν ἐγκώμιον Ἀλεξάνδρᾳ—NOMIMA BARBARIKA. Huc facit Agathias lib. i. Τῆς ἱστορίας αὐτοὺς ἀπαθανατιζούσης, οὐχ οἷα ΤΑ ΖΑΜΟΛΞΙΔΟΣ ΝΟΜΙΜΑ, οὐ ἡ Γετικὴ παραφροσύνη.

ΖΗ. Ἀντὶ τοῦ, ζῆθι. Εὐριπίδης.] Lexicon nescio cujus in Bibl. Coisl. p. 482, nonnihil auctius est: Ζῆ, ἀντὶ τοῦ, ζῆθι. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ·

Ἀλλ' ἕρπε, καὶ ζῆ, καὶ δόμους οἴκει πατρός.

Σοφοκλῆς Δανάῃ·

Ζῆ, πάτερ, φέρου ——

Locus Euripidis, ad quem respiciunt, est Iphig. Taur. ver. 699. Huc referendus Sophocles in Antig. ver. 1287.

Καὶ

PARS II.

Καὶ ζῇ τύραννον οἶκον ἔχων ——

Ubi Schol. Ζῇ, ἀντὶ τοῦ, ζῇθι. Reſtituendum vero, ut obiter moneam, hoc verbum Euripidi in Supplic. ver. 532. Locum integrum, quia celeberrimus eſt, et viros doctiſſimos ludos fecerat, hic partim ingenio, partim auctoritate Stobæi, emendatum adponam.

Porſon. IV. 449.

Ἐάσατ' ἤδη γῆ καλυφθῆναι νεκρούς·
Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ ΖΗΙΝ ἀφίκετο,
Ἐνταῦθ' ΑΠΕΛΘΕΙΝ· πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.* Οὔτι γὰρ κεκτήμεθα
Ἡμέτερον αὐτὸ, πλὴν ἐνοικῆσαι MONON·
Κἄπειτα τὴν θρέψασαν αὐτὸ δεῖ λαβεῖν.

Vulgo nullo ſenſu legitur, εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο. Sed noſtra emendatio veriſſima eſt. Sophocl. Oedip. Col. ver. 1525.

—— χὡταν εἰς τέλος
ΤΟΥ ΖΗΙΝ ΑΦΙΚΗΙ† ——

Cætera per ſe clara ſunt.

---

* Euripides in Excerptis Grotii p. 423.
Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα, διοπετὴς ὅπῳ
Ἀϊδὴς ἀπίσπη, πνεῦμ' ἀφεὶς εἰς αἰθέρα,
Νεκροὶ δὲ σῶμα κἀν μίμημα δαιμόνων.
In ultimo verſiculo legendum eſt:
ΕΙΣ ΓΗΝ δὲ σῶμα ——
Vide Cl. Valcken. Diatrib. Eurip. p. 56.

† Jamblichus in Vita Pythagoræ p. 173. Edit. Kuſter. Η ΕΙΣ ΤΟ ΖΗΝ ΑΦΙΞΙΣ.

EI.

PARS II.

EI.

ΕΙΜΑ. Ἱμάτιον. Ἔνδυμα. Καὶ διὰ τοῦτο ἐν Ἐπιγράμματι·

Πραξιδίκη μὲν ἔρεξεν, ἐβούλευσεν δὲ Δύσηρις
Εἶμα τόδε· ξυνὴ δ' ἀμφοτέροις σοφίη.

Καὶ αὖθις· Δέξαι βύσσινον εἶμα.] Uterque locus depromptus est ex Anthologia Constantini pag. 13. 50. quam non ita pridem publici juris fecit doctissimus Reiskius. In priori Epigrammate, quod Anacreonti tribuitur, Cod. MS. exhibet,

——ξυνὴ δ' ἀμφοτέρων φιλίη.

Quomodo et edidit Barnesius ad Anacreonta. Sed Suidæ lectio verior atque elegantior. De arte enim sive σοφίᾳ utriusque feminæ hic agitur. Praxidice fecit, Dyseris invenit. Hic est sensus Epigrammatis. Notanda autem vox Δύσηρις. Est enim nomen ex rarioribus. Occurrit tamen apud Aristidem Orat. in Eteoneum p. 75. Ποία δὲ ΔΥΣΗΡΙΣ Θετταλὴ τοσοῦτο πένθος ἐπένθησεν ἐπ' Ἀνιόχῳ τελευτήσαντι, ὅσον νῦν μητρὶ τῇ τούτου πένθος προσκείται; Sic ΕΥΗΡΙΣ nomen mulieris apud Pausaniam in Atticis cap. 27. Πρὸς δὲ τῷ ναῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐστι μὲν ΕΥΗΡΙΣ προσβύτις. *Anus Everis dicta.* Ita accipiendus videtur iste locus,

PARS II. locus, ad quem Cl. Kuhnius insigniter nugatur. Quod Kuhnio solenne est.

ΕΙΣΑΤΟ. Καλέθελο. Ἐν Ἐπιγράμματι·

——— ὃς τάδε καλὰ

Ἔισαθ' ὑπαὶ πιλύων ὔμμι θεαὶ ξόανα.] Myro apud Anthol. lib. vi. p. 547.

Νύμφαι ἀμαδρυάδες, πολαμῆ κόραι, αἳ τάδε βένθη
Ἀμβρόσιαι ῥοδέοις σείβετε ποσσὶν ἀεί,
Χαίρετε καὶ σώζοιτε Κλεώνυμον, ὃς τάδε καλὰ
ΕΙΣΑΘ' ὑπαὶ πιλύων ὔμμι θεαὶ ξόανα.

Ita vulgo legitur istud Epigramma, idque nemine improbante. Verum illud ἀμβρόσιαι frigidum est, et sine gratia. Reponendum absque dubio:

——— αἳ τάδε βένθη
ΑΜΒΡΟΣΙΑ ῥοδέοις σείβετε ποσσὶν ἀεί.

Nimirum quicquid dii deæve edunt, bibunt, gestant, calcant, ἀμβρόσιον poetis dicitur. Hinc βένθη ἀμβρόσια de flumine puro atque incorrupto.* Metrum autem quod attinet, vide nos infra ad v. Καββαλών.

---

* Auctor Titanomachiæ apud Athenæum vii. 3. p. 277.

Ἐν δ' αὐτῇ πλωτοὶ χρυσώπιδες ἰχθύες ἄλλοι,
Νήχοντες παίζουσι δι' ΥΔΑΤΟΣ ΑΜΒΡΟΣΙΟΙΟ.

ΕΙΣΗΡ-

ΕΙΣΗΡΡΗΣΕΝ. Εἰσεφθάρη.—Ὁ δὲ ὑστερήσας εἰσήρρησεν αὐτόθι.] Hoc fragmentum decerptum eſt ex Menandro in Excerptis Hœſchelii, p. 133.

H.

ΗΒΗΤΗΡ.—Ἐν Ἐπιγράμμασι.

Οὐ καλὸν ἡβητῆρες· ἀπεχθαίρω γὰρ ἐκείνην
Τὴν τρίχα τὴν ταχὺ φυομένην.] "Penta-
" meter hic mutilus eſt, quem ex Anthologia
" lib. vii. p. 607. ſic ſupple:

" Τὴν τρίχα τὴν φθονερὴν τὴν ταχὺ φυομένην."

Kuſter. Recte vir doctiſſimus. Eſt autem Epigramma Eratoſthenis, idque elegans in primis, et dignum quod hic quoque legatur:

Ἄρσενας ἄλλος ἔχοι· φιλέειν δ' ἐγὼ οἶδα γυναῖκας
Ἐς χρονίην φιλίην οἷα φυλασσομένας.
Οὐ καλὸν ἡβητῆρες. Ἀπεχθαίρω γὰρ ἐκείνην
Τὴν τρίχα τὴν φθονερὴν, τὴν ταχὺ φυομένην.

Notandum pulcherrimum illud, Ἐς χρονίην φιλίην. Metaphora a fructibus, quorum nonnulli εἰς χρόνον φυλάσσονται, alii cito fugiunt et marceſcunt. Strabo lib. iii. p. 233. Ἀποτίθεσθαι εἰς χρόνον. Quæ locutio Interpretem fefellit. Deinde per τρίχα τὴν ταχὺ φυομένην, barba intelligenda eſt: quam et proinde φθονερὴν vocat.*

* Strato in Carm. 26. Τὰς φθονερὰς· ſcilicet, τρίχας. D'Orvill. ad Charit. p. 197. Φθονερὸν κάλλος.

Philip-

PARS II. Philippus in Epigrammate, μιαρὴν τρίχα. Barba enim φιλονέοις inviſa. Hinc Martialis v. 48.

Tardaque pro tanto munere, barba, veni.

Quin, dum hoc agimus, et aliud Epigramma, celeberrimum id quidem, et haud diſſimilis argumenti ex Anthologia Cl. Reiſkii p. 111. hic ſubjiciendum curabimus. Eſt autem Philodemi, viri in hiſce nequitiis ſatis exercitati:

Εἰνὶ μύχοις κραδίας δοιὰς περιθάλπω ἔρωτας,
Τὸν μὲν Ῥωμαΐδος, τὸν δὲ Κορινθιάδος·
Ἡ μὲν μαλρώνας τε τρόπους καὶ ἤθεα σέργειν
Οἶδ' ἀπὸ κεκρυφάλου μέχρι περισκελίδων.
Ἡ δὲ χύδην παρέχει πάσῃ φιλότητι πεσοῦσα
Πλασσργὲσα τύπους τοὺς Ἐλεφαντιάδος.
Ἂν δὲ μίαν ταύταιν, Πεῖσον, μ' αἱρεῖν ἐπιτέλλεις,
Εἰν Ἐφύρῃ μίμνω, τὴν δ' ἄρα Γάλλος ἔχοι.

Carmen venuſtiſſimum eſt, ſed poſtremus hexameter non una macula deformatus eſt. Quin et oratio nonnihil σολοικίζει. Dicendum enim fuerat, Ἂν δὲ —— ἐπιτέλλῃς. MS. La Croſii: Τί δὲ μίαν. Repono:

ἘΙ δὲ μίαν ταύταιν, Πεῖσον, μ' αἱρεῖν ΕΠΙΤΕΛΛΕΙΣ.

Quod veriſſimum eſt. Recte etiam ſcripſimus, αἱρεῖν. Heſychius: Αἱρέσομεν, ἐπιλέξομεν. Minime autem dubium eſt, quin ad hoc Epigramma Philodemi reſpexerit Horatius Satir. i. 2.

Illam,

Illam, Poſt paulo, Sed pluris, Si exierit vir; GALLIS: *hanc, Philodemus ait, ſibi, quæ*

neque magno
Stet pretio; nec cunctetur, cum eſt juſſa, venire.

Sed vereor ut verba Philodemi ſatis recte ceperit Poeta Romanus. MS. Lipſ. τὴν δ' ἄρα γ' ἄλλος ἔχοι. Quæ neſcio an verior lectio. Eratoſthenes in Epigrammate ſupra laudato:

Ἄρσενας ΑΛΛΟΣ ΕΧΟΙ *——

Sed de hoc ipſe viderit Horatius. Erat autem noſter Philodemus Epicuri de grege, vir elegantiſſimi ingenii, et Lucii Piſonis familiaris, de quo intelligendus Cicero Orat. in Piſon. p. 612. Ed. Gronov. *Eſt quidem Græcus, qui cum iſto vivit, homo, vere ut dicam (ſic enim cognovi) humanus, ſed tam diu, quam diu cum aliis eſt, aut ipſe ſecum.*

ΗΕΡΟΣ ΟΓΜΟΙ. Αἱ ὁδοί. Οἱ τόποι. Λέγεται δὲ ϑηλυκῶς ἐν Ἐπιγράμμασι·

—— χὴ διὰ μέσης
Ἥρος εὔαγρον τῆσδε δίδε κάμαλον.]

---

* Miſcellanea Lipſ. vol. ix. p. 304.

Καὶ μὴ λυπηθῇς ἤν τις ΕΧΗΙ μ' ΕΤΕΡΟΣ.

Anthol. lib. ii. p. 258.

—— ἀμβροσίην δ' ΑΛΛΟΣ ΕΧΕΙΝ ἐθέλοι.

Legen-

PARS II.

Legendum,

—— εὔαγρον ΤΟΙΣΔΕ δίδȣ κάματον.

Quomodo recte legitur in Epigram. apud Anthol. lib. vi. p. 566. unde hoc fragmentum deprompsit Suidas. Græca ita sunt vertenda: *Fac ut labor istorum faustus felixque sit.* Ista est vis τȣ̃, εὔαγρος. Hinc Εὐαγρεῖν, Εὐαγρία, et, si Musis Gratiisque placet, Εὐαγροσύνη. Theocritus in Berenice apud Athenæum lib. vii. p. 284.

Αἴ τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπαγροσύναν τε ϗ ὄλβον
Ἐξ ἁλός ——

Corrigit vir doctissimus in Epistola ad Roverum, αἰτεῖτ' εὐαγροσύναν. Quod altero nihilo melius est. Utrumque enim hoc infortunio premitur, quod ne Græcum quidem sit: quod viros doctissimos non animadvertisse miror. Vera autem lectio, me vide, est:

+ Intextum admisit Valcken. Porson. IV. 450.

—— + ΕΥΑΓΡΕΣΙΑΝ τε ϗ ὄλβον.

Suidas: Ἀγρεσία, ἄγρα. Hinc Εὐαγρεσία, *felix captura:* quæ vox restituenda Homero Odyss. T. 114.

—— Θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς
Ἐξ εὐηγεσίης ——

Multum sudant Interpretes in hac lectione adstruenda. Verum non nisi laterem lavant. Nec quicquam præstat altera lectio quam exhibet

hibet Scholiastes, εὐεργεσίης.* Quid moror? Revocanda omnino vox elegantissima, et Græciæ adeo jam demum redonanda: PARS II.

——— Φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα
Πυρὸς, καὶ κριθὰς, βρίθησι δὲ δένδρεα καρπῷ·
Τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς
Ἐξ ΕΥΑΓΡΕΣΙΗΣ———

Nihil verius hac emendatione. Cæterum ad hunc locum Homeri respexit, qui et nostram lectionem unice firmat, Crinagoras in Epigrammate apud Reiskium pag. 147.

Νῆσον, τὴν εἰ χ' οἵ με περιγράψαντες ΕΧΟΥΣΙ
Μετρῆσαι βαιὴν, ἑπτὰ μόνον σταδίους,
Ἔμπης καὶ τίκτουσαν ΕΝ ΑΥΛΑΚΙ ΠΙΑΡ ΑΡΟΥΡΗΣ
Ὄψει, καὶ παντὸς κάρπιμον ἀκροδρύου,
Καὶ πολλοῖς ΕΥΑΓΡΟΝ ΕΠ' ΙΧΘΥΣΙ ——

In primo disticho rem minus dextre administravit doctissimus Editor. Nos recte scripsimus cum MSto, Νῆσον ἔχουσι. Strabo lib. iii. p. 257. Τοσοῦτοι δ' ὄντες νῆσον ἔχουσιν οὐ πολὺ μείζονα τῶν ἑκατὸν σταδίων τὸ μῆκος.† Deinde legebatur, ἐπ' αὔλακα πῖαρ ἀρότρου. Quod ridiculum est. Nos

* Vide Etymol. Mag. v. Εὐηγενέων.

† Idem—ὅσον ἑπτὰ τὸν κύκλον σταδίων.

PARS II. verba et ſenſum reſtituimus: Πῖαρ ἀρούρης, *the fat of the land.**

ΗΙΩΝ. Ἀχύρων——Βάβριος· Οὔπω δὲ καιρός ἐστιν ἥια λύειν.] Babrii verſiculus laborare videtur, cui ſic facile ſubveneris:

Οὔπω δὲ καιρός ἐστιν ΗΙΑΛΥΕΙΝ.

Heſychius: Ἀλλύει, ἀναλύει. Sed vide nos infra ad v. Καββαλών.

Η ΚΑΜΗΛΟΣ ΨΩΡΙΩΣΑ ΠΟΛΛΩΝ ΟΝΩΝ ΑΝΑΤΙΘΕΤΑΙ ΦΟΡΤΙΑ.] Deſumptus eſt hic locus ex Syneſio Epiſt. 113. Elegantiſſime autem dicitur, ἀνατίθεται φορτία. *Camelus ſcabioſa multorum aſinorum onera geſtat.* Ita locutus eſt Lucian. in Contempl. Καὶ δυνησόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, δύ' ὄντες ΑΝΑΘΕΣΘΑΙ ἀράμενοι τὸ Πήλιον, ἢ τὴν Ὄσσαν; *Et poterimus, Mercuri, nos duo geſtare Pelium aut Oſſam?* Interpres minus percepit. Epigram. Antipatri Sidonii in Zenonem Citieum, apud Laertium vii. 29.

Τῆνος ὅδε Ζήνων Κιλίῳ φίλος, ὃς ποτ' Ὄλυμπον
Ἕδραμεν, ἐκ Ὄσσης Πήλιον ΑΝΘΕΜΕΝΟΣ.
Οὐδὲ τά γ' Ἡρακλῆος ΑΕΘΛΕΑ· τὰν δὲ πότ' ἄεθλα
Ἀτραπιὸν μύνας εὗρε σαοφροσύνας.

* Vide Brunck in Analect. Vol. ii. p. 146. qui meam lectionem tacitus ſequitur.

Ita

PARS II.

Ita legendum iſtud carmen, quod nuperus Editor Meibomius male intellectum turpiſſime commaculavit. Ἀναθέσθαι φορτίον eſt *onus ſublatum vel ſibi vel alii imponere.** Hinc ἀναθέσθαι Πήλιον Ὄσσῃ, *Pelion Oſſæ ſuperimponere.* Quod Gigantes fecerunt ſcilicet —— ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.†

ΗΛΕΚΤΩΡ. Ὁ ἥλιος. Ἥλιος δέ ἐστιν ἄστρον ἡμεροφανές. Λέγεται δὲ ἠλέκτωρ, ὅτι ἀληκτός ἐστι, καὶ ἀκάματος. Ἀλλ' ἡ ἐτυμότης ὅλη σφαιρική.] "Portus "hæc ita vertit: *Sed hujus vocis etymologia* "*eſt tota ſphærica.* Quæ ineptiæ! cui enim "qui ſanum ſinciput habet, unquam perſua- "debitur, dari etymologias ſphæricas." *Kuſter.* Quæ ad hunc locum adnotavit Cl. Kuſterus, nihilo meliora ſunt, quam quæ Portus. Utrumque enim fefellit corrupta vox σφαιρική. Reſcribendum ſine dubio: ἀλλ' ἡ ἐτυμότης ὅλη ΣΦΑΛΕΡΗ. *Sed hujus vocis etymologia eſt tota dubia et malæ fidei.* Quod verum eſt. Procopius in Gothicis lib. ii. Ἔστι γὰρ ἔθνος τῶτο τὰ

Debebat σφαλερά
Portus. IV. 450

---

* Porphyrius de Vita Pythagoræ p. 42. Edit. Amſt. 1707. Φορτίον δὲ συναναλιθέναι μὲν τοῖς βαστάζουσιν, συγκαθαιρεῖν δὲ μή.

† Huc alluſit Atticus apud Euſeb. Præpar. Evang. p. 795. Ποῦ σοι τῆς αἱρέσεως τοσοῦτον ὕψος λόγων, ὥς τε τὸ τῶν Ἀλωάδων φρόνημα κτήσασθαι, καὶ τὴν εἰς οὐρανὸν ὁδὸν ζητεῖν; ἣν ἐκεῖνοι μὲν ᾤοντο ΟΡΩΝ ΑΝΑΘΕΣΣΕΙ δύνασθαι γίνεσθαι.

PARS II. ἐς πίσιν ΣΦΑΛΕΡΩΤΑΤΟΝ ἀνθρώπων ἁπάντων. *Sunt enim Franci omnium hominum fallaciſſimi et perfidioſiſſimi.**

ΗΛΟΓΗΘΗΣΑΝ. Ἠμελήθησαν. Καλεφρονήθησαν. Οἱ δὲ ἠλογήθησαν εἰς τὴν εἴσοδον, καὶ καλεπατήθησαν. Καὶ αὖθις· Πάντων ἠλόγουν. Τυτέσι, Καλεφρόνουν.] Verbum ἠλογήθησαν an recte interpretatus ſit Suidas, ipſe viderit; ſed in exemplo ſubjecto, quod Polybii eſſe ſuſpicor, res neutiquam ſana eſt. Quale enim illud, ἠλογήθησαν εἰς τὴν εἴσοδον? *contempti fuerunt in ipſo ingreſſu.* Quæ miror viris doctis placere potuiſſe. Tu noli dubitare, quin nos veram lectionem invenerimus: Οἱ δὲ ΗΛΟΗΘΗΣΑΝ εἰς τὴν εἴσοδον καὶ καλεπαλήθησαν. *In ipſo ingreſſu protriti conculcatique ſunt.* Polybium ſponſorem dabo, ſi non ipſo loco, quem laudavit Suidas, at gemino tamen. Eſt autem lib. x. p. 816. Καὶ πολλοὶ μὲν αὐτῶν ἐν τῷ τῆς μάχης καιρῷ διεφθάρησαν, καὶ κατὰ τὴν ἀποχώρησιν· οἱ δὲ πλείους ἐν τῷ παραπίπλειν ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΥΛΗΝ ὑπ' αὐτῶν ΗΛΟΗΘΗΣΑΝ. Græca leviter laborant. Scribendum, ΥΦ' ΑΥΤΩΝ.† Atque

* Demetrius Phalereus de Elocut. §. 247. Ὁ βίος βραχὺς, ἡ τέχνη μακρὰ, ὁ καιρὸς ὀξὺς, ἡ πεῖρα ΣΦΑΛΕΡΑ. Suidas in v. Ἄδαμ p. 46. Ἐντεῦθεν ἡ Χαλδαίων ἀστρονομία ἡ ΣΦΑΛΕΡΑ τε καὶ πολυώδυνος.

† Polybius lib. xiv. p. 948. Καὶ πολλοὶ μὲν ΥΦ' ΑΥΤΩΝ περὶ τὰς τῆ χάρακος ἐξόδους συνεπατήθησαν.

ita

ita vertendum: *Et multi quidem eorum in ipso discrimine perierunt, aut in fuga; plures tamen irruentes in portam a se ipsi protriti conculcatique sunt.* Sed quid hæc, inquies, πρὸς τὸν Διόνυσον? Neque enim vox primaria ἠλογήθησαν hic utique comparet. Equidem persuasus sum binos articulos Librarii alicujus vel incuria vel insciti hic coaluisse: id quod sæpius accidit, et nostro imprimis Lexicographo. Quare totum locum, qui nonnihil mutilus est, ita disponendum et instaurandum esse contendo:

ΗΛΟΓΗΘΗΣΑΝ. Ἠμελήθησαν. Καὶ ἐφρονήθησαν. Καὶ αὖθις· Πάντων ἠλόγησν. Τετέσι, κατεφρόνησν.

ΗΛΟΗΘΗΣΑΝ. Οἱ δὲ ἠλοήθησαν εἰς τὴν εἴσοδον καὶ καὶ ἐπαλήθησαν. Imo, dum hæc scribo, ipsum locum reperisse videor, ad quem respexit Suidas, et quem proculdubio adscripserat, sed qui hodie cum multis aliis desideratur. Est autem apud Polybium in Excerpt. Legat. p. 1250. Νῦν δὲ καλῶς ποιῶν, οὐκ ἦλθε ταύτην τὴν ὁδὸν, δι' ἧς ἢ κραλήσας τῶν ὅλων, ἐξουσίαν ὑπερήφανον ἔσχεν, ἢ σφαλεὶς πολλὰς ἂν ἐποίησε τῆς αὐτῆς τύχης πείραν αὑτῷ λαβεῖν· ἀλλὰ τὴν εὐλάβειαν, δι' ἧς ὀλίγοι τελέως ΗΛΟΓΗΘΗΣΑΝ τῶν Ἑλλήνων ὑπὸ τὸν τῆς πράξεως καιρόν.*

* Vide Reisk. ad locum, qui pro ἠλογήθησαν legit ΗΛΕΓΧΘΗΣΑΝ. Confer Cl. Ernestum ad v. 88. Callimach. Hymn. in Delum.

PARS II. Quæ ita vertit Caſaubonus: *Nunc recte fecit Perſeus, qui hanc non ingreſſus ſit viam, per quam aut plena victoria parta, dominationem ſuperbam erat obtenturus; aut ſi vinceretur, in ejuſdem perniciei ſocietatem multos ſecum attracturus: Sed contrariam potius viam inſtitit; unde factum eſt, ut pauci omnino Græci, per occaſionem ejus belli, quod ipſe geſſit, in fraudem inciderint.* In hoc ſenſu verbum occurrit 2 Maccab. xii. 24. Αὐτὸς δὲ ὁ Τιμόθεος ἐμπεσὼν τοῖς περὶ τὸν Δωσίθεον καὶ Σωσίπατρον, ἠξίου μετὰ πολλῆς γοητείας ἐξαφεῖναι καὶ σῶον αὐτόν· διὰ τὸ πλειόνων μὲν γονεῖς, ὧν δὲ ἀδελφὰς ἔχειν, καὶ τούτους ΑΛΟΓΗΘΗΝΑΙ συμβήσεσθαι, εἰ ἀποθάνοι.*

ΗΛΥΣΙΟΝ.——Πολέμων δὲ Ἀθηναίους φησί το καλασκηφθὲν χωρίον καλεῖν.] "Sic locum hunc ex "ingenio emendavi. In prioribus enim Editt. "et MSS. Par. itemque in Heſychio et Lexico "Photii MS. mendoſe et nullo ſenſu legitur, "καλασκαφέν: quod Portus verterat, *locum ef-* "*foſſum.* Nihil autem certius eſt, quam ſcri- "bendum hic eſſe, καλασκηφθὲν, i. e. *fulmine* "*tactum*, a κατασκήπτομαι quod *fulmine feriri* "ſignificat." *Kuſter.* Recte vidit vir doctiſſimus nullum locum hic eſſe τῷ, κατασκαφέν. Sed

* Laërtius in Thalete, p. 21. Οἱ δ' ἐπειδὴ ἀμπρισευόμενοι ΗΛΟΓΟΥΝΤΟ, πρὸς τὴς Κώους πολεμεῖσι.

veram

veram lectionem non vidit tamen. Scribendum, καλασκηφέν. Ut a σκάπτομαι, σκαφὲν, ſic a σκήπτομαι formatur σκηφέν. Quæ certiſſima emendatio. PARS II.

ΗΜΙΔΑΗΣ. Ἡμίκαυλος. Ἡμιδὴς δὲ τοῖχος, ὁ τῷ ἡμίσεως αὐτῷ ἔνδειαν ἔχων. Ἐν Ἐπιγράμματι· Ἡμιδεὲς πέμψαι, χῶς γὰρ ἔνεισι δύο.] Aliud eſt ἡμιδαὴς, aliud ἡμιδεής. Quod et recte notavit Suidas. Librarii autem non raro pro more confundunt. Eſt autem Pentameter ille, quem ſubjecit noſter, pars Epigrammatis, quod ex Anthologia inedita non ita pridem nobis dedit vir doctiſſimus in Miſcell. Lipſ. Nov. vol. ix. p. 321. Carmen integrum, quod elegans et perſpicuum eſt, hic apponere lubet.

Τέσσαρες οἱ πίνοντες· Ἐρωμένη ἔρχεθ' ἑκάστῳ·
Ὀκτὼ γινομένοις ἓν χίον ὄχ ἱκανόν.
Παιδάριον βαδίσας πρὸς Ἀρίστιον εἶπε, τὸ πρῶτον
Ἡμιδεὲς πέμψαι, χῶς γὰρ ἔνεισι δύο
Ἀσφαλέως· οἶμαι δ' ὅτι χ' πλέον· ἀλλὰ τρόχαζε.
Ὥρας γὰρ πέμπτης πάντες ἀθροιζόμεθα.

ΗΜΩΝ. Ἐθέριζον.—Ἦμων δὲ, ἦγεν ἐμέτῳ καλείχουλο.] Xenoph. Exped. Cyri lib. iv. 8. 16. p. 342. Τὰ δὲ σμήνη πολλὰ ἦν αὐτόθι, κ' τῶν κηρίων ὅσοι ἔφαγον τῶν στρατιωτῶν, πάντες ἄφρονές τε ἐγίγνοντο κ' ΗΜΟΥΝ. *Alvearia autem multa illic erant, et de favis quotquot ex militibus comedebant, om-*

PARS II. *nes et amentes fiebant, et vomebant.* Ad hunc locum proculdubio respexit Suidas.

ΗΙΩΡΟΥΝ. Ἐβάσασον. Ἀνεῖχον.—Τὴν δὲ κλίνην ταῶνες τέσσαρες χρυσοῖ ἠώρων.] Hæc sunt verba Menandri in Excerptis Hœschelii, pag. 128.

ΗΩΣ —— ἐπὶ δὲ ὅλης τῆς ἡμέρας.—Ἡδὲ δέ μοι νῦν ἠὼς ἐνδεκάτη.] Scribe,

——Ἡδὲ δέ μοι νῦν
Ἠὼς ἐνδεκάτη ——

Ita enim legitur apud Homer. Il. Φ. 155. Confer Hesych. in v. Etymol. Mag. et Schol. ad Homer. Odyss. B. 1. Quæ vero sequuntur apud Suidam, Λέγεται δὲ ἡμέρα κοινῶς, ἠώς· Ἰωνικῶς, ἕως· minime quidem vera sunt. Nam ἕως Atticorum est. Aristoph. Eccles. ver. 85.

Ἡμᾶς βαδίζειν ἐξ ΕΩ γενήσεται.

Eurip. Ion. ver. 1158.

Porson IV. 450. ΕΩΣ διώκω' ἄστρα ——

Idem in Hippolyto, ver. 455.

Ἡ καλλιφεγγὴς Κέφαλον εἰς θεὸς ΕΩΣ.

Atque hinc obiter corrigendus notus ille versiculus Euripidis in Hippol. ver. 78.

Αἰδὼς δὲ πολαμίαισι κηπεύει δρόσοις.

Ad

Ad quem locum audiamus doctiſſimum Heathium: "Marklando prorſus aſſentior pro "Αἰδὼς conjicienti Ἠώς. At hoc jam antea "conjecerat Iſ. Voſſius ad Catullum p. 116. "niſi quod hic potius Αἰὼς Æolice reſcribi juſ"ſerat." Hoc falſum. Æoles enim Αὐὼς non Αἰὼς dicunt.* Deinde nec Ἠὼς, nec Αὐὼς locum hic habere poteſt. Utrumque enim a Scena Attica alienum. Hoc enim Æolum, ut dixi, illud Ionum eſt. Scribendum utique,

ΕΩΣ δ' ὠλαμίαισι κηπεύει δρόσοις.

Quod unice verum eſt. Αι et ε in libris ſcriptis paſſim confunduntur. Rectiſſime Etymol. Mag.: Ἀτ]ικοὶ μὲν ΕΩΣ λέγουσιν —— Αἰολικῶς δὲ ΑΥΩΣ——ΗΩΣ δὲ ὑπὸ Ἰώνων. Atque ad hanc normam locus Suidæ refingendus eſt.

ΗΠΑΑΥΝΘΗΣΑΝ.] Vocem hanc notaſſe contentus Suidas, interpretamentum nullum adjecit: id quod in hac farragine, neſcio quomodo, ſæpius accidit. Occurrit non ſemel hoc verbum apud Xenophontem. Occurrit etiam

---

* Pindar. Pyth. ii. p. 205.

ἀλλά νιν ὕβρις ἐς ΑΥΑΤΑΝ ὑπερέφανον
ὦρσε. ——

Ubi Schol. Εἰς ἄτην τὴ βλάβην. Αἰολικῶς δέ το αὐάταν προσήγαγεν. Ἐκεῖνοι γὰρ ἐὰν ὦσι δύο φωνήεντα μεταξὺ, ἐντιθέασι τὸ ὑ· ὡς ἐπὶ τοῦ, ἀὴρ, αὔηρ· τὴ ἄως, αὔως.

apud

PARS II. apud LXX. Pſalm. liv. 22. ΗΠΑΛΥΝΘΗΣΑΝ οἱ λόγοι αὐτῦ ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες. Atque huc Suidas referendus eſt.

ΗΠΗΝΗΜΕΝΩΝ. Ἐπαίνε τυχόντων. Ὁ δὲ ἐκέλευε ϖαρὰ τῷ ἠπῃνημένῳ ϖλείονα μισθὸν νομίζειν.] "Fragmentum hoc obſcurum eſt, in quo, ſi "divinare licet, pro ϖαρὰ τῷ ἠπῃνημένῳ legen- "dum puto, ϖαρὰ τῦ ἠπῃνημένε." *Kuſter.* Vera lectio in proclivi eſt, quam miror virum doctiſſimum non vidiſſe. Scribendum, ϖαρὰ ΤΩΝ ΗΠΗΝΗΜΕΝΩΝ, *a viris laudatis.* Quod vel ipſe Suidas abunde confirmat.

ΗΡΕΤΙΣΑΜΗΝ. *

ΗΡΕΙΚΟΝ. Ἔλαχιζον. Ἥρεικον χθόνα δίαν.] Heſiod. Scut. Hercul. ver. 287.

——— οἱ δ' ἀροτῆρες
Ἥρεικον χθόνα δῖαν ———

Hinc Suidas notulam ſuam decerpſit.

Porſon. IV. 250.

ΗΣΑΝ. Ἤιδεισαν. Ἐγίγνωσκον.—Οὐδ' ἀφιγμένον τὸ ϖάμπαν ἦσαν.] Ad hunc locum ne verbum quidem Cl. Kuſterus. Atqui ex inſignio-

* ΗΡΕΤΙΣΑΜΗΝ. Αἰτιατικῇ· Εἰλόμην. Ἐξελιξάμην.] Occurrit hoc verbum in illo caſu apud LXX. Pſalm. cxix. 173. Γενέσθω ἡ χείρ σε τῦ σῶσαί με, ὅτι τὰς ἐντολάς σε ἡρετισάμην. Huc reſpexit Suidas.

ribus

ribus est. Egregiam lucem atque opem præ- PARS II.
stat Etymologus M. Ἧισμεν—Εὐριπίδης Ῥήσῳ— ὐδ' ἀφιγμένον τὸ πάμπαν ἦσαν. Ἀντὶ τοῦ, ἠδέισαν. Ita legendus iste locus. Est autem ex Euripid. Rhes. ver. 854. Quod et vidit doctissimus Pierſonus. Sed veram poëtæ manum nemo vidit. Reſcribo certissime:

Τίς δ' ἂν χαμεύνας πολεμίων κατ' εὐφρόνην
ΡΗΣΟΝ μολὼν ἐξεῦρεν, εἰ μή τις θεῶν
Ἔφραζε τοῖς κλανοῦσ'; ΟΝ ὐδ' ἀφιγμένον
Τὸ πάμπαν ΗΙΣΑΝ ——

Quis vero hoſtium cubilia noctu profectus
Rheſum inveniſſet, niſi deorum aliquis
Interfectoribus indicaſſet, quem quidem
Nec huc adveniſſe noverant.——

Optime accedit Dio Chryſoſt. Orat. 55. p. 561. Καὶ γὰρ τὺς ἵππυς ἐμήνευσε τὺς Θρᾳκικὺς, ϗ ΤΟΝ ΡΗΣΟΝ ΟΝ ὐδεὶς ἤδη ἀφιγμένον.

ΗΣΘΕΙΗ. Χρήσεται.

Ταύτην μὲν ἄν τις εὐθὺς ἠθέη λαβὼν
Τὴν κύλικα ——

φησὶν ἐπεὶ μεγάλη ἦν, ϗ πλέα.] Locus male diſtinctus est, atque ita refingendus:

Ταύτην μὲν ἄν τις εὐθὺς ἠθέη λαβών.

Τὴν κύλικα φησὶν, ἐπεὶ μέγαλη ἦν καὶ πλέα. Ita enim legitur iste trimeter apud Ariſtoph. in Lyſiſt.

PARS II.

Lysist. ver. 201. Τὴν κύλικα autem, et quæ sequuntur, sunt verba Suidæ, vel saltem Scholiastæ, quem exscripsit Suidas.* Sed locus Comici insigniter deformatus est, quem proinde nequeo quin adscribam, ut concinnior tandem incedat.

Φερέτω κύλικά τις ἔνδοθεν ϗ ϛαμνίον,
Ὦ φίλταται γυναῖκες, κεραμέων ὅσος.
Ταύτην μὲν ἄν τις εὐθὺς ἡσθείη λαβών.

In versiculo secundo quartam sedem injuste admodum occupat dactylus. Deinde illud vide, κεραμέων ὅσος. MS. Voss. κεραμέων ὄχλος. Ex utraque mala nascitur vera lectio. Repono:

Tyrwhitt. IV. 420.

Ὦ φίλταται γυναῖκες, ΟΧΛΟΣ ΚΕΡΑΜΩΝ ΟΣΟΣ.

Jubet mulier facetissima amphoram cum calice afferri. Quibus allatis, bene amplis scilicet, et compluribus, ut videtur, ludi jocique gratia, factum est, ut præ gaudio exclamaret, ὄχλος κεραμῶν ὅσος. *Quanta vis fictilium!* Deinde, arrepta calice, pergit,

Ταύτην μὲν ἄν τις εὐθὺς ἡσθείη λαβών.

Hic sensus loci est. Recte autem dicitur ὄχλος

* Vide Suidam ad v. Πλέα.

κεραμῶν

κεραμῶν ὄσος. Sic mulier apud Theocritum in Syracuſis ver. 44. PARS II.

Ὦ θεοὶ, ΟΣΣΟΣ ΟΧΛΟΣ———

Lucian. in Amor. p. 440. Πυξίδων ΟΧΛΟΝ.* Nihil verius hac emendatione. Librarii vero, homines imperitiſſimi, cum modulum τῦ, ὄχλος, neſcirent, et ſenſum et ſenarium peſſundederunt. Idem autem κεράμεος et κεραμῆς, ut χρύσεος et χρυσῆς, ἀργύρεος et ἀργυρῆς, et ſimilia.† Solebant autem veteres, ut plurimum, ἐκ κεραμέων ſive κεραμῶν bibere. Theopompus in inſigni loco apud Athenæum lib. vi. p. 230. Θεόπομπος δὲ ὁ Χῖος ἐν ταῖς πρὸς Ἀλέξανδρον συμβολαῖς περὶ Θεοκρίτυ τῦ πολίτυ (lege, συμπολίτυ· uterque enim ex Chio) τὸν λόγον ποιέμενος φησίν. Ἐξ ἀργυρωμάτων δὲ κ᾽ χρυσῶν πίνει, καὶ τοῖς σκεύεσι χρῆται τοῖς ὀπὶ τῆς τραπέζης ἑτέροις τοιῦτοις. Ὁ πρότερον ἐκ ὅπως ἐξ ἀργυρωμάτων οὐκ ἔχων πίνειν ἀλλ᾽ ἀδὲ χαλκῶν, ἀλλ᾽ ΕΚ ΚΕΡΑΜΕΩΝ, κ᾽ τῦτο (leg. ΤΟΥΤΩΝ) ἐνίο[τε κολοβῶν.

ΗΤΡΙΑΙΑ, ΚΑΙ ΗΤΡΑΙΟΝ, ΚΑΙ ΗΤΡΙΟΝ. Ἐνδυμα ὑμενῶδες.—Ἠτρίον δὲ τὸ ἄτρω[τον.] "De hoc loco

* Synonyma fere videntur Πυξίδες, et Κύλικες, et Ἀγγεῖα κεράμια. Vide Heſychium ad v. Κυλιχνίδες.

† Conſt. Porphyr. de Leone Armenio lib. 15. Ἐκρίματο ἐξ ὧν ὥσπερ τι ΚΕΡΑΜΟΥΝ ἀγγεῖον.

" amplius

PARS II. " amplius cogitandum cenſeo." *Kuſter.* Diſtinguit Suidas, ut ſolet, inter ἤτριον et ἰτρίον. Sic ſupra: Διμίτριος. Ὁ ἔχων δύο μίτρας.—Δημήτριος δὲ, ὄνομα κύριον· ad quem locum nonnulla adnotavimus. Quare lego, idque, opinor, tutiſſime: ITPION ΔΕ TON APTON. Eſt enim ἴτριον placentæ ſive ἄρτος genus: de quo Athenæus, Heſychius, Harpocratio, alii. Dionyſius Halicarn. Antiq. Rom. lib. i. cap. 55. ITPIA καρπῶ πεποιημένα πυρίνα. *Wheaten cakes.* Sophocles in Iride apud Athenæum lib. xiv. p. 646.

Ἐγὼ δὲ πεινῶσ' αὖ πρὸς ITPIA βλέπω.

I.

ΙΑΚΩΒΟΣ. Ἡσυχίᾳ υἱὸς ἰαῖρε, ὁ ἐπικληθεὶς ψύχριος, ἐκ τῆ ἐξάρχῳ Δαμασκηνῆ.] " Sic " MS. Priores vero Editt. habent εἰς τὸ ἐξ- " άρχῳ. Videtur autem ἐκ τῆ ἐξάρχῳ hic dictum " eſſe pro ἀπὸ ἐξάρχων, i. e. *Expræfectus.* Vel " legendum eſt, ἐκ τῆς ἐξαρχίας Δαμασκηνῆ. *Ex* " *provincia Damaſcena.*" *Kuſter.* Nugæ. Legendum, ἐκ τῆ ΕΞΑΡΧΗΣ Δαμασκηνός. *Ex Damaſco ab origine oriundus.* Suidas infra de eodem: Ἀπὸ Δαμασκῆ ἦλκε τὸ γένος. Procopius in Perſicis lib. ii. Ἐλέγετο δὲ καὶ Ῥωμαίους γένος τὸ ΕΞΑΡΧΗΣ εἶναι. Strabo lib. xiv. p. 960. Πυθό-

Πυρσωρος ἀνὴρ Νυσαεὺς ΤΟ ΕΞΑΡΧΗΣ.* Idem eſt τὸ ἐξαρχῆς et ἐκ τοῦ ἐξαρχῆς. Quæ locutio Librariis fraudi fuit. De cognomine autem hujus Jacobi, viris doctis parum convenit. Aliis enim ψυχόχρισος, aliis ψύχρισος audiebat. Quam et veram eſſe lectionem Cl. Kuſtero patet ex Joanne Malela. Atqui Malela non ψύχρισον, ſed ψύχισρον vocat. Quod, etſi non verum, vero tamen proximum eſt. Nullus enim dubito, quin verum Jacobi cognomen fuerit ΨΥΧΡΙΣΤΡΟΣ. *Pſychriſter.* Frigidus Iſter omnibus notus. Ita autem dicebatur noſter Jacobus, quod in ſanandis morbis frigidis balneis plerumque utebatur: id quod collegiſſe videor ex Damaſcio in Excerptis apud Photium pag. 1051. Ἐχρῶντο καὶ τῷ νόσων ἔτοι καθαρσίοις πολλοῖς καὶ ΒΑΛΑΝΕΙΟΙΣ. *Utebantur pater et filius adverſus morbos purgationibus multis et balneis.* Erat autem Jacobus artis medicæ peritiſsimus, et Leoni imperatori imprimis charus: quod ex Damaſcio et Malela conſtat. Eum quoque laudat, et medicis celeberrimis adnumerat Scriptor neſcio quis in Bibl. Coiſlin. p. 598.†

ΙΑΚΧΟΣ——Ἕρμιππος ἐν Μοίραις·

---

* Suidas v. Σιμμίας—Ἦν δὲ ΤΟ ΕΞΑΡΧΗΣ Σάμιος.

† Vide Suidam ad v. Σωφανὲς. Confer etiam Euſebium in Epitom. Χρονῶν p. 291. Edit. Amſtel. 1658.

Μείζων

PARS II.

Μείζων γὰρ ἦν. Νῦν δ' ἔστι, ϗ δοκεῖ δέ μοι
Ἐάν τις ἐπιδιδῷ τῆς ἡμέρας, ὅτι
Μείζων ἔτ' ἔσαι Διαγόρᾳ τῷ Τερθρέως.

Major enim erat. Nunc vero eſt, ut videtur mihi,
Si quis quotidie aliquid addat,
Major futurus Diagora Terthrei filio.]

Plurima hic peccari video cum in Græcis tum in Latinis. Primus enim verſiculus a diſtinctione laborat, ſecundus a metro: uterque autem corruptus eſt, et ſenſu caſſus. Quin et vereor ne pater hujus Diagoræ nomen ſuum amiſerit. Opportune Suidas: Τερθεύς. Ὄνομα κύριον. Reponendum utique et diſtinguendum:

Μείζων γὰρ ἢ νῦν ἐστι, ϗ δοκεῖ δέ μοι
Ἐάν τις ἐπιδιδῷ ΚΑΘ' ΗΜΕΡΑΝ, ὅτι
Μείζων ἔτ' ἔσαι Διαγόρᾳ τῷ Τερθέως.

Major enim erit quam nunc eſt, et ut mihi quidem videtur,
Si quis quotidie aliquid in cibum conferat,
Major erit Diagora Terthei filio.

Conſtructio hic paulò exquiſitior eſt. Nam verbum ἔσαι, ut vides, ad utramque partem ſententiæ referendum eſt. Scripſimus autem, καθ' ἡμέραν. *Quotidie.* Ita enim Græci, non τῆς ἡμέρας. Quod et metrum et ſententia reſpuit. Ἐπιδιδόναι καθ' ἡμέραν, eſt Hermippo: *Quotidie aliquid*

aliquid in cibum conferre. Quomodo intelligendus Heſiodus Op. ver. 396. PARS II.

——— Ἐγὼ δέ τοι οὐκ ΕΠΙΔΩΣΩ.

Hinc Jupiter Ἐπιδώτης dictus: de quo Pauſanias in Arcadicis. Quare ſenſus hujus loci eſt: Eum brevi fore majorem Diagora, ſi alimentum non defuerit. Quod Comicum plane eſt. Dicitur etiam Ἐπιδιδόναι καθ' ἡμέραν, *indies atque paulatim adaugeſcere et incrementum capere.* Quo ſenſu uſurpatur a Thucydide vi. 60. Καὶ οὐκ ΑΝΑΠΑΥΛΑ ἐφαίνετο, ἀλλὰ ΚΑΘ' ΗΜΕΡΑΝ ΕΠΕΔΙΔΟΣΑΝ. Ita legendum: quod et firmat Scholiaſtes. Vulgo ἐν παύλῃ ἐφαίνετο. Verbum Ἐπιδιδόναι in utroque ſenſu ſatis feſtive uſurpat Athenæus lib. iv. p. 168. Ἐπιδόσεων δέ τινων γινομένων παρελθὼν καὶ αὐτὸς (Φῶκος) εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἔφη, ΕΠΙΔΙΔΩΜΙ κἀγώ· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ὁμοθυμαδὸν ἀνεβόησαν, Εἰς ἀκολασίαν. De quo conſulendus ὁ πάνυ Caſaubonus ad Characteres Theophraſti.*

ΙΔΙΟΞΕΝΙΑ. Δεδιὼς μὴ διὰ τὴν ἰδιοξενίαν, ἣν ἔχει πρὸς τὸν Ἀρχίδαμον.] "Senſus hujus loci "eſt omnino imperfectus; quem ſupplere ne- "queo, quoniam auctorem ex quo hæc de-

* De illo dicto apud Athenæum conſulendus etiam omnino Claud. Salmaſius de Uſuris cap. iii. p. 55. Edit. Batav. 1638.

PARS II.

" prompta ſunt, ignoro." *Kuſter.* Depromptus eſt hic locus ex ſcriptore aliquo, qui hodie non exſtat. Senſus autem ejus ſatis manifeſtus eſt. De Pericle enim et Archidamo Lacedæmonio hic agitur, inter quos ἰδιοξενία ſive privatum hoſpitium intercedebat: quod veritus eſt Pericles, ne fraudi ſibi eſſet. Rem omnem narrat Thucydides ii. 13. et poſt eum Plutarchus in Pericle. Vide et Trogi epitomatorem lib. iii. cap. 7. qui hiſtoriam hanc perſecutus eſt.

ΙΕΙΣ. Ἀφιεὶς. Πάσας δ' ὑμῖν φωνὰς ἰεὶς. Ἀριστοφάνης.] Locus Ariſtophanis, quem reſpexit Suidas, eſt in Equit. ver. 519.

Πάσας δ' ὑμῖν φωνὰς ἰεὶς, κ᾽ ψάλλων κ᾽ παφρυγίζων.

Huc adluſit Dio Chryſoſt. Orat. de Homero pag. 554. Ὡς ΕΙΚΟΝΑ ὄντα παντὸς χρήματος, κ᾽ ΠΑΣΑΣ ἀτεχνῶς ΑΦΙΕΝΤΑ ΦΩΝΑΣ ποταμῶν τε, κ᾽ ἀνέμων, κ᾽ κυμάτων.* Ita ſcribendus iſte locus. Vulgo, ὡς ἱκανὸν ὄντα. Eleganter autem Dio Homerum vocat εἰκόνα παντὸς χρήματος. *Uniuſcujuſque rei expreſſam imaginem.*† Noſti illud Horatii:

Ut pictura poeſis ———

* Polybius p. 940. Κατ' ἐλάχιστον ΠΑΣΑΝ ἠνάγκαζε ΦΩΝΗΝ ΠΡΟΙΕΣΘΑΙ τὸν διεζόμενον. Contra, ΠΑΣΑΝ ΦΩΝΗΝ ΑΚΟΥΕΙΝ apud eundem p. 1392.

† Polybius lib. xv. p. 999. Πρῶτος δὲ τὴν ΕΙΚΟΝΑ τῷ προειρημένῳ φέρειν ἐτόλμησεν ἐν τῷ δακτυλίῳ.

IH.——

ΙΗ.——Ὡς ἐφυμνίῳ δὲ κέχρηται Εὐριπίδης τῷ, Ἰήκοπον ἐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν.] "Locum iſtum "Euripidis diu fruſtra quæſivi, nec invenire "potui: quare lampada hic aliis trado." *Kuſter.* Decerptus eſt hic locus ex Ariſtoph. Ranis ver. 1307. ubi conſulendus Scholiaſtes, quem exſcripſit Suidas. PARS II.

ΙΘΕΙΑ. Εὐθεῖα. Ὀρθή.

——Οὐ γὰρ ἀφαυρῶς
Ἐκ Διὸς ἰθείης οἶδε τάλαντα δίκης].

Leguntur etiam hæc ſupra v. Ἀφαυρωτέροις. Deprompta autem ſunt ex Epigrammate Diotimi in Anthologia Cl. Reiſkii p. 51. quod hic emendatum ſubjiciam. Nam plurima hic video perperam adminiſtrata.

Φωσφόρος, ὦ σώτειρ', ὅτι Παλλάδος ἴσαθι ΚΛΗΡΩι
Ἄρτεμι, χ' χαρίεν φῶς ἐὸν ἀνδρὶ δίδε,
Αὐτῷ, χ' γενεῇ τε ΠΟΤ' εὔμαρες, ἐ γὰρ ἀφαυρῶς
Ἐκ Διὸς ἰθείης οἶδε τάλαντα δίκης.
Ἄλσος δ', Ἄρτεμι, τοῦτο ΚΑΙ ΑΝ χαρίτεσσι θεώσαις
Εἴη ἐπ' ἀνθεμίδων σύμβολα κἄφα βαλεῖν.*

Tyrwhitt. IV. 420.

* Pro σύμβολα fortaſſe legendum eſt σάμβαλα. Vide Suidam, Heſych. et Phot. MS. Lex. ad v. Sed Gratiæ nudæ. Confer D'Orvill. Sicula p. 196. Sapph. apud Hephæſt. p. 23. et præcipue Polluc. v. 12.

PARS II. In primo hexametro Suidas et MS. κλήρων. unde recte, opinor, dedimus, Παλλάδος κλήρῳ. Pallas est nomen viri. Attica autem Palladis sive Minervæ κλῆρος· hinc argutiam captat Epigrammatista. Deinde male MS. ϖόρ' εὔμαρες. Nos recte scripsimus, αὐτῷ κ᾽ γενεῇ τε ϖοτ' εὔμαρες· *quod sibi et filiis aliquando commodo futurum sit.* Cl. Editor nihil hic vidit. Quin et versu penultimo legendum, κ᾽ ἂν χαρίτεσσι θεύσαις. i. e. καὶ χαρίτεσσι ἀναθεύσαις. Quomodo recte exhibet MS. Lipsi. Cl. Editor dedit κα]ὰ χαρίτεσσι θεύσαις. Sed lectio MSti verissima est. Aliud enim est καταθέειν, aliud ἀναθέειν· quod minus animadvertit vir doctissimus. Vide etiam nostrum v. Ἀνθεμίδων. Κλῆρος. Σωλήρ.

ΙΘΜΑΤΑ. Ἴχνη—ὁρμάς.] Hic locus nonnihil auctior legitur in libris vetustis. Τὸ δὲ σίνηπι διεκρίθη ὑπὸ τῶ λεγομένω ἰθμῶ· de quo nonnulla nos commonefecit Jacobus Gronovius Mutilat. Suid. p. 16. Locus ita legendus et supplendus videtur. ΪΘΜΑΤΑ. Ἴχνη—ὁρμάς.† ΙΘΜΟΣ. Τὸ δὲ σίνηπι διεκρίθη ὑπὸ τῶ λεγομένω ἰθμῶ. Confundit Suidas Ἠθμὸς et Ἰθμὸς· quemadmodum quoque scribit Philippus in Epigram. Anthol. lib. vi. p. 571.

ΙΘΜΟΝ τε ϖολύτρητον——

Sed

Sed vera ſcriptura eſt ἠθμόν.* Noſter ſupra: Ἠθμὸς. Διυλιστήρ. Καὶ μέν τοι καὶ διακριθὲν πρότερον ὑπὸ τῦ λεγομένυ ἠθμῦ. Vides eandem ῥῆσιν, eadem fere verba. Eſt autem decerptum hoc ἀποσπασμάτιον, ne quid neſcias, ex Artemidoro lib. v. p. 254. Idem quoque mendum Strabonem devenuſtat lib. iii. p. 101. Τὴν δὲ γῆν σκαλίσι τὰς γυναῖκας διαμώσας πλύνειν ἐν ΙΣΘΗΤΗΡΙΟΙΣ πλεκτοῖς ἀπὶ τὴν πίσην. Jampridem monuit Caſaubonus legendum, ΗΘΗΤΗΡΙΟΙΣ πλεκ[τ]οῖς ἐπὶ ΚΙΣΤΗι. Sed virum incomparabilem ſenſus loci fefellit. Πλεκ[τ]οῖς ἐπὶ τὴν κίσην, eſt, *textis in modum ciſtæ.*† Κίση eſt *vas textile.* Heſych. Κίση, ἀγγεῖον πλεκτόν. Idem: Ὀγκίον, πλέγμα ΚΙΣΤΟΕΙΔΕΣ. Atque hæc mens et manus Geographi. ‡

---

* Athenæus lib. i. 19. p. 24. Αἱ γὰρ ἰμβάσεις, περικεχυμένυ πανταχόθεν τοῖς πόροις τῦ ὕδατος, φράτ[τ]ουσι τὴν τῶν ἰδρώτων ἔκκρισιν, καθάπερ ἄν εἴτις ΗΘΜΟΣ εἰς ὕδωρ βληθείη. Hic locus citatur Suida v. Καλαιονῆσι.

† Callimachus in Epigram. cv. p. 477. Edit. Erneſt.

——— ἀλλ' ΕΠΙ ΤΕΘΜΟΝ

ΔΗΝΑΙΟΝ. ———

More antiquo. Julianus in Cæſar. p. 11. Edit. Pariſ. 1630. Εἶτα ἀποβλέψας ἐκεῖνος (Σειληνὸς) πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα· ἔτος, εἶπεν, ΕΠΙ ΣΕ παρασκευάζ[τ]ει. *Ad tui imitationem.* Plutarchus quidem in Lyſand. ſub init. Λυσάνδρῳ δέ ἐστιν εἰκονικὸς (ἀνδρίας,) εὖ μάλα κομῶντος ΕΠΙ ΤΩ ΠΑΛΑΙΩ, κῇ πώγωνα καθειμένυ γενναῖον. *More antiquorum.* Hic tamen legitur, ΕΘΕΙ τῷ π.

‡ Suidas ad v. Μωϋσῆς. Τῦ Μωσέως γεννηθέντος, οἱ τεκόντες δεδόκτις τὸν Αἰγυπ[τ]ίων, μηχανῶν[τ]αι ΠΛΕΓΜΑ βύβλινον, ΕΜΦΕΡΕΣ ΤΗ

PARS II.

ΙΛΛΟΣ. Ὄνομα κύριον, ὃς ἦν μάγιστρος Ζήνωνος. —Ἰλλᾶσον. Εὑρὼν δὲ Ἰλλᾶσον φθορέα ἐκρέμασεν ἐπὶ διδύμῳ ξύλῳ.] "Locus hic corruptiſſimus eſt, "quem optime in integrum reſtituit Valeſius "ad Evagrii Hiſt. Eccleſ. lib. i. cap. 16. ubi "monet hæc connectenda eſſe, totumque il-"lum locum ſic legendum: Ἴλλος, ὄνομα κύ-"ριον, ὃς ἦν μάγιστρος Ζήνωνος· ὁ καὶ Ἰλλᾶς. Εὑ-"ρὼν δὲ Ἰλλᾶς τὸν φθορέα ἐκρέμασεν ἐπὶ διδύμῳ ξύλῳ. "Nihil hac emendatione eſt verius." *Kuſter.* Summum artificem nactus eſt hic locus, ſed minus accuratum tamen. Idem Ἴλλος et Ἰλλᾶς. Sed Græci ſcriptores, quantum memini, poſteriorem ſcripturam conſtanter retinent, Malchus, Joannes Malela, Candidus Iſaurus, Damaſcius, Theodorus in Hiſtoria Eccleſiaſtica, alii. Nam quod noſter in v. Παμπρέπιος ſcribit Ἴλλος, id Librariis acceptum referendum eſt. Quod patet ex Suida in v. Ἐμποδών. Quare locus ita ſine dubio reformandus eſt: ΙΛΛΟΥΣ. Ὄνομα κύριον, ὃς ἦν μάγιστρος Ζήνωνος. Εὑρὼν δὲ ΙΛΛΟΥΣ τὸν φθορέα ἐκρέμασεν ἐπὶ διδύμῳ ξύλῳ.

ΙΛΛΩΠΤΕΙΝ. Ἐν Ἐπιγράμμαλι·

ΚΑΤΑΣΚΕΥΗ ΚΙΣΤΙΔΙ. Nemeſius de Natura Hominis p. 210. Edit. Oxon. 1671. Αὗται δὲ αἱ φλέβες καὶ ἀρτηρίαι γίνονται τὸ ἰλιοειδὲς καὶ κιρσοειδὲς πλέγμα, Legendum, ΚΙΣΤΟΕΙΔΕΣ ΠΛΕΓΜΑ.

Τῷ

Τῷ γλυκερὸν χ᾽ ϑῆλυ καλιλλώπλουλι Πριήπῳ.] PARS II.

Hexameter iſte eſt pars Epigrammatis quod legitur in Miſcell. Lipſ. vol. ix. p. 461. Carmen integrum adſcribam:

Ὁ κρόκος, οἵ τε μύροισιν ἔτι πνείουλες Ἀλεξὼ
Σὺν μίτραις κισσῷ κυάνεοι στέφανοι,
Τῷ γλυκερῷ χ᾽ ϑῆλυ καλιλλώπλουλι Πριήπῳ
Κεῖνται τῆς ἱερῆς ξείνια παννυχίδος.

In hoc Epigrammate Alexo, puella jocundiſſima, cui res ſcilicet ex voto ſucceſſerat, nocturni amoris exuvias Priapo, harum nequitiarum magiſtro ſimul et miniſtro, conſecravit. In altero hexametro Suidas habet γλυκερὸν, quod perinde eſt. Τὸ ϑῆλυ καλιλλώπλειν eſt *oculis obliquis et patrantibus aſpicere.* Petronio cap. 126. *Occulorum molli petulantia.* Quem locum fruſtra ſollicitarunt viri eruditi. Totum hoc negotium optime expreſſit Virgilius Ecl. iii.

Novimus et qui te, tranſverſa tuentibus hircis,
Et quo, ſed faciles Nymphæ riſere, ſacello.

Heſychius: Ἰλλώπλειν, στραβίζειν, ἀπὸ τῶν ἴλλων τῶν ὀφθαλμῶν ἐμβλέπειν. Philemo Comicus apud Clem. Alexand. Pædag. lib. iii. p. 296.

——— ἐξιὼν
Γυναικὸς ἐξόπιϑ᾽ ἐλευθέρας βλέπω

PARS II.

Μόνην θεράπαιναν κατόπιν ἀκολουθεῖν καλὴν
Ἐκ τοῦ Πλαταϊκοῦ, παρακολουθοῦντά τε τινὰ
Ταύτῃ ΚΑΤΙΛΛΩΠΤΕΙΝ ———

Ita ſcripſimus ex emendatione Bentleii et Marklandi. Notanda autem diverſa ſignificatio verborum ἐξόπισθε —— κατόπιν· quæ viros doctiſſimos fefellit.* Nimirum homo mulierem ingenuam *e longinquo* ſequebatur, puella vero famula *proxime* ſequebatur. Hæc eſt mens Philemonis: quod vel ordo verborum ſatis indicat. Quare diſtinctione locus ſublevandus eſt:

——— ἐξιὼν
Γυναικὸς ἐξόπισθ' ἐλευθέρας, βλέπω
Μόνην θεράπαιναν κατόπιν ἀκολουθεῖν καλήν.

Quod omnino verum eſt. Cæterum non erat quod dubitaret doctiſſimus Hemſterhuſius ad Pollucem de forma verbi ἰλλώπτειν.† Rem extra omnem aleam ponit Æſchylus in Eumen. ver. 113.

Ὤρουσεν ὑμῖν ΕΓΚΑΤΙΛΛΩΨΑΣ μέγα.

ΙΞΕ. ΚΑΙ ΙΞΟΝ.—Οἱ δ' ἷξον κοίλην Λακεδαίμονα.] Homer. Odyſſ. Δ. 1.

Οἱ δ' ΙΞΟΝ κοίλην Λακεδαίμονα κηλώεσσαν.

---

* Ariſtophanes in Pluto v. 1210,
Οὐκ ἔτι τοίνυν γ' εἰκὸς μέλλειν οὐδ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἀναχωρεῖν
Ἐς ΤΟΥΠΙΣΘΕΝ· δεῖ γὰρ ΚΑΤΟΠΙΝ τούτων ᾄδοντας ἕπεσθαι.

† Sed conſulendus idem ad Heſych. v. Ἰλλώπτειν, ubi verum vidit.

Vide

PARS II.

Vide et Etymol. Mag. v. Ἶξον. Hinc ἴξις, *adventus*. Hesychius: Ἴξις, παρουσία, ἄφιξις. Glossarium MS. Cl. Rhunkenii: Ἧξις——ἀντὶ τοῦ, ἄφιξις· Εὐριπίδης Τρωάσιν. Uterque respexit Eurip. Troad. ver. 396.

Καὶ τῶτ' Ἀχαιῶν ΙΞΙΣ ἐξεργάζεται.

Utra vero lectio ab Euripide profecta sit, definire non audet doctissimus Piersonus. Ego neutram veram esse affirmo. Nodus autem facile solvendus est. Audacter rescribo: *Porson. IV. 451.*

Καὶ τῶτ' Ἀχαιῶν Η ΙΞΙΣ ἐξεργάζεται.

Ἡ ἴξις Ἀχαιῶν· *The coming of the Greeks.* Hinc illæ Grammaticorum et Librariorum corruptelæ.

ΙΩΑΝΝΗΣ—Οὗτος δὲ—ΤΗΝ ΔΙΚΗΝ ὀρθῶς καὶ δικαίως τῆς ἐς ΤΗΝ ΔΙΚΗΝ ὠδανομίας ἐξέτισεν.] "Procopius habet ἐς τὴν δίαιταν, cui ta- "men lectionem Suidæ præfero." *Kuster.* *Porson. IV. 451.* Desumpsit hunc locum Suidas ex Procopio in Persicis, lib. i. p. 42. ut recte monuit Kusterus. Sed quod lectionem Suidæ præferat vir doctissimus, non possum non mirari. Nihil enim habet quo se commendet nisi verborum tintinnabulum. Rectissime Procopius, ΤΗΝ ΔΙΚΗΝ ὀρθῶς καὶ δικαίως τῆς ΕΣ ΤΗΝ ΔΙΑΙΤΑΝ ὠδανομίας ἐξέτισε. *Quare tandem male transactæ*

PARS II. *actæ vitæ juſtas meritaſque pœnas exſolvit.* Ita loqui amat Procopius. Sic mox de eodem: Τῆς μέν τοι πονηρίας αὐτῷ, καὶ τῆς ΕΣ ΤΗΝ ΔΙΑΙΤΑΝ ΠΑΡΑΝΟΜΙΑΣ ἀδὲν ἔτε ἔλωφα ἔτε ὑπέληγε. Idem Vandal. lib. i. p. 95. Ἔς τε ἀλλοτρίων γυναικῶν ἔρωτας δαιμονίως ἐπιτηδακὼς, πολλῇ ἐχρῆτο ΕΣ ΤΗΝ ΔΙΑΙΤΑΝ ΠΑΡΑΝΟΜΙΑι. Idem in Gothicis, lib. iv. p. 332. Ἄλλα τε πολλὰ ΤΗι ΕΣ ΤΗΝ ΔΙΑΙΤΑΝ ΠΑΡΑΝΟΜΙΑι ἐξαμαρτὼν, καὶ ταῖς γυναιξὶ τὸ πατρὸς οἰκήσει ἀδεμιᾷ ἐς εὐνὴν ξυνίων. Quare emendandus Suidas ex Procopio, non Procopius ex Suida.

ΙΠΠΑΦΕΣΕΩΝ. Τῆς ἀφετηρίας. Πολύβιος·— Παρακλήσιόν τι πάθος ἔφασκε τοῖς ἐπὶ τῶν ἱππαφέσεων.] Locus Polybii, ex quo hoc fragmentum depromptum eſt, hodie deſideratur. Sed mendum ineſſe video, quod facile tamen tolli poteſt. Scribendum, Παραπλήσιόν τι ΠΑΘΟΣ ΕΠΑΣΧΕ. *Idem ei accidit, quod iis accidere ſolet, qui equorum carceribus præſunt.* Ita vertendus iſte locus, quem Interpretes minus intellexerunt. Recte autem et pro more Atticorum, πάθος πάσχειν, ut νόσον νοσεῖν, φευγὴν φεύγειν, et alia complurima. Ariſtot. Hiſt. Animal. p. 318. ΠΑΣΧΟΥΣΙ δὲ τοῦτο τὸ ΠΑΘΟΣ καὶ αἱ μάλιστα καλῶς πεφυκυῖαι. Scriptor neſcio quis apud Stobæum Serm. cxix. Τὸ δὲ ΠΑΣΧΕΙΝ ΠΑΘΟΣ

οἷον

ἕιον οἱ τελεταῖς μεγάλαις κατοργιαζόμενοι.* Porro, vocem ἱππαφέσεις, quæ rarior ſane, legere eſt apud Dion. Halicarn. Antiq. Rom. lib. iii. cap. 68. Ἡ δὲ λοιπὴ τῶν ἐλατ[τ]όνων πλευρῶν αὔθριος ἀνειμένη ψαλιδωτὰς ΙΠΠΑΦΕΣΣΕΙΣ ἔχει, διὰ μιᾶς ὑπηλιγγος ἅμα πάσας ἀνοιγομένας. *Reliquum autem e minoribus latus, quod et ſubdiale eſt, habet fornicatos carceres, unde equi emittuntur, qui omnes ſimul uno repagulo aperiuntur.* Epigram. apud Pauſan. in Eliacis;

Ὅς τὴν ΙΠΠΑΦΕΣΙΝ σεῦ Ὀλυμπία εὕρα[ο] πρῶτος,
Τεῦξέ με Κλειτίας υἱὸς Ἀριστοκλέους.

ΙΠΝΙΑ. Τὰ ἀποκαθάρματα τοῦ ἱπνοῦ, τοῦ λεγομένου φέρνου. Ἢ τὰ πρὸς τὴν κάμινον ἐπιτήδεια καύσιμα. Λέγει δὲ ἔτω καὶ τὴν κόπρον τῶν ζώων Καλλίμαχος·

Σὺν δ' ἄμυδις φορύ[ό]ν τε καὶ ἵπνια λύματ' ἄειρεν.]

Hunc articulum exſcripſit Suidas ex Schol. ad Ariſtoph. Veſp. ver. 833. ut recte vidit Kuſterus. In verſu autem Callimachi aliam, et ſpecioſam quidem, lectionem exhibet noſter ſupra v. Ἄειρεν.

---

* Hinc emendandus eſt Plutarchus in C. Mario p. 531. Edit. Bryan. Οὐ μὴν ἦγε Φανία τότε πάθος γυναικὸς ἠδικημένης ΕΛΑΒΕΝ. Lege, ΕΠΑΘΕΝ. Sic idem in Cato. Minor. p. 236. Ἀποφυγὼν δὲ ὁ Μυρήνας, ὑ πονηρῷ ΠΑΘΟΣ ἐδὶ ἄφρονος ΕΠΑΘΕΝ ἀνδρὶ πρὸς τὸν Κάτωνα.

——Καὶ

Porson. IV. 451.

PARS II.

—— Καὶ ΙΠΠΙΑ λύματ' ἄειρεν.

Quod et probat doctissimus Rhunkenius in Epistola Critica. Probat et Cl. Ernestus ad Callimachum. Perperam omnino. Nimirum vox ἰπνὸς viros doctissimos fefellit. Est autem ἰπνὸς, *locus ubi stercora congeruntnr*. Pollux v. 91. Τὸν δὲ ΚΟΠΡΩΝΑ καὶ ἰπνὸν Ἀριστοφάνης καλεῖ. Hesychius: Ἰπνὸς. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Κωκάλῳ καὶ τὸν ΚΟΠΡΩΝΑ οὕτως εἶπεν. Quare per ἴπνια λύματα nihil aliud intelligit Poeta quam τὴν ΚΟΠΡΟΝ τῶν ζώων, sive *stercora animalium*, ut recte Suidas et Scholiastes. Quibuscum facit et Hesychius: Ἴπνια, τὰ καθάρματα τοῦ ἰπνοῦ. Callimachi autem locum de Hercule Augeæ stabulum purgante recte accepit Bentleius. Scholiastes ad Homer. Il. B. 629. Ὃς (Φυλεὺς) εἰς τὸ Δουλίχιον ποτὲ ἀπῳκίσθη, διὰ τὸ καταμαρτυρῆσαι τοῦ πατρὸς Αὐγείου πρὸς Ἡρακλέα περὶ τοῦ μισθοῦ, ὃν ὑπέσχετο παρέσχειν τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Αὐγείας, εἰ καθάροι αὐτοῦ τὰς ἐπαύλεις, μεστὰς οὔσας ΤΗΣ ΚΟΠΡΟΥ ΤΩΝ ΒΟΩΝ. Ἱστορία παρὰ ΚΑΛΛΙΜΑΧΩι. Ad hunc ipsum Callimachi locum proculdubio respexit Scholiastes; qui et nos docet, non *equinum*, sed *bovinum* stercus hic intelligendum. Quod telum accerrimum est.

ΙΠΝΟΣ. Τὸ μαγειρεῖον, ἢ ἡ καπνοδόκη, ἢ ὁ φανός.—Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Ὁ δὲ

Ὁ δὲ ἰπνὸς ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος.] PARS II.

Ad hunc Comici locum multa ſcripſerunt viri longe eruditiſſimi, Kuſterus, Hemſterhuſius, et utroque prior Bentleius, quorum hic, illis non improbantibus, ex auctoritate Pollucis, ἶπος, *muſcipula*, legendum putavit. Cujus tamen rationibus profligatis, eo tandem res deducta eſt, ut Cl. Miſcell. Criticorum auctor priſtinam lectionem retinendam, et per ἰπνὸν ἐλεφάντινον *laternam eburneam* hic intelligendam eſſe cenſuerit. At vero laterna eburnea res ridicula atque incommoda admodum eſt. Equidem crediderim nihil aliud hic intelligi quam *latrinam* ſive *ſellam familiarem*, ubi alvi onus deponebant veteres.* Quod ex iis quæ modo ſcripſimus quodammodo liquet. Vox ἰπνὸς enim uſurpabatur ab Ariſtophane, ad κοπρῶνα ſignificandum. Atqui κοπρὼν eſt *ſella familiaris*. Quod vel patet ex feſtiviſſimo loco Ariſtophanis in Theſmoph. ver. 490.

Ὁ δ' ἄνηρ ἐρωτᾷ, Ποῖ σὺ καταβαίνεις; ὅποι;
Στρόφος μ' ἔχει τὴν γαστέρ', ὦ νερ, κ' ὠδύνη·
Ἐς τὸν ΚΟΠΡΩΝ' ἔν ἔρχομαι ——

* Varro de Re Ruſt. "In eo quidam *ſellas familiaricas* ponunt." Ubi Joſ. Scaliger p. 198. *Sellas familiaricas*, τὰς ἀφεδρῶνας· et *ſellas* ſimpliciter. Confer Kuſter. ad Suid. v. Ἀφ' ἑδρῶν, et Heſychium v. Λάσανα.

Vir

PARS II.

Vir autem rogat, Quo descendis? Quo?
Tormina me cruciat ventris, marite, et dolor:
Quare ad latrinam eo ——

Quare satis festive dicit Carrio, Pluti adventu ita omnia domi nitidiora atque elegantiora facta, ut non modo quod ederent, sed etiam ubi cacarent elegantissime haberent.* Nihil autem facetius et κωμικώτερον quam ἰπνὸς ἐλεφάντινος· *An ivory bog-house.* Quin et illud vide quod sequitur, unde non parum subsidii nostræ interpretationi peti queat. Aristoph. Plut. ver. 818.

—— ἀποψώμεθα δ' ὀ λίθοις ἔτι,
Ἀλλὰ σκοροδίοις ὑπὸ τρυφῆς ἑκάστοτε.

Quod argumentum satis validum ex posteriori est.

ΙΠΝΟΣ. Ὁ φοῦρνος. Ἡ κάμινος. Ἢ ὁ φανός. Καταχρηστικῶς δὲ ἡ ἐσχάρα. Ἰπνεσταπιαλέου φθόϊς. Τουτέστι, πλακοῦντος.] " Verba postrema ἰπνεσταπιαλέου et quæ sequuntur, non solum corrupta " sunt, sed etiam a loco hoc alienissima, quæ " proinde non nisi litura sanari possunt. Certe " apud Scholiastam Aristophanis et Harpo-

* Sellæ elegantiores ex ebore factæ. Græci Ἐλεφάντινος θρόνος. Vide Gronovium ad Aul. Gellium iii. 18. p. 252.

" crationem

« crationem, ex quibus reliqua deſcripta ſunt, « ea non reperiuntur." *Kuſter.* Nihil vidit hic vir doctiſſimus. Jamdudum conjeceram,

PARS II.

——ἱπνίτα πιαλέᾳ φθοΐδος,

idque recte admodum, ut poſtea didici ex Epigrammate Phaniæ apud Anthologiam Cl. Reiſkii p. 59. ubi ita legitur iſte Pentameter:

Καὶ τρύφος ἱπνεύτα πιαλέᾳ φθοΐδος.

Ita exhibet Cod. MS. unde perinde eſſe ait Cl. Editor, ἱπνευτὸν an ἱπνευτᾷ legas. Sed vera lectio ſine controverſia eſt ἱπνίτα. Dores dicebant ἱπνίτα pro ἱπνίτᾳ. Ἄρτᾳ ἱπνίτᾳ meminit Athenæus lib. iii. p. 109. ubi ita ſcribendus Timocles Comicus in Pſeudoleſtis:

——καλαμαθὼν δὲ κειμένην σκάφην
Θερμῶν ΙΠΝΙΤΩΝ ἥδιον——

Quod reſtat autem hujus Epigrammatis nec vacat nec lubet deſcribere. Eſt enim Augeæ ſtabulum. Tantum addam, carminis aculeum minus percepiſſe Cl. Editorem, ubi pollicetur agricola, ſi Deos, Mercurium ſcilicet et Venerem, propitios habuerit, ſe brevi hœdo facturum. Quod in hujuſmodi rebus ſolenne eſt.

ΙΠΠΟΜΑΝΗ——εἰ δὲ ἐπὶ τᾷ λειμῶνος, τὸν ἄγαν ἀνθᾶντα καὶ ἐνυβρίζοντα τῇ χλοῇ διὰ τὸ πλῆθος. Ἢ ὁ εὐανθὴς, ἐφ' ᾧ οἱ ἵπποι μαίνονται. Σοφοκλῆς·

——Σὲ

PARS II.

——— Σὲ τὸν ἱππομανῆ
Λειμῶν' ἁπιβάντα.] Hunc locum deprompſit Suidas ex Schol. ad Sophoclis Aj. ver. 143. ut recte monuit Kuſterus. Notandum autem illud, ἐνυβρίζοντα τῇ χλοῇ. Quomodo quoque habet Scholiaſtes. Perperam omnino. Scribendum, ἐξυβρίζοντα. Græcis ἐξυβρίζειν dicitur de agro ſive arbore fructibus luxurianti. Heſychius: Καρπομανὴς, εἰς κόρον ΕΞΥΒΡΙΖΟΥΣΑ. Metaphora ab animalibus proterve laſcivientibus ſumpta eſt. Heſych. Κριὸς ἀσελγοχέρως ——— ἄμεινον δὲ τὸν ἀσελγοχέρων δέχεσθαι τὸν κυρίτλοντα, καὶ οἱονεὶ ΕΞΥΒΡΙΖΟΝΤΑ τοῖς κέρασιν.* Sophoclis autem locum,

Sic edidit Br.

——— σὲ τὸν ἱππομανῆ
Λειμῶν' ἁπιβάντα ———

minus concoxerunt viri eruditi. Atqui in hac nuce nihil duri videtur. Eleganter dicitur λειμὼν ἱππομανὴς, *pratum quod abundat equis; quod multos equos alit.* Sic πεδία ὑλομανῆντα Straboni lib. xiv. p. 1003. *campi ſylvis abun-*

adſentitur Brunck.

---

* Plutarchus in Pericle p. 344. Ὑφ' ἧς (ἐλευθερίας,) ὥσπερ ΙΠΠΟΝ, ΕΞΥΒΡΙΣΑΝΤΑ τὸν δῆμον οἱ κωμῳδοποιοὶ λέγουσι. Longus lib. iv. p. 153. Edit. Junger. Καὶ ἐπὶ τὸν παράδεισον ἐλθὼν, καὶ τὴν ἀπώλειαν τῶν ἀνθῶν ἰδὼν, αὐτὸς ἔφη παραιτήσεσθαι τὸν πατέρα, καὶ κατηγορήσειν τῶν ΙΠΠΩΝ, ὡς ἐκεῖ δεθέντες ΕΞΥΒΡΙΣΑΝ, καὶ τὰ μὲν κατέκλασαν, τὰ δὲ κατεπάτησαν, τὰ δὲ ἀνώρυξαν λύθεντες.

dantes.

dantes. Ita legendum. Heſych. ΥΛΟΜΑΝΗΣ. Ὁ ταῖς ὕλαις χαίρων. Idem: ΚΑΘΥΛΟΜΑΝΟΥΝΤΩΝ. Ὕλην ἐχόντων πολλήν. Potes etiam vertere, nam hujuſmodi vocabula non raro ἀντίφρασα ſunt, *pratum quo equi delectantur: quod equos laſcivire, atque adeo* μαίνεσθαι *præ gaudio facit.* Quo ſenſu vox uſurpatur a Theocrito Idyll. B. 48. PARS II. *Epiſt. Crit. Vol. II. p. 416.*

Ἱππομανὲς φυτόν ἐϛι παρ' Ἀρκάσι· τῷ δ' ἔπι πᾶσαι
Καὶ πῶλοι MAINONTAI ἀν' ὥρεα, καὶ θοαὶ ἵπποι.

Ubi Schol. Τοῦτο ὥσπερ ἐφερμηνευτικὸν ἐπάγει τοῦ ΙΠΠΟΜΑΝΕΣ. Οὐ δείκνυσι δὲ τίνα μανίαν λέγει μαίνεσθαι ἐπ' αὐτῷ τὰς ἵππους καὶ τὰς πώλους. Ἴσως ἔλκει αὐτὸ ταύτας ἐφ' ἑαυτὸ καὶ ΕΝΘΟΥΣΙΑΝ ΠΟΙΕΙ. Hinc Virgil. in Georgicis iii. v. 280.

——*Hippomanes vero quod nomine dicunt*
Paſtores——

Ad quem locum conſulendus Servius. Quare recte omnino Scholiaſtes: Ἱππομανῆ λειμῶνα. Εὐανθῆ, ἐφ' ὃν (lege ἐφ' ᾧ) οἱ ἵπποι μαίνονται. Quod veriſſimum eſt. Dum hæc ſcribo, ſuccurrit locus elegantiſſimus Apuleii, a viris doctiſſimis minus dextre procuratus. Eſt autem p. 2. Edit. Colv. *Ac dum is* (equus) *jentaculum ambulatorium prataque præterit ore in latus detorto pronus adlectat, duobus comitibus, qui forte* *Sic ed. Branck.*

PARS II. *paululum proceſſerant, tertium me facio.* Verba graviſſime laborant, atque ita certo certius redintegranda ſunt: *Ac dum is jentaculum ambulatorium* PER PRATA* ATQUE PER ITER *ore in latus detorto pronus adfectat, duobus comitibus, qui forte paululum præceſſerant, tertium me facio.*

ΙΣΑΝ. Ἐπορεύθησαν. Παρ' Ὁμήρῳ, ᾗ μόνον.] "Verba ᾗ μόνον ſunt ſomnium inepti cujuſdam "hominis. Nihil enim ad hunc locum fa- "ciunt: imo falſa penitus ſunt, ſi hæc ita in- "telligere velis, quaſi apud Homerum ſolum "vox ἴσαν pro ἐπορεύθησαν legatur." *Kuſter.* Recte Suidas, Ἴσαν, ἐπορεύθησαν. Quo ſenſu apud Homerum gaudet vox iſta, et præterea nullo. Hæc eſt mens Lexicographi. Quod et recte vidit vir doctiſſimus Lambertus Bos. Ita autem locutus eſt Strabo lib. i. p. 29. Οἱ δὲ ἡμέτεροι, KAI MONON, ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν. *Noſtri autem poetam, eumque ſolum, ſapientem eſſe affirmarunt.* Evagrius Hiſt. Eccleſ. lib. i. cap. 21. Καὶ κοινὴ τράπεζα παρατίθεται,——ὀπωρίοις μόνοις δεξιωμένη, ἐς τοσοῦτον χορη-

* Hinc forſan corrigendus Horatius iv. 5.

Tutus bos etenim PRATA PERAMBULAT.

Quæ Fabri conjectura. Vulgo, *rura* perambulat.

γημένοις,

γεμένοις, ὅσον ἀποζῆν, KAI MONON.* Ita legend. Vulgo, ὁπὸ ζῆν. *Menſa communis apponitur——ſolis oleribus ac leguminibus inſtructa; quæ hactenus tantum præbentur, quantum ſatis eſt ſolummodo ad vitam ſuſtentandam.*

ΙΣΙΣ, ΙΣΙΔΟΣ. Ὄνομα δαίμονος. Καὶ ἡ κλῆσις, ὦ Ἴσι. Σὺ δὲ, ὦ Ἴσι τάλαινα, μενεῖς ἐπὶ χεύματος νήσου.] "Forte legendum eſt, ἐπὶ χεύμαλι "νήσῳ, quam lectionem in verſione ſecutus "ſum. Senſum autem Scriptoris ex quo hæc "excerpta ſunt, quis ex tam mutilis et laceris "reliquiis divinare queat?" *Kuſter.* Eſt verſus Sibyllinus, cujus meminit Clemens Alex-

* Suidas v. Ξυήλην —μαχαίριον, ὅσον ξυήλην Λακωνικὴν· ἣν Ἀττικοὶ κνῆτιν, Λάκωνες δὲ ξυήλην λέγουσι μόνον. Ubi male Kuſter. Legendum, Λάκωνες δὲ ξυήλην λέγουσι, KAI MONON. Heliodor. in Æthiopic. i. 29. p. 53. Ὁ δὴ πολλοῖς εἰς τὸ παροξύναι, KAI MONON, πρὸς μάχην ἤρκεσε. Confer eundem iv. 19. p. 197. et vii. 28. p. 360. Confer etiam Æſchinem de Virtut. cap. 12. et Syneſium de Febribus p. 174. Ita Ælian. Var. Hiſt. ix. 40. Ὅτι Καρχηδόνιοι δύο κυβερνήτας εἰσῆγον εἰς τὴν ναῦν, ἄτοπον λέγοντες εἶναι, δύο μὲν πηδάλια ἔχειν, τὸν δὲ λυσιτελέστατον τοῖς ἐμπλέουσι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντα τῆς νεὼς, ἔρημον εἶναι, KAI MONON, ἀλλὰ δύο καὶ κοινωνεῖ. Ubi T. Faber iſthæc duo verba, καὶ μόνον, gloſſema eſſe temere pronunciat. Haud abſimili formula utitur Plutarchus in Ageſilao p. 382. καὶ μᾶλλον, ubi perperam Du Soul. Ita eſt locus. Ἔτι δὲ (Ἀγησίλαος) ὅπου πρὸς τὸ συμφέρον ἔχρῆτο τῷ καιρῷ KAI MAΛΛΟΝ· ὡς ἐδήλωσεν ἀναζυγῆς αὐτῷ θορυβωδεστέρας γενομένης, ἀσθενοῦντα καταλιπὼν τὸν ἐρώμενον. Senſus τῶν, καὶ μᾶλλον, eſt: IDQUE MAGIS FORTASSE QUAM PAR ERAT.

PARS II.

andrinus Cohort. ad Gent. cap. iv. ubi ita haud paulo emendatior legitur:

Ἴσι, θεὰ τριτάλαινα, μενεῖς ἐπὶ χεύμασι Νείλε
Μέμη, μαινὰς ἄναυδος, ἐπὶ ψαμάθοις Ἀχέροντος.

ΙΣΟΛΟΓΙΑ. Ἰσοτιμία.—Διαψευσθεὶς δὲ τῆς κρίσεως ἐν ὑδενὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἰσολογίαν ἔξειν ὑδέ ποτε πρὸς τὸ συνέδριον. *Cum eventus judicii ſpem ejus fefelliſſet, exiſtimavit, ſe apud judices in nulla re controverſa æquo unquam cum aliis jure gaviſurum eſſe.*] Græca Polybii eſſe ſuſpicor. Latina autem minime proba ſunt. Ἰσολογίαν ἔχειν πρὸς τὸ συνέδριον, eſt, *pari eſt honore et privilegio cum iis qui συνεδρεύσι.* Interpres non intellexit. Ita locutus eſt Polybius in Excerpt. Legat. p. 1220. Ed. Gronov. Ἔτι γὰρ τούτοις ἐξῆν καθ' ἐκείνους τοὺς χρόνους καθὰ ποσὸν ΙΣΟΛΟΓΙΑΝ ΕΧΕΙΝ ΠΡΟΣ Ῥωμαίους, διὰ τὸ τεθηρηκέναι τὴν πίστιν ἐν τοῖς ὑπερφανεστάτοις καιροῖς, ἐξ ὧν τὰ Ῥωμαίων εἵλοντο· λέγω δὲ τοὺς κατὰ Φίλιππον καὶ Ἀντίοχον. *Nam ad hanc uſque diem Achæi ſocietatem ex æquo cum Romanis aliquo ſaltem modo colebant: quoniam ex quo ſectam populi Romani cœperunt ſequi, fidem conſtanter temporibus maxime inſignibus ſervaverant: tempora dico bellorum quæ Philippus et Antiochus geſſerunt.* Ita non male vertunt. Sed graviſſimus error in Græcis eſt, quem nemo vidit. Scribendum ſine dubio, ἐν τοῖς ΕΠΙΣΦΑΛΕΣΤΑΤΟΙΣ καιροῖς. *In periculoſiſſimis*

*fissimis temporibus.** Quod vel sensus loci confirmat. Notus versiculus: PARS II.

Amicus certus in re incerta cernitur.

ΙΣΟΥΨΕΙΣ οἰκίαι, ϗ παράλληλοι τῷ τείχει, ἐν Σιφλῷ ὅσαι καταλύματα τοῖς ἐργαζομένοις τὰ χρύσεια μέταλλα. *Ædes parem altitudinem habentes, et æquali spatio a muro distantes, quæ in Siphlo sunt diversoria metallicorum, qui auro effodiendo operam suam locant.*] "Vide Polybium "lib. ix. cap. 20. unde fragmentum hoc "sumptum esse Cl. Jacobus Gronovius suspi-"catur." *Kuster.* Polybio quidem hoc fragmentum adsignandum esse puto, qui ita fere loquitur lib. viii. p. 717. Κλίμακα τῷ πλάτει τετράπεδον ἑτοιμάζοντες, ὡς τε ἐξ ἀποβάσεως ΙΣΟΥΨΗ γενέσθαι ΤΩι ΤΕΙΧΕΙ. Miror autem nec Gronovium nec Kusterum vel verbulo nos commonefeciisse de *Siphlo*, divite illo solo, ubi aurum effodiebatur scilicet. Sed vereor ne lectori imposuerit Suidas, et quod de *Siphlo* narrat, de *Siphno* intelligendum sit. Est autem Siph-

* Ita Plutarchus in Camillo p. 308. Τὴν μὲν ἐν Ἀλβίνῃ πρὸς τὸ Θεῖον εὐλάβειαν ϗ τιμὴν ἐν τοῖς ΕΠΙΣΦΑΛΕΣΤΑΤΟΙΣ καιροῖς ἐκφανῆ γενομένην, οὐκ ἄξιον ἦν ἀμνημόνευτον παρελθεῖν. Idem in Cato. Major. p. 352. Ἀφορᾷν δὲ τὴν βουλὴν πρὸς αὐτὸν ἐν τοῖς ΕΠΙΣΦΑΛΕΣΤΑΤΟΙΣ καιροῖς, ὥσπερ ἐν πλῷ πρὸς κυβερνήτην. Confer eundem in Phocion. p. 184.

PARS II.

nus, una ex Cycladibus, auri et argenti fodinis celeberrima: de qua Herodotus, Strabo, Stephanus Byzantinus, Pauſanias, Euſtathius ad Dionyſium περιηγητὴν, alii quam plurimi. Confer etiam noſtrum infra v. Σίφνιοι.

ΙΣΟΧΕΙΛΕΙΣ. Μέχρι χείλεος πεπληρωμένοι. Ἦσαν δὲ κρατῆρες οἴνου ἰσοχειλεῖς.] Xenoph. Exped. Cyri, lib. iv. p. 332. Ἦσαν δὲ καὶ πυροὶ καὶ κριθαὶ καὶ ὄσπρια, καὶ οἶνος κρίθινος ἐν κρατῆρσιν· ἐνῆσαν δὲ καὶ αὐταὶ αἱ κριθαὶ ἰσοχειλεῖς. Ad hunc locum ſine dubio reſpexit Suidas, ſed ita ut ſententiæ formam pro lubitu mutaverit. Quod noſtro Lexicographo ſolenne eſt. Hinc Apollonides in Epigram. Anthol. lib. vi. p. 550.

Καὶ ζωρὸν κεράσας ΙΣΟΧΕΙΛΕΑ ——

Occurrit etiam vox apud Maximum Tyrium; loco ſatis eleganti, ſed a viris doctiſſimis parum perſpecto. Eſt autem Diſſert. 31. § 2. Καὶ μήτε τὰ ἔργα εἰς ἀφάνειαν κομιδῇ ξυνελήλαθαι, μήτε τοὺς λόγους ὑπὲρ τὰ ἔργα χωρεῖν, ὥσπερ ΕΞ ΑΓΓΕΙΟΥ ΣΤΕΝΟΥ ἀποχεομένους, ἀλλ' ἑκάτερα ἑκατέροις συντεταγμένα, ἰσομέτρητά τε καὶ ΙΣΟΧΕΙΛΗ εἶναι. Ita ſcribendus iſte locus. Nec audiendi ſunt viri eruditiſſimi. Adludit autem Maximus, idque non ſine gratia, ad Ariſtoph. in Nub. ver. 160.

Ἔφασκεν εἶναι τἄντερον τῆς ἐμπίδος

ΣΤΕ-

ΣΤΕΝΟΝ· διαλέπτω δ' ὄντος αὐτῷ τὴν πνοὴν
Βίᾳ βαδίζειν εὐθὺ τἀρρόπυγίᾳ·
Ἔπειτα κοῖλον πρὸς ξενῷ προσκείμενον,
Τὸν πρωκτὸν ἠχεῖν ὑπὸ βίας τοῦ πνεύματος.

ΙΣΩι ΖΥΓΩι. Ἀντὶ τοῦ, ἐξίσης. Ὁ δὲ ἀγαπήσας αὐτὸν, καὶ φιληθεὶς, τὸ λεγόμενον, ἴσῳ ζυγῷ παρ' ἐκείνῳ, ἡδέως μὲν αὐτῷ συνῆν, ἔπραττε δὲ ἁδέν, ὧν μὴ πρότερον ἐκεῖνος πύθοιτο, καὶ φήσειεν εἶναι πρακτέον.] Pulcherrimus hic locus depromptus eſt ex Julian. Orat. viii. p. 244. Adluſit autem Julianus ad Theocritum Idyll. xii. 15.

Ἀλλήλως δ' ἐφίλησαν ΙΖΩι ΖΥΓΩι· ἦ ῥα τότ' ἦσαν
Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὃς ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς.

Ubi optime Scholiaſtes: Τὴν ἀλλήλων δὲ φιλίαν ἰσόῤῥοπον εἶχον, ὡς ἐπὶ ζυγοῦ ἰσοσάθμου.

ΙΣΤΙΟΝ. Ἄρμενον. Πλήρεσιν ἱστίοις ἐς τὴν αὐτοῦ σοφίαν καθῆκεν. Ἀντὶ τοῦ, παντὶ σθένει, πάσῃ δυνάμει, ὅλῃ ψυχῇ.] Repetitur hic locus infra v. Πλῆντο. Eſt autem decerptus ex Philoſt. Vit. Sophiſt. i. 25. ubi ita legitur: Ἐφιλοσόφει δὲ (Τιμοκράτης) καταρχὰς μὲν τὰς ἰατρικὰς τῶν λόγων, εἰδὼς εὖ τὰς Ἱπποκράτους τε καὶ Δημοκρίτου δόξας. Ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν Εὐφράτου τοῦ Τυρίου, πλήρεσιν ἱστίοις ἐς τὴν ἐκείνου φιλοσοφίαν ἀφῆκεν. Ubi non male Gruter.

PARS II.

ἐπαφῆκεν. Sed non minus vere atque eleganter Suidas: ἐς τὴν ἐκείνε σοφίαν καθῆκεν. Ita legendum ex Philoſtrato, non αὐτε. Eſt autem locutio elegantior quam pro captu vulgari: Εἰς τὴν ἐκείνε σοφίαν καθῆκεν αὐτόν· quæ poſtrema vox vel additur vel omittitur pro re nata. Procopius in Gothicis lib. iii. Ἀρταβάζης δὲ μόνος ἐς τὴν πράξιν ΚΑΘΗΚΕΝ ΑΥΤΟΝ. Arrian in Epictet. iii. 6. Εἰς τῦτον μόνον τὸν ἀγῶνα ΚΑΘΙΗΣΙ.* Atque hinc intelligendus eſt elegantiſſimus locus Ariſtophanis in Equit. ver. 428. qui viros longe eruditiſſimos admodum torſit:

Ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη κ μέγας ΚΑΘΙΕΙΣ,
Ὁμᾶ ταράττων τήν τε γῆν καὶ τὴν θάλατταν εἰκῆ.

Quæ ad hunc locum ſcripſit Scholiaſtes, ut alios taceam bene multos, nauci non ſunt. Λαμπρὸς καὶ μέγας καθίεις, eſt, *magno animo et ſpiritu deſcendens*. Quod de Cleone recte admodum dicitur, homine turbulentiſſimo, et qui tumultuari et populum concitare ſoleret. Huc nonnihil facit Iſidorus Peluſ. iii. 371. Ὁ μὲν τὸν ἐγκρατέςατον καὶ αὐταρκέςατον βίον ἑλόμενος,

* Hinc recte Æſchines contra Timarchum p. 15. Ed. Taylor. ΣΥΓΚΑΘΙΕΝΑΙ· ſcilicet, εἰς τὰ Ἑρμαῖα. Wolfius, Stephanus, et Taylor. legunt συγκατιέναι. Sed perperam. Vide Cl. Reiſk. ad locum p. 38. et ad Polybium p. 223. Schol. ad Pindar. Iſth. iv. p. 455. Τῶν γὰρ μὴ ΚΑΘΙΕΝΤΩΝ ΑΥΤΟΥΣ εἰς ἄμιλλαν κ πειρωμένων ἀγῶνος, ἠθμία μνήμη ἐςίν.

τῇ

τῇ μὲν ψυχῇ ΛΑΜΠΡΟΣ ἐσὶ καὶ ΜΕΓΑΣ, τῷ δὲ βίῳ εὐτελής. PARS II.

ΙΣΤΙΟΝ ΣΑΠΡΟΝ. Ἄρμενον παλαιόν. Τρίβακον, ἢ μὴ ἁρμόζον. Ἀριστοφάνης· ἀντὶ τοῦ, ἱστίον σαπρόν.] "Verba ἀντὶ τοῦ, ἱστίον σαπρὸν meo pe-"riculo expunge. Sunt enim ſupervacanea, et "ad loci hujus ſenſum nihil omnino faciunt." *Kuſter.* Fallitur aperte vir doctiſſimus. Eſt enim fragmentum deſumptum ex Ariſtoph. Equit. ver. 914.

Διαμηχανήσομαι δ' ὅπως
ΑΝ ΙΣΤΙΟΝ ΣΑΠΡΟΝ λάβῃς.

Quomodo et ſcribendum apud Suidam eſt.

ΙΤΑΜΟΣ. Ἀναιδής. Σκληρός. Ὠμός.——Ὁ αὐτὸς μένων ἐπὶ τὸ χρῶμα, οὐκ ἐρυθριᾷ.] "Hæc "nec ſatis Græca ſunt, nec video quomodo "cum præcedentibus cohæreant. Quare per "me inducantur licet." *Kuſter.* Bona verba, quæſo! Legendum videtur: Ὁ μένων ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ χρώματος, οὐκ ἐρυθριᾷ. *Qui eundem colorem ſervans, non erubeſcit.* Eſt autem nova interpretatio ſive explanatio τοῦ, Ἰταμός. Quod et confirmant ea quæ præcedunt. Ita autem locutus eſt Ariſtænet. lib. i. ep. xi. Οὐ γὰρ ΕΦ' ΕΝΟΣ ΜΕΝΕΙ ΧΡΩΜΑΤΟΣ, ἀλλὰ τρέπεται καὶ μεταυθεῖ.*

* Iiſdem fere verbis Philoſtratus in Icon. lib. i. Περὶ Ἀμφίων-

νος

PARS II.

ΙΥΓΞ. Ἠχῶς ἡ Πειθῶς θυγάτηρ, ἱερονίκης καὶ Ἀφροδίτης.] "Locus hic corruptiſſimus eſt, "quem optime emendavit Cl. Potterus ad Ly- "cophronem ver. 309. ubi legendum monet, "ἱερὰ τῆς Ἀφροδίτης." *Kuſter.* Nimis feſtinanter vir doctiſſimus. Emendatio enim Cl. Potteri neutiquam probanda eſt. Scribendum videtur: ἱερὰ Νυκτὸς καὶ Ἀφροδίτης. *Nocti et Veneri ſacra.* Utrique enim deæ unum atque idem commercium. Menander apud Schol. Theocrit. Idyll. ii. 10.

Perſon. IV. 451.

Ὦ νυξ, σὺ γὰρ δὴ πολεῖσον Ἀφροδίτης ἔχεις.

Ita ſine dubio legendus iſte locus.* Philoſtratus vit. Sophiſt. p. 518. Ὦ νυξ, σὺ γὰρ δὴ πολεῖσον σοφίας μετέχεις. Quæ elegantiſſima παρῳδία lectionem Comici egregie confirmat. Atque hæc ſcripſeram. Sed jam nihil mutandum eſſe video. Ἱερονίκης Ἀφροδίτης eſt *victrix in ſtadio Veneris.* Nimirum ea eſt vis ἴυγγος in amore, ut homines ſemper allicere et conciliare poſſit: de quo conſulendi Interpretes ad Theocriti Pharmaceutriam. Iſte eſt ſenſus hujus

---

νος p. 779. Edit. Olearii: Οὐ γὰρ ἀφ' ἑνὸς φερεῖ χρώμαλος, ἀλλὰ τρέπεται, καὶ κατὰ τὴν ἶριν μεταιθεῖ.

* Huc reſpexit Plutarchus in Sympos. lib. ii. p. 654. Edit. Lutet. 1624. Σκοπῶμεν ἔν, εἰ δοκεῖ, πότερον ἐμμελῶς καὶ προσηκόντως ὁ Ἐπίκυρος παρὰ πᾶν δίκαιον ἀφαιρεῖ τὴν Ἀφροδίτην τῆς νυκτός· καίτοι κράτιστον αὐτῇ θεῶν μετεῖναι, φησὶν ἐρωτικὸς ἀνὴρ Μένανδρος.

loci,

loci, quem nemo intellexit. Ita locutus eſt Lucianus in libello de Hiſt. Conſcribenda, Ἀντιοχανῦ τῦ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΙΕΡΟΝΙΚΟΥ. *Antiochani in ſacro Apollinis certamine victoris.** Quare non eſt quod de hujus loci emendatione amplius ſatagamus. PARS II.

ΙΥΓΞ. Τὸ ἔφελκον τὴν διάνοιαν εἰς ἐπιθυμίαν καὶ ἔρωτα. Ἐν Ἐπιγράμματι· Ἴυγξ ἡ νικῶσ', ἡ καὶ διαπόντιον ἄνδρα, καὶ ἐκ θαλάμων παῖδας ἐπισαμένη.]

" Biſetus in Scholiis ad Ariſtophanis Lyſiſtra-
" tum diſtichum hoc ſic recte ſupplet et le-
" git :

" Ἴυγξ ἡ νικῶσ', ἡ καὶ διαπόντιον ἄνδρα
" Ἕλκειν, κ' ἐκ θαλάμων παῖδας ἐπισα-
" μένη."

Kuſter. Extat hoc Epigramma in Miſcell. Lipſ. Nov. Vol. ix. p. 469. ubi ita legitur :

Ἴυγξ ἡ Νικῆς, ἡ καὶ διαπόντιον ἕλκειν
Ἄνδρα, καὶ ἐκ θαλάμων παῖδας ἐπισαμένη.

Quomodo et apud Suidam ſcribendum eſt.

---

† D'Orvill. ad Charit. p. 434. Ἱερονίκης apud Gruterum cccxv. 9. *qui in ſacris agonibus vicit.*

PARS II.

Θ.

ΘΑΛΕΡΟΙ. Δίϋγροι. Νέοι.—Καὶ Θαλερώπιδος ἠριγενείης. Τῆς εὐπροσώπου ἡμέρας.] Agathias in Epigramm. Anthol. lib. iii. p. 380.

Οὐδ' ὑπὸ μαρμαρυγῇ ΘΑΛΕΡΩΠΙΔΟΣ ΗΡΙΓΕΝΕΙΗΣ
Ἄκρα παραιθύσσεις θαλπομένων πτερύγων.

Ad hunc locum respexit Suidas.

ΘΑΥΜΑΣΑΣ ΕΧΩ. Ἀντὶ τοῦ, ἐθαύμασα, Ἀττικῶς. Οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου παῖ θαυμάσας ἔχω.] Hunc locum, quia non intelligebant, ideo nec Latinum fecerunt Interpretes: in quo quidem judicium eorum laudo. Depromptum autem est hoc fragmentum ex Sophocl. Oedip. Col. ver. 1134. ubi ita legitur:

Οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον,
Τέχνοισι τερφθεὶς τοῖσδε, θαυμάσας ἔχω.

Ad quem locum Scholiastes: Θαυμάσας ἔχω, ἀντὶ τοῦ, ἐθαύμασα, Ἀττικῶς. Hinc Suidas emendandus est. Eadem porro locutio occurrit in Philoct. ver. 1355.

Καί σε δ' ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τάδε.

Ubi recte Schol. Θαυμάζω σε, καταγινώσκω σε. Ita scribendum. Non aliter Suidas: Θαυμάζω, ὅτε

ὅτε πρὸς γενικὴν συντάσσομεν, τὸ καταγινώσκω σημαίνει. PARS II.

ΘΕΛΙΜΟΣ. Εὔκαρπος, καὶ γονιμωτάτη.] "Vox "hæc ſuſpecta mihi eſt; de qua eruditus lec- "tor cogitet, quoniam nihil mihi in mentem "nunc venit." *Kuſter.* Scribendum Θελεμός. Idem Θελεμὸς et Θελημός. Etymol. Mag. v. Ἄνεμος. Τὸ μέν τοι θελεμὸς ὀξύνεται ἀπὸ τοῦ, θελημός. Vox legitur apud Æſchyl. Suppl. ver. 1034.

Ποταμοὺς δ' οἱ διὰ χώρας
ΘΕΛΕΜΟΝ πῶμα
Χέουσι πολύτεκνοι.

Ubi non male Interpres, *nutritium potum.* Dici autem nonnunquam videtur Θελεμὸς de *terra*, quæ γονιμωτάτη eſt, et ſponte ſua fructus edit. Γῆν αὐτομάτην vocant Græci: de quo viri docti ad D. Marcum iv. 28. Eleganter, ut ſolet, Xenoph. Oeconom. v. 12. Ἔτι δὲ Η ΓΗ ΘΕΛΟΥΣΑ τοὺς δυναμένους καταμανθάνειν καὶ δικαιοσύνην διδάσκει· τοὺς γὰρ ἄριστα θεραπεύοντας αὐτὴν πλεῖστα ἀγαθὰ ἀντιποιεῖ. Ita legendus iſte locus. *Quin et terra ſponte ſua juſtitiam docet eos, qui animadvertere poſſunt. Nam iis qui maxime eam colunt, maximam frugum copiam viciſſim largitur.** Optime expreſſit Virgil. Georg. ii. 500.

* Euripides in Cyclop. v. 331.

Η ΓΗ

(a) Conf. Heyne in Virg. Georg. II. 500

PARS II. *Quos rami fructus, quos ipſa* VOLENTIA RURA *Sponte tulere ſua.* ———

ΘΕΟΠΟΜΠΟΣ—Καὶ δέικνυται χ᾽ νῦν ὑπὸ λίθῳ Θεοπόμπε εἴδωλον Παρίας λίθε.] Ita quoque leguntur hæc verba infra v. Παρίας λίθε· ubi Æliano adſignantur. Sed corruptelam manifeſto indicant. Reſcribendum utique: ΕΠΙ ΤΑΦΩι Θεοπόμπε εἴδωλον Παρίας λίθε. *Super ſepulchrum Theopompi imago ex Pario lapide.* Quod viros doctos ad Ælianum fugiſſe miror. Epigram. Anthol. lib. iii. p. 379.

Ἀντί τοι εὐλεχέος θαλάμε σεμνῶν θ᾽ ὑμεναίων
Μάτηρ ϛῆσε ΤΑΦΩι ΤΩιΔ᾽ ΕΠΙ μαρμαρίναν
Παρθενικὰν ———

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ. Δέλη.—Καὶ θεραπαίνη ἐτίμησεν αὐτὸν δοριαλώτῳ.] Depromptum eſt hoc fragmentum ex Menandri Excerptis, p. 129. Ed. Hœſchelii.

ΘΕΡΑΠΕΥΤΗΡΕΣ. Οἱ τ῀ ἱερῶν πεϱιϛάμενοι θεϱαπευταὶ Ἴσιδος παρ᾽ Αἰγυπτίοις.] " Hæc turbato " ordine poſita ſunt. Illa enim, οἱ τῶν ἱερῶν πεϱι- " ϛάμενοι θεϱαπευταὶ Ἴσιδος παρ᾽ Αἰγυπτίοις, perti- " nent ad articulum præcedentem, cujus caput

---

Η ΓΗ δ᾽ ἀνάγκη, κἄν ΘΕΛΗ, κἄν ΜΗ ΘΕΛΗ,
Τίκτουσα πῶϊαν, τἀμὰ πιαίνει βοτά.

" eſt

PARS II.

" est Θεραπευταί." *Kuster.* Sensum hujus loci minus cepit vir doctissimus. Dicit Suidas sacerdotes sive Θεραπευτὰς Isidis apud Ægyptios vocatos esse Θεραπευτῆρας. Isidis Θεραπευτῆρες sunt, *Isidis ministri. Qui Isidi a sacris erant.* Suidas, v. Ἀγείρει. Καὶ ϛολὴν Αἰγυπλίαν ἀναλαβὼν, ἣν οἱ ΤΗΣ ΙΣΙΔΟΣ ΘΕΡΑΠΕΥΤΗΡΕΣ ἤθηνται. Quæ repetuntur infra v. Σεῖσρον. Idem, v. Λιπαρία. Ὁ δὲ ἐτωθάζετο ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΤΟΥΣ ΘΕΡΑΠΕΥΤΗΡΑΣ, λέγων ἐκ τῆς τοσαύτης λιπαρίας πλέον ἔχειν ὐδέν.* Eunapius in Ædesio: Καὶ τὴν κοτίδα τις ΘΕΡΑΠΕΥΤΗΡΩΝ ἐκόμιζεν. Locus autem Suidæ, qui in omnibus libris pessime administratur, isto modo concinnandus est: Θεραπευτῆρες. Οἱ τῶν ἱερῶν πρϊσάμενοι. Θεραπευταὶ Ἴσιδος παρ' Αἰγυπλίοις. Θεράποντες. Δοῦλοι. Ὑπηρέται. Quod vel literarum ordo satis demonstrat.

Parson. IV. A. 451.

ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΣ. Ὁ τὰς νόμους ἐπιφερόμενος. Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι·

---

* Idem ex Æliano infra v. Χλευασία. Χλευάζων γε μὴν ΤΟΥΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΗΡΑΣ, φὴ ἐπιτώθαζε. Synesius de Laudibus Calvitii p. 70. Ἤδη δὲ ἐγὼ κατενόησα φὴ ΤΟΥΣ ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΡΑΠΕΥΤΑΣ ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ, μηδὲ τῶν ἐπιβλεφαριδῶν ἀνεχομένους τριχῶν. Plutarchus in Lycurgo p. 98. Edit. Bryan. ἀπαλλάξας δὲ τὰς συνήθεις φὴ ΘΕΡΑΠΕΥΤΗΡΑΣ ὑπηρέτας. Ubi vox ultima delenda; quod et Editor recte monuit.

Ὡμολόγησ'

PARS II.

Ὡμολόγησ' ἥξειν εἰς νύκτα μοὶ ἐπιβόητος
Καὶ σεμνὴν ὤμοσε Θεσμοφόρον.]

" Pentameter hic non eſt ἀρτίπους, quem Por-
" tus non inepte ſic ſupplet :

" Καὶ Δηὼ σεμνὴν ὤμοσε Θεσμοφόρον."

Kuſter. Eſt pars Epigrammatis quod legitur in Miſcell. Lipſ. vol. ix. p. 301. Carmen ipſum, quia non illepidum eſt, hic adponere viſum eſt :

Ὡμολόγησ' ἥξειν εἰς νύκτα μοι ΗΠΙΒΟΗΤΟΣ
ΝΙΚΩ, κὴ σεμνὴν ὤμοσε Θεσμοφόρον.
Κ' ἐκ ἦκει, φυλακὴ δὲ παροίχεται. Ἆρ' ἐπιορκεῖν
Ἤθελε; τὸν λύχνον, παῖδες, ἀποσβέσατε.

Scriptum eſt hoc Epigramma in Niconem τὴν ἐπιβόητον, meretricem quandam decantatam, quæ amatorem ſuum ludum fecerat. Sic Philænis ἡ ἐπιβόητος Æſchrioni Samio apud Athenæum p. 335.

Ἐγὼ Φιλαινὶς ΗΠΙΒΩΤΟΣ ἀνθρώποις.

Cæterum occurrit noſtra Nico cum Pythiade ſua, digna matre puella, in Epigrammate, quod ex eadem Anthologia inedita non ita pridem nobis dedit vir doctiſſimus in Miſcell. Lipſ. vol. ix. p. 306. ſed cujus vim atque venuſtatem nemo hominum perſpexit. Quare operæ pretium fuerit integrum carmen, quod Aſclepiadæ eſt, hic emendatum adſcribere :

Νὺξ,

Νὺξ, σὲ γὰρ οὐκ ἄλλην μαρτύρομαι, οἷα μ' ὑβρίζει
Πυθιὰς ἡ Νικοῦς, οὖσα φίλη, ἐξ ἀπάτης.
Κλήθεὶς, οὐκ ἄκλητος ἐλήλυθα. Ταὐτὰ παθοῦσα
Μέμψεαι ἡμετέροις στᾶσα παρὰ προθύροις.

PARS II.

Tyrwhitt. IV. 420.

O nox, te enim solam testari volo, quali contumelia me affecit Pythias, Niconis filia, mea amica, ex dolo malo. Siquidem ab ipsa vocatus, non sponte mea veni. At vero tu eadem utique perpessa, ad nostras fores vicissim conquereris. Hæc est mens Epigrammatis: quo se par pari redditurum minatur amator exclusus. Vulgo inepte legitur, ταῦτα παθοῦσα σύ μοι μέμψ' ἔτ' ἐμοῖς. Nos veram lectionem vidimus. Ita locutus est Zosimus lib. v. Τελευτᾷ μὲν ἡ Κόρη μετ' οὐ πόλυ, Τ'ΑΥΤΑ τῇ προτέρᾳ ΠΑΘΟΥΣΑ. Porro haud dissimiliter lusit Horatius, qui et nostrum Epigramma manifesto respexit, Epod. xv.

Eheu translatos alio mœrebis amores,
Ast ego vicissim risero.

ΘΗΚΤΟΝ. Ἠκονημένον.

Θηκτὸν δ' ἐν προβόλῳ θεμένα ξίφος, εἶπεν' ὁδόντα
Ὀξὺν ἐπιβρύκουσα———] "In Anthologia lib. iii. p. 293. legitur ἐν προβολᾷ; "quod Brodæus interpretatur, *Statu pugilis* "*in procinctu stantis.* Hac enim significatio-

PARS II.

" ne vox προβολὴ interdum apud Græcos acci-
" pitur. Cæterum qui ſenſum loci hujus noſſe
" cupit, ipſam Anthologiam adire debet."
Kuſter. Nonnulla hujus carminis leguntur etiam ſupra v. Βρύκουσα et v. Ἔῤῥε. Eſt autem Tymnæ, viri haud infimæ notæ in re epigrammataria. Notanda vero lectio Suidæ, ἐν προβόλῳ. Quæ fraudi fuit Cl. Rhunkenio in Epiſtola Critica ad Valckenarium legenti, ἐν προλόβῳ· probante etiam doctiſſimo Hemſterhuſio, cui idem videbatur πρόβολος et πρόλοβος. Sed utrumque latuit elegantiſſima locutio: θέσθαι ἐν προβολῇ ξίφος, eſt, *gladium vibrare, intentare*. Xenoph. Exped. Cyri lib. i. 2. 17. προβαλέσθαι τὰ ὅπλα· *arma projicere, prætendere*. Appianus in Hiſpanicis pag. 552. Ἐκέλευε τοὺς ἱππέας μήτε διώκειν, μήτε ἐπιχειρεῖν ἔτι, ἀλλ' ΕΝ ΠΡΟΒΟΛΗι ΤΑ ΔΟΡΑΤΑ ΘΕΜΕΝΟΥΣ ἑστάναι, καὶ ἐπιόντας ἀμύνεσθαι μόνον. *Equites monuit ut de inſequendo vel aggrediendo hoſte jam nihil cogitarent, ſed in procinctu ſtantes infeſtis haſtis irruentem hoſtem cohiberent*. Hic eſt quod quærimus. Quare recte poeta, ἐν προβολᾷ θεμένα ξίφος· *gladio juveni intentato*. Quod omnino verum eſt. En ipſum Epigramma:

Τὸν παράβαντα νόμους Δαμάτριον ἔκτανε μάτηρ,
Ἁ Λακεδαιμονία τὸν Λακεδαιμόνιον.
Θηκτὸν δ' ἐν προβολᾷ θεμένα ξίφος, εἶπεν, ὁδόντα
Ὀξὺν ἐπιβρύκουσ', οἷα Λάκαινα γυνά.

Ἔῤῥε

Ἔρρε κακὸν σκυλάκευμα, κακὰ ΜΕΡΙΣ,* ἔρρε πρὸ δ' ἄδαν. PARS II.

Ἔρρε· τὸν δὲ Σπάρτας ἄξιον ἐτρέφομες.

In pentametro ſecundo legitur, οἵα Λάκαινα γυνή· quod verum eſt, et neutiquam ſollicitandum. Lacæna enim mulier ἐν τοῖς κρατίστοις. Quod ex oraculo celeberrimo apud Strabonem et Athenæum ſatis notum.

Ἵππον Θεσσαλικὴν, Λακεδαιμονίην τε γυναῖκα,
Ἄνδρας θ' οἱ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.

Quare Λάκαινα γυνὴ omnino amplectenda eſt.

ΘΗΣΕΙΔΑΣ.

——— Τίς φθόνος αἰὲν
Θησείδας ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει;] Ita quoque legitur ſupra v. Ἔγκοτον. nemine, quod ſciam, improbante. Sed vox αἰὲν invenuſte admodum repetitur. Scribendum, Τίς φθόνος ἀϛῶν. Quomodo recte legitur in Epigram. Anthol. lib. iii. p. 394. unde hoc fragmentum decerpſit Suidas. Carmen ipſum ſubjiciam. Eſt autem neſcio cujus in Æſchylum.

Αἴσχυλον ἥδε λέγει ταφίη λίθος ἐνθάδε κεῖθι
Τὸν μέγαν, οἰκείης τῆλ' ἀπὸ Κεκροπίης.

* Suidas v. Μεγαρίων ἄξιοι ΜΕΡΙΔΟΣ. S. Lucas x. 42. Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν ΜΕΡΙΔΑ ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς.

PARS II.

Λευκὰ Γέλας Σικέλοιο παρ' ὕδατα. Τίς φθόνος ΑΣΤΩΝ
Θησείδας ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει;

ΘΙΑΣΟΣ. Ἱερὸς χόρος. Καὶ Θιασώτης, ὁ χορευτής.—Ἐλθὲ χορεύσων ὁσίως ἐς θιασώτας.] Respexit noster ad Aristophanem in Ranis ver. 329.

Ἰακχ', ὦ Ἴακχε,
Ἐλθὲ τόνδ' ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων
Ὁσίως ἐς θιασώτας.

ΘΡΑΣΚΕΑΣ. Ὁ ἄνεμος.] Scribendum, Θρασκίας· ut Καικίας, Καυνίας, atque ejusdem familiæ alia quamplurima. Arrian. Peripl. Pont. Euxin. p. 130. Σκέπη ἐστὶν ΑΝΕΜΟΥ ΘΡΑΣΚΙΟΥ καὶ βορρᾶ. Etymol. Mag. ΘΡΑΚΙΑΣ καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ ΘΡΑΣΚΙΑΣ. Ὁ ἄνεμος. Horatio, *Ventus Thracius*. i. 25.

Thracio bacchante magis sub interlunia vento.

ΘΡΑΤΤΕΙΝ. Ταράσσειν. Ἐνοχλεῖν. Νύσσειν. Κινεῖν.] Nescio quomodo accidit, sed accidit tamen, ut Cl. Kusterus insignem hunc locum detruncaverit. Libri veteres ita exhibent: Θράττειν. Ταράσσειν. Ἐνοχλεῖν. Νύσσειν. Κινεῖν. Δυσωπεῖας καὶ ὑφορᾶς. Ὡς μὴ θράττειας τὴν ἀκοὴν ἐκ τῶν ἀπεμφαινόντων θρήνων. Atqui verba illa δυσωπεῖσθαι

σωπεῖας καὶ ὑφορᾶσθαι non ad θράττειν ſed ad θράττεσθαι pertinent: id quod recte animadvertit ad Suidam Jacobus Gronovius. Sed ſic ſolent Grammatici. Cujuſmodi quid non ſemel ad Heſychium obſervaſſe memini.* Quid, quod iſtum verborum ordinem præfracte conſervant Etymol. Mag. et Phot. in Lex. MS. Deinde lego certiſſime: ΩΣ ΜΗΚΕΤΙ θράττεσθαι τὴν ἀκοὴν ἐκ τῶν ἀπεμφαινόντων θρήνων. Sunt autem hæc verba Marini in vita Procli cap. 33. cujus locum, quia non inelegans eſt, hic adſcribendum eſſe duxi. Εἰ δέ τις ἐπιποθεῖ καὶ ἰδεῖν αὐτὸ καὶ ταύτην τὴν ἐπιτηδειότητα, λαβέτω εἰς χεῖρας τὴν Μητρῳακὴν αὐτὸ βίβλον. Ὄψεται γὰρ, ὡς ἐκ ἄνευ θείας κατακωχῆς τὴν θεολογίαν τὴν περὶ τὸν θεὸν ἐξέφηνεν ἅπασαν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ μυθικῶς περὶ αὐτὴν καὶ τὸν Ἄττιν δρώμενά τε καὶ λεγόμενα φιλοσόφως ἀνέπτυξεν, ΩΣ ΜΗΚΕΤΙ ΘΡΑΤΤΕΣΘΑΙ τὴν ἀκοὴν ἐκ τῶν ἀπεμφαινόντων θρήνων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκεῖ κρυφίμων λεγομένων. *Quod ſi quis deſiderat etiam in his qualis fuerit cognoſcere, ejus librum de matre deorum in manus ſumat; ex quo intelliget Philoſophum non abſque divina ope omnem deæ illius Theologiam in lucem protraxiſſe, et præterea quæcunque cum de eadem, dum de Atti aguntur dicunturve, Philoſophico more explicuiſſe,* ut non PARS II.

* Ita cum aliis in locis tum ad v. Σαίνει, ubi vide Cl. Albertum.

amplius

PARS II. amplius turbentur atque obtundantur aures noſtræ abſurdis et incongruis illis næniis, *cæteriſque quibus illa perſonant myſterii plenis.* Ita vertendus iſte locus, quem viri docti minus ceperunt: οἱ ἀπεμφαίνοντες θρῆνοι, ſunt, *næniæ abſurdæ, et inter ſe diſcrepantes.* Origen. in Philoſoph. cap. 5. Μετὰ τούτους ἐγένοντο καὶ ἕτεροι φυσικοὶ, ὧν οὐκ ἠγησάμεθα τὰς δόξας εἰπεῖν, μηδὲν τῶν προειρημένων ΑΠΕΜΦΑΙΝΟΥΣΑΣ.* Ita recte MS. Vulgo male ἀπεμφωνήσας. *Has alii quoque Phyſici ſunt ſecuti, quorum recenſere opiniones, operæ pretium haud duximus, quod nihil diſcrepent a commemmoratis.* Vide et Suidam v. Καταικωχὴ et v. Πρόκλος. ubi Marini verba repetuntur.

Porſon. IV. 452

ΘΡΗΝΟΥΣ. Τὰς παρ' ἡμῖν λεγομένας θρηνῳδάς. Διαλύσας Ὅμηρος τὴν συνήθειαν θρήνους αὐτὰς καλεῖ.] Locus inquinatus, a Kuſtero tamen inſuper habitus. Reponendum ſine dubio: Θρήνους. Τὰς παρ' ἡμῖν λεγομένας θρηνῳδάς. Διαλύσας δὲ

---

* Schol. Pindar. Pyth. iv. p. 266. Τοῦτο δὲ ἰὰν κυρίως ἀκόπλαι, ΑΠΕΜΦΑΙΝΕΙ. Polybius p. 683. Καὶ γὰρ ἂν ὅλως ἐπαινεῖδν ὑπαρχη (τὸ ἄγαλμα) κατὰ τὴν τέχνην, τήν γε σύγκρισιν τῶν ἀψύχων τοῖς ἐμψύχοις ἐνδεῆ κὴ τελείως ΑΠΕΜΦΑΙΝΟΥΣΑΝ, εἰκὸς προσπίπτειν τοῖς θεωμένοις. Phurnutus de Natura Deorum xvi. p. 169. περὶ τοῦ Ἑρμοῦ. Παρασῆσαι δ' αὐτῷ τῆν δύναμιν, καὶ τὴν τ ΑΠΕΜΦΑΙΝΟΝΤΩΝ.

Ὅμηρος

Ὅμηρος τὴν συνήθειαν, ΘΡΗΝΩΝ ΑΟΙΔΟΥΣ αὐτὸς καλεῖ. *Dirimens autem Homerus id quod vulgo legitur* θρηνῳδὸς, θρήνων ἀοιδὸς *vocat.** Est autem apud Homer. Il. Ω. ver. 720.

—— παρὰ δ' εἶσαν ἀοιδὸς.
Θρήνων ἐξάρχυς ——

Ad quem locum nonnulla scripsit, sed minus recte scripsit, Cl. Barnesius. Idem θρῆνος et θρηνῳδός. Quod virum doctissimum cum aliis latuit. Pollux. vi. 202. Θρηνώδης καὶ θρήνων ἔξαρχος, καὶ ΘΡΗΝΩΙΔΟΣ ΟΝ ΚΑΙ ΘΡΗΝΟΝ ἐκάλυν. Cæterum de hoc loco eleganter agit Auctor vitæ Homeri pag. 361. Ed. Gale. Οὐδὲν δὲ ἧσσον καὶ εἰς πένθη παραλαμβάνει τὴν μυσικὴν, ΘΡΗΝΩΝ ΕΞΑΡΧΟΥΣ ΑΟΙΔΟΥΣ ποιῶν, ὡς τῇ λειότητι τῶν μελῶν τὴν τραχύτητα τῆς ψυχῆς καταγγέλλοντα. Quæ miror viro doctissimo placere potuisse. Nam et Græca solœca sunt, et sententia nulla est. Rescribo, ΤΟΥΣ τῇ λειότητι τῶν μελῶν τὴν τραχύτητα τῆς ψυχῆς ΚΑΤΑΣΤΕΛΛΟΝΤΑΣ.†

---

* Vide Cl. Ernest. ad Homer. vol. v. in Addend. p. 22. Confer nos infra ad v. Σάμυ ὑληέσσης. Emend. P. iii.

† Athenæus xiv. 5. p. 624. Καὶ ὁ Ὁμηρικὸς δὲ Ἀχιλλεὺς τῇ κιθάρᾳ κατεπραΰνετο, ἣν αὐτῷ ἐκ τῶν Ηἐτίωνος λαφύρων μόνην Ὁμηρὸς χαρίζεται, ΚΑΤΑΣΤΕΛΛΕΙΝ τὸ πυρῶδες αὐτοῦ δυναμένην· μόνος γοῦν ἐν Ἰλιάδι ταύτῃ χρῆται τῇ μυσικῇ. Photius in Biblioth. p. 1360. Edit. P. Stephani 1611. Αἱ πρεσβύτεραι γυναῖκες —— τοῖς πραΰνουσι λόγοις τὸς θυμὸς ἀνηρεθισμένυς ΚΑΤΑΣΤΕΛΛΟΥΣΑΙ. Sextus Empiricus

PARS II. *Nihilo tamen ſecius et ad luctus muſicam recipit, lamentationum præcentores adhibens, qui modorum ſuavitate aſperitatem animi lenirent et componerent.*

ΘΡΙΑΜΒΕΥΤΟΥ. Καὶὰ Ῥωμαίους τῦ τυραννοκτόνυ Ἰνδῦ.] Hæc ſunt Sibyllæ folia, quæ aliis interpretanda et illuſtranda reliquit Kuſterus. Deſcripſit autem bona fide Suidas ex Gloſſis Nomicis, quæ ita hodie repræſentant: Θριαμβευτῦ. Τῦ τυραννοκτονοῦνδῦ. Quod monſtrum lectionis eſt. Vir clariſſimus M. Roverus de Baccho intellexit, qui de Indis triumpharat ſcilicet. Sed quid Romani cum Indis? Vide igitur an huic loco, qui plane conclamatus eſt, ex emendatione noſtra ſubveniri queat. Repono: τοῦ τυραννοκτόνυ Ἰνδῦ περάτορος. Induperatorem quendam intelligit, qui regem ſive tyrannum in acie occidiſſet. Idem *Imperator* et *Induperator*. Hoc antiquioris formæ eſt. Antiquis autem formulis et vocabulis gaudebant juriſconſulti. Moris autem erat apud Romanos, ut qui hoſtium ducem manu ſua in bello occidiſſet, ſpolia Feretrio Jovi, idque triumphantis in modum,

---

Empiricus p. 357. Edit. Fabricii: Εἴπερ τοίνυν, φασὶ, φιλοσοφίαν ἀποδεχόμεθα σωφρονίζουσαν τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ τὰ ψυχικὰ πάθη ΚΑΤΑΣΤΕΛΛΟΥΣΑΝ — Confer eundem p. 360. et Porphyrium de Abſtinentia p. 149.

reportaret:

reportaret: de quo affatim ſcriptores tum Græci tum Latini. Plutarchus in Romulo: Ἡ μὲν ἐν πομπῇ τῶν αὐθις ΘΡΙΑΜΒΩΝ ἀρχὴν καὶ ζῆλον παρεσχεν. Τὸ δὲ τρόπαιον ἀνάθημα Φερετρίῳ Διὸς ἐπωνομάθη. Τὸ γὰρ πλῆξαι, φερῖρε Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. Εὔξατο δὲ πλῆξαι τὸν ἄνδρα καὶ καταβαλεῖν. *Fuit hæc celebritas triumphorum in poſterum origo et exemplum. Feretrum Jovis Feretrii donum appellatum eſt a feriendo. Precatus enim deum fuerat, ut hoſtium ducem feriret et cæderet.* Vide etiam nos infra ad v. Κάσος. Quare auctor ſum, ut deinceps legatur apud Suidam, τῷ τυραννοκτόνῳ ἀνδρὶ περάτορες. Quomodo locutus eſt neſcio quis apud Anthol. lib. iv. p. 498.

Οἶκος Ἀναξασίοιο ΤΥΡΑΝΝΟΦΟΝΟΥ ΒΑΣΙΛΗΟΣ.

PARS II.

ΘΡΙΝΑΞ. Τὸ πλοῖον. Ὄργανον γεωργικὸν ὀδοντικόν.—Καὶ παλιυροφόρῳ χείρα θέρευς θρίνακα.] "Verba hæc decerpta ſunt ex Epigrammate "quodam Antiphili, in quo omnia ſunt ſatis "plana et clara præter pentametrum ſecundum, "qui omnino mendoſus eſt, ſic forte emen-"dandus:

"Καὶ παλιυρόροφον φθειραθερῆ θρίνακα.

"Παλιυρόροφον eſt *paliuro tectum*, ut χρυσόροφον "*auro tectum.*" *Kuſter.* Epigramma, ex quo Suidas hunc pentametrum decerpſit, legitur in Anthologia Reiſkii pag. 6. ſed eodem morbo ſuccuſſum.

PARS II.

ſuccuſſum. Quod vero ad hunc locum ſcripſit Cl. Kuſterus, longe ineptiſſimum eſt; meliora utique doctus in Addendis, ubi re ipſa oſtendit τὰς δευτέρας φροντίδας nonnunquam eſſe σοφωτέρας. Reponendum proculdubio:

Καὶ ΠΑΛΙΝΟΤΡΟΦΟΡΟΝ, χεῖρα θέρευς, θρίναξ.

Idem παλίνορος et παλίνδρος. Hinc θρίναξ παλινδρόφορος· *qui huc et illuc, rurſum prorſum jactatur.* Non potuit elegantius poeta inſtrumenti hujus agitationem depingere. Recte autem illud et exquiſite admodum, χεῖρα θέρευς. Schol. ad Homer. Il. N. 588. a Cl. Valckenario non ita pridem editus: Πτύον δέ ἐστιν ἐν ᾧ τὰ ἠλοημένα γεννήματα ἀναβάλλοντες χωρίζουσι τὸ ἀχύρου. Ὁ δὲ τύπος παραγωγή. Τινὲς δὲ, τὰ μὲν σιδηρᾶ, πτύα· τὰ δὲ ξύλινα καὶ ΤΡΟΠΟΝ ΧΕΙΡΟΣ ΕΧΟΝΤΑ, οἷς καὶ τὰς σάχυας ἀναρρίπτουσι, ΘΡΙΝΑΚΑΣ καλοῦσιν.

ΘΡΟΟΣ, ΚΑΙ ΘΡΟΥΣ. Ἡ φήμη.—Θρᾷς δὲ ἐφοίτησε Πέρσαις, ὡς διώλοντο τῷ πνιγηρῷ αὐχμῷ.] Deſumptum eſt hoc fragmentum ex Menandro in Excerptis Hœſchelii p. 86. ubi ita legitur: Θρᾷς δὲ ἐφοίτησε Πέρσαις, ὡς διώλοντο τῷ πνιγηρῷ τῶν Περσῶν αὐχμῷ τῶν Τέρκων οἱ πρέσβεις, ἅτε τῆς αὐτῶν χάρας θαμὰ νιφετῷ παλυνομένης, καὶ ἀδύνατον ὂν αὐτοῖς ἄνευ κρυμώδους κατασήματος βιοτεύειν. *Rumor autem ad Perſas perlatus eſt, Turcarum legatos*

gatos æſtu ſuffocatos periiſſe, quippe qui, terra eorum frequenter nivibus obducta, ſine frigido aëre vivere non poterant. Confer etiam Suidam v. Νιφετός, et v. Παλυνομένης. ubi ad hunc Menandri locum reſpexit.

ΘΡΥΠΤΕΤΑΙ. Δοτικῇ· Μαλακίζεται. Καὶ αὖθις·

Τὴν χ᾽ ἅμα χρυσῷ, χ᾽ ἀλεκτρυόνι, καὶ σὺν ἔρωτι
Θρυπτομένην, ἁπαλῆς Κύπριδος ἀδροτέρην
Λαΐδ᾽ ἔχω ——]

Hæc partem faciunt elegantiſſimi Epigrammatis in Laïdem, quod integrum legitur Anthol. lib. iii. p. 327. Vide infra v. Θυσέν. Κηωδής. Ὄδωδεν. ubi nonnulla hujus carminis laudantur.

ΘΥΡΕΠΑΝΟΙΚΤΗΣ. Κράτης ὁ Θηβαῖος. Ἐκλήθη δ᾽ ὕστερον διὰ τὸ ἐπεισιέναι ἐς πάντα, ὃν ἐβούλετο, οἶκον.] Confer Laertium in Cratete, et noſtrum infra v. Κράτης, ubi hæc fabula narratur. Huc adluſit Alciphron lib. iii. ep. 44. Καὶ πᾶσα αὐτῷ καθάπερ Κράτητι τῷ Θήβηθεν κοινὴ ἀνέῳγεν ἡ οἰκία. *Omniſque ei quemadmodum Crateti illi Thebano communiter patet domus.* Sed error in Græcis eſt. Repono certiſſime: τῷ Θήβηθεν ΚΥΝΙ. *Cynico Thebano.* Emendandus etiam una opera Laërtius in Cratete: Καὶ θυγατέρ᾽ ἐξέδωκε κείνοις, ὡς αὐτὸς ἔφη, ἐπὶ πείρᾳ δὲς τριάκοντ᾽ ἡμέρας. Qui

PARS II. Qui locus magnum Caſaubonum, ut alios taceam, mirifice torſit. Legendum ſine dubio: Καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε ΚΥΝΙ. *Et filiam ſuam, ut ipſe ait,* Cynico *collocavit, probationi triginta datis diebus.* Quæ veriſſima et ſuaviſſima ſunt.

K.

Porſon. IV. 452.

ΚΑΒΒΑΛΩΝ. Ὁ καταβαλών. Ἀμειψίας Μοιχοῖς·

Καὶ σὺ μὲν ἦλθες, κάββαλε τριώβολον.]

"Cum Porto potius legerim καββαλών." *Kuſter.* Quod ad verſum attinet, nihil intereſt κάββαλε an καββαλὼν legas. De modulo autem ſenarii ne verbum quidem vel Portus vel Kuſterus. Atqui primam ſedem occupat trochæus, quem metrum iambicum reſpuit. Ita quidem videtur. Sed res tamen, me vide, ſatis recta eſt. Syllaba enim, ſive vocalis brevis ante liquidam, nonnunquam producitur.* Quod non ſatis

---

* Vide Cl. Dawes Miſcell. Critic. p. 160. Homer. Odyſſ. I, v. 191.

Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλᾶ ξίφι ὑλήεντι.

Sophocles Elect. v. 693.

Δρόμων ἀμαύλων πεντάθλ' ἃ νομίζεται.

Idem in Trachin. v. 353.

Ἃ μὲν γὰρ ἐξέῤῥηκας, ἀγνοίᾳ μ' ἔχει.

Ariſtoph.

perceperunt viri doctiſſimi. Hinc innumeri errores in re critica. Babrius apud Suidam in v. Ἱέων. PARS II.

Οὔπω δὲ καιρός ἐστιν ἥιά λύειν.

Theopompus apud Suidam v. Ραχίζειν.

Τέτων ἁπάντων ὁ ῥαχιστὴς Δημοφῶν.

Ita ſcribendus uterque verſiculus. Cæterum Amipſiam ἐν Μοιχοῖς laudat Pollux vii. 100. ubi male legitur: ἐν Μυχοῖς. Quod et recte monuit vir ſingularis induſtriæ et doctrinæ Joan. Alb. Fabricius in Bibliotheca Græca.

ΚΑΘΕΣΤΩΤΑ. Ἠρεμοῦντα, Ἤρξαντο τὰ καθεστῶτα κινεῖν. *Præſentem rerum ſtatum ſollicitare cœperunt.*] Hæc ſunt verba Polybii lib. ii. p. 152. Ita loquitur Procopius in Perſicis lib. i. Διὸ δὴ ὅτε (leg. ὁδὲ) νόμον τινὰ εὐπετῶς ἔγραφεν, ὁδὲ ΤΙ ΤΩΝ ΚΑΘΕΣΤΩΤΩΝ ΚΙΝΕΙΝ ἤθελεν.

Ariſtoph. Nub. v. 815.

Δία νομίζειν.

Ita legendum. Epigr. in Antholog. lib. iii. p. 312.

Ἰθῦναι κοινὴν εὐκύλικα λαλιήν.

Apollon. Rhod. lib. iii. v. 847.

Ἦτ' ἂν ὄγ' ὅτε ῥηκτος ἔοι χαλκοῖο τυπῆσιν.

Confer nos ſupra ad v. Εἴσατο. p. 236.

E con-

PARS II. E contra μένειν ἐν τοῖς καθεστῶσι, *in præsenti rerum statu acquiescere.* Eleganter admodum Isocrates in Evagora: Τὰς ἐπιδόσεις ὁρῶμεν γιγνομένας καὶ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑπὸ διὰ ΤΟΥΣ ΕΜΜΕΝΟΝΤΑΣ ΤΟΙΣ ΚΑΘΕΣΤΩΣΙΝ, ἀλλὰ διὰ τὲς ἐπανορθῶντας, καὶ τολμῶντας ἀεί τι ΚΙΝΕΙΝ τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων. *Artes autem et cætera omnia aucta esse videmus, non per eos qui usitata retinuerunt, sed eorum opera qui correxerunt, locoque movere prava omnia non dubitarunt.*

ΚΑΘΙΓΜΕΝΟΣ. Θέλων. Φθάσας.] Scribendum, ἐλθὼν, φθάσας. Quod vel ex Hesychio patet. Restituenda quoque ista vox D. Paulo in Epist. ad Coloss. ii. 18. qui eodem morbo laborat: Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω ΕΛΘΩΝ ἐν ταπεινοφροσύνῃ. Quod elegans in primis est. *Nemo vos seducat adveniens humilitate et cultu angelorum.* Quo quidem adludit Paulus ad Christi effatum apud Matth. xxiv. 5. Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ΠΛΑΝΗΣΗι. Πολλοὶ γὰρ ΕΛΕΥΣΟΝΤΑΙ ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστὸς, καὶ πολλὲς ΠΛΑΝΗΣΟΥΣΙ.* Quin et redonanda

* Herodotus lib. ix. p. 697. Πυθόμενος δὲ ταῦτα, ἐβεβούλευτο, ΘΕΛΩΝ, εἴκως τέτες πρῶτον ἕλοι. Legendum, ΕΛΘΩΝ—*Si quo pacto in itinere.* Quod ex sequentibus patet. Hic male Cl. Wesselingius.

Aristoph.

videtur vox ἐλθὼν Philippo in Epigrammate, quod ex Anthologia inedita nobis dedit doctiſſimus Pierſonus: PARS II.

Ἠνίκα μὲν καλὸς ἦς, Ἀρχέστρατε, κ' ἀμφὶ παρειαῖς
Οἰνωπὸς, ψυχὰς ἔφλεγες ἡϊθέων,
Ἡμετέρης Φιλίης ἀδεὶς λόγος, ἀλλὰ μετ' ἄλλων
Παίζων τὴν ἀκμὴν ὡς ῥόδον ἠφάνισας.
Ὡς δ' ὑπερκάζεις μιαρῇ τριχὶ, νῦν Φίλον ἕλκων
Τὴν καλάμην δωρῇ, δὺς ἑτέροις τὸ θέρος.

Eſt carmen ſatis elegans et perſpicuum, ſed quod non una macula dehoneſtarunt Librarii. Audacter repono:

——— νῦν ΦΙΛΟΣ ΕΛΘΩΝ
Τὴν καλάμην δωρῇ, δὺς ἑτέροις τὸ θέρος.

Quod vel ſua elegantia ſe ſatis commendat. *Jam exoletior factus amicitiam præfers:* νῦν Φίλος accedis, antea Φιλίας ἀδεὶς λόγος. Nihil verius aut venuſtius. Theocritus in Adoniaſ. ver. 144.

Καὶ ΝΥΝ ΗΝΘΕΣ Ἄδωνι, χ' ὤκκ' ἀφίκη ΦΙΛΟΣ ΗΞΕΙΣ.

Quod vero ſequitur, τὴν καλάμην——τὸ θέρος longe venuſtiſſimum et feſtiviſſimum eſt.*

Ariſtoph. Lyſiſt. v. 1083.

——τί κἂν λέγοι τίς; ἀλλ' ὅπᾳ σέλει
Παντᾷ τὶς ΕΛΑΣΩΝ ἀμῖν εἰρέαν σέτω.

Schol. Ἀντὶ τοῦ, ΕΛΘΩΝ. Ἄπερ πάντα Δωρικῶς εἴρηται.

* Heſych. v. Καλάμη, ubi vide notas. In explicatione vocis ita

PARS II.

ΚΑΘΙΔΡΥΣΑΣΘΑΙ. Βεβαιῶσαι.——Ἐκπέμπει γὰρ τὰς περὶ συμβιβάσεως λόγας δυνατὰς καθιδρύσασθαι κεχειροτονηκὼς πρεσβεύτας.] "Fragmentum "hoc ἀνερμήνευτον reliqui, quoniam ſenſus ejus "prorſus eſt obſcurus." *Kuſter.* Ex quo auctore hunc locum deſcripſerit Suidas, compertum non habeo.* Miror tamen virum doctiſſimum ad eum ceſpitaſſe, cum Græca ſana, ſenſus planiſſimus ſit. Diſtinguendum utique poſt λόγας, atque ita vertendum: *Mittit igitur conditiones pacis, deſignatis legatis, qui poteſtatem haberent ad eam confirmandam.*

ΚΑΚΗ ΜΕΝ ΟΨΙΣ. Κόμμα παροιμίας.

Κακὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλαίᾳ φρένες.

Μένανδρος Σικυωνίῳ.] "Grotius in Excerptis "proverbium hoc ſic exhibet:

"Καλὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλαίᾳ φρένες.

"Sed altera lectio κακὴ, quæ Suidæ, Stobæi, et "Diogeniani conſenſu firmatur, temere reji-"cienda non eſt." *Kuſter.* Omnino placet Grotii lectio. De homine enim delicato dici videtur, et qui formæ ſtudebat: quales erant

---

ita Heſychius: Δηλοῖ δὲ, ὥς τινες, τὴ ἄκαρπον ἡλικίαν· ἄλλοι, ἐπὶ τῆς συγγενείας τοῦ σώματος. Legendum, ἐπὶ τῆς εὐγενείας. Vide in Addend. v. Γενία.

* Depromptus eſt hic locus ex Theophyl. Simocatt. Hiſt. lib. iii. cap. 15.

Sicyonii.

Sicyonii. Quod non animadvertit Kusterus. Accedit quodammodo Homerus Il. Γ. 45. PARS II.

Φάντες ἀριζῆα τρόμον ἔμμεναι, ὕνεκα ΚΑΛΟΝ
ΕΙΔΟΣ ἔπ'. ἀλλ' οὐκ ἔςι ΒΙΗ ΦΡΕΣΙΝ, οὐδέ τις ἀλκή.

Quo respexisse videtur Comicus.

ΚΑΜΑΤΗΡΟΥΣ. Κεκοπιακότας.—Μήπως καματηρὲς καὶ πνευςιῶντας ἀκμῆτι παραδῷ τοῖς βαρβάροις.] Hæc verba leguntur apud Arrian. Exped. Alexand. lib. v. p. 340. nisi quod nonnulla Suidas pro more immutavit.

ΚΑΜΕΙΡΑΙΑ ΙΣΧΑΣ. Βάβριος·

Μικρὸν δ' ἐπισχὼν εἶτ' ἔσωθεν ἐκκύψας
Ψαύειν ἔμελλεν ἰσχάδος Καμειραίας.]

In priore Babrii versiculo leve est mendum, quod viros doctissimos effugit. Legendum,

——ΕΙΤ' ἔσωθεν ἐκκύψας.

Paulisper autem moratus, deinde capite ex-
serto
Gustaturus erat ficus Camiræas.

Emendationem rejicit Tyrwhitt. Diss. p. 9. Porson. IV. 452.

ΚΑΠΗΛΙΣ. Παρὰ τὸ κακύνειν τὸν πηλόν. Πηλὸς δὲ ὁ οἶνος· ὅθεν καὶ ἄμπελος, οἱονεὶ ἔμπελος ὕδατα, ἢ ἐν αὐτῇ ἔχουσα τὸν πηλόν.] Depromptus est hic locus ex Scholiis ad Aristophanis Plutum ver. 435. Sed auctioribus iis et haud paulo melioribus,

PARS II. quam quæ nunc habemus. Deducitur autem vox καπηλὶς ſive καπηλὸς, ἀπὸ τῦ, πηλῦ, a vino ſcilicet vel vendendo, vel corrumpendo, vel ab utroque denique. Heſychius: Πηλὸς, οἶνος. Ἴωνες. Sophocles apud Etymol. Mag. v. Κάπηλος.

Πολὺς δὲ ΠΗΛΟΣ ἐκ πίθων τυρβάζεται.*

Atque hinc intelligendum videtur dictum illud Apollonii apud Philoſtratum i. 9. de homine, qui aqua intercute laborabat, et vino vacabat tamen. Ὕδατι ἐπαντλεῖς ΠΗΛΟΝ. *Aquæ vinum ſuperinfundis:* id quod κάπηλοι facere ſolent. Interpretes non intellexerunt. Quod vero Ionibus πηλὸς, idem Siculis, ut mihi quidem videtur, δηλός. Theocritus Idyll. x. 13.

Ἐκ πίθω ἀὐλεῖς ΔΗΛΟΝ· ἐγὼ δ' ἔχω ὐδ' ἄλις ὄξος.

Ita ſcribendum, et de vino intelligendum: quod vel ex oppoſito ὄξος ſatis liquet. Epicharmus Siculus apud Polluc. x. 71.

---

* Epigramma Macedonii in Surrentinos montes vitibus nobiles, apud Salmaſ. Plin. Exercit. in C. J. Solini Polyhiſt. p. 58. Edit. Traj. ad Rhen. 1689.

Συρρέντα τρηχεῖα μυρίπνοις χαῖρε κονίη,
Καὶ Πολλεντίνων· Γαῖα μελιχροτάτη.
Ἐστὶ γὰρ αἱ τριπόθητοι, ἀφ' ὧν βρομιώδεα ΠΗΛΟΝ
Φύρησαν Βάκχῳ τριζυγεὲς χάριτες.

Οὔτ'

Οὔτ' ἐν κάδῳ δηλοίμην, ἔτ' ἐν ἀμφορεῖ. PARS II.

Quibus verbis nec metrum nec ſenſus ineſt. Sicco tamen pede tranſiliunt Interpretes. Reſcribe meo periculo:

Οὔτ' ἐν κάδῳ ΔΗΛΟΣ ΜΕΝ, ἔτ' ἐν ἀμφορεῖ.

Neque in cado vinum eſt, neque in amphora.

Cæterum videtur vox πηλὸς de vino mixto ſive adulterato interdum dici. Quod vel patet ex joco neſcio cujus apud Demetrium Phalereum in elegantiſſimo libello de Elocut. §. 173. Ἔστι δὲ καὶ τῦ ἤθους τὶς ἔμφασις ἐκ τῶν γελοίων, καὶ ἡ παιγνίας ἢ ἀκολασίας. Ὡς καὶ τὸν οἶνον τὸν προχύθεντα ἐπιχὼν τὰ Πηλέα ἀντὶ Οἰνέως. Hæc ſunt inquinata admodum. Corrigit vir multæ et præclaræ eruditionis Thomas Galeus, οἶνον τὸν προχύθέντα πιπράσκοντα. Atqui in iſta emendatione ne mica quidem ſalis eſt. Neque enim Πηλεὺς dictus, quod vinum vendiderit, ſed quod corruperit: id quod ad Athenæum recte animadvertit magnus Caſaubonus. Legendum opinor: Ὡς καὶ ΤΟΝ οἶνον τ' προχυθέντα ΜΙΣΓΟΝΤΑ Πηλέα ἀντὶ Οἰνέως. *Qui vinum in cratere jugulabat*, ſive *aqua miſcebat*, *Peleus non Oineus vocandus.* Hinc jocus ſcilicet de eo qui ex vino bono, πηλὸν fecit non bonum.* Male autem

* Athenæus ix. 8. p. 383. Ἐπιτιμῶντες δέ τινι, φασὶν, μὴ δεῖν ΤΟΝ ΟΙΝΕΑ ΠΗΛΕΑ ποιεῖν. Ad quem locum vide Cl. Caſaub.

PARS II.

audiebant κάπηλοι ob vina corrumpenda. Quod ex Comico notiſſimum. Suidas: Καπηλικῶς. Ἀντὶ τοῦ, πανουργικῶς· ἐπεὶ οἱ κάπηλοι ὀνθυλεύσι τὸν οἶνον, ΣΥΜΜΙΓΝΥΝΤΕΣ αὐτῷ σαπρόν. Eſaias i. 22. Οἱ κάπηλοί σε ΜΙΣΓΟΥΣΙ τὸν οἶνον ὕδατι. Hinc vox uſitata ad hominem nebulonem ſive veteratorem denotandum. Lyſias in Orat. contra Æſchinem Socraticum apud Athenæum lib. xiii. p. 612. Ὅσους δὲ ἐράνους συνείλεκται, τὰς μὲν ὑπολοίπους φορὰς ὁ κατατίθησιν, ἀλλὰ πρὸς ΤΟΥΤΟΝ ΤΟΝ ΚΑΠΗΛΟΝ ὡς περὶ σήλην διαφθείροντας.* Ubi verba iſta, τοῦτον τὸν κάπηλον, de Æſchine ipſo intelligenda recte vidit vir præſtantiſſimus Henricus Valeſius ad Harpocrationem. Quod manifeſtum eſt ex loco Ariſtidis in Orat. contra Plat. p. 311. corrupto quidem eo, ſed opera noſtra jam jam emendando: Οὐ Λυσίας Πλάτωνα σοφιστὴν καλεῖ, ἢ ΚΑΠΗΛΟΝ Αἰσχίνην; Vulgò peſſime legitur, καὶ πάλιν Αἰσχίνην.† Ad Lyſiæ locum ſine dubio reſpexit Ariſtides. Non uno autem nomine male audiebant Κάπηλοι. Nam et περὶ τὰ μέτρα inique agebant: quod paſſim Comicis notatum. Quin et Καπηλείου

---

* De his verbis Lyſiæ vide Salmaſium de Uſuris p. 59.

† Vide autem Weſſelingium ad Herodot. p. 13. qui ex eodem Ariſtide: Οὐχ Ἡρόδοτος Σόλωνα σοφιστὴν κέκληκεν; ὁ Πυθαγόραν ΠΑΛΙΝ; ὁ Ἀνδροτίων τοὺς ἑπτὰ σοφιστὰς προσείρηκε; λέγω δὴ τοὺς σοφούς.

fores,

fores, ut Janua Ditis, ſemper apertæ, et hominibus proletariis perviæ: quod probroſum imprimis et infame. Jamblichus Vit. Pythag. cap. 34. Παραιτήσασθαι δὲ λέγονται τὰς τὰ μαθήματα ΚΑΠΗΛΕΥΟΝΤΑΣ, καὶ τὰς ψυχὰς, ὡς ΠΑΝΔΟΚΕΙΟΥ ΘΥΡΑΣ, ἀνοίγοντας παντὶ τῷ προσιόντι τῶν ἀνθρώπων. Hinc ſcite admodum Sophocles in Phineo apud Polluc. vii. 193. PARS II.

Βλέφαρον κέκλεισαι γ' ὡς ΚΑΠΗΛΕΙΟΥ ΘΥΡΑΣ.

Ita legendum, non θύραι. atque ita recte exhibet Editio prima. Eſt autem Attica locutio, βλέφαρον κέκλεισαι. *Palpebram habet clauſam Phineus, ut tabernæ januam*, i. e. ſemper apertam habet. Quod et doctiſſimo Kuhnio partim ſuboluiſſe video. Vir magnus ad Athenæum malebat, ὡς καπηλείου θύλαι. Sed ſenſus loci hominem fefellit. Huc facit Libanius Orat. x. in Julian. p. 294. Τὸ δὲ ἔργον ΚΑΠΗΛΩΝ· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι ΤΑΣ ΘΥΡΑΣ ἔωθεν ΑΝΟΙΓΟΝΤΕΣ σκοποῦσι περὶ τῆς ἐμπολῆς, ὅτως ὅτοι κερδῶν ἐμέμνητο.

ΚΑΙΠΙΔΩΣΕΙΝ ΜΟΙ ΔΟΚΩ ΤΟ ΧΡΗΜΑ ΜΑΛΛΟΝ. Ἀντὶ τοῦ, προαθήκην ἀχήσειν.] Decerptus eſt hic locus ex Ariſtophane in Lyſiſt. ver. 660. ubi legitur δοκεῖ. Quomodo et recte legendum viderat Cl. Kuſterus.

PARS II.

ΚΑΡΑΔΟΚΕΙ. Προσδοκᾷ.—Παραλίθενται Διφίλον λέγοντα· Τὴν νύκτ' ἐκείνην διεκαρανόμησεν.] "Hoc "fragmentum eſt corruptum, nec propter "brevitatem integrum habet ſenſum: quod "proinde fruſtra quis illuſtrare conetur." *Kuſter.* Diphili ſenarius nonnihil corruptus eſt, ſed ita tamen ut nullo negotio redintegrari poſſit. Reſcribe,

Τὴν νυκτ' ἐκείνην διεκαραδοκήσαμεν.

Noctem illam totam expectantes tranſegimus.

Ea eſt vis verbi διακαραδοκεῖν· quod quidem rariſſimum eſt.

ΚΑΡΔΟΥΧΟΙ. Σφενδονῆται ἄριστοι.] Indicare videtur Suidas locum Xenophontis Exped. Cyri, lib. iv. ubi de *Carduchis* ita ſcribit: Οὐδὲν γὰρ ἄλλο εἶχον ἢ τόξα καὶ ΣΦΕΝΔΟΝΑΣ. ΑΡΙΣΤΟΙ δὲ τοξόται ἦσαν.——εἴλκον δὲ τὰς νευρὰς, ὁπότε τοξεύοιεν, πρὸς τὸ κάτω τοῦ τόξου, τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνοντες. Ita legendus iſte locus, quem imperite admodum ſollicitarunt Editores. Nam quod Cl. Hutchinſonus legendum malit, τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προτείνοντες, vereor equidem ut ſatis Græcum ſit.* Eleganter dicitur, τῷ ἀριστερῷ

* Philoſtratus in Icon. p. 883. Ἔστηκε δὲ γυμνὸς, ἐν προσβολῇ, ΤΟΝ μὲν ΑΡΙΣΤΕΡΟΝ ΠΡΟΤΕΙΝΑΣ ΠΟΔΑ, ὄχημα εἶναι τῷ παντὶ σώματι, μεθισαμένῳ πρὸς τὸ τῆς κινήσεως ὀξύρροπον.

ποδὶ

τοδὶ προβαίνειν· *pede ſiniſtro anteriori procedere.* Quod quidem σχῆμα ſagittarii eſt. Strabo, lib. vi. Τῶν μὲν κατεχόντων τὸ τόξον, καὶ ΠΡΟΒΕΒΗΚΟΤΩΝ ΤΟΙΣ ΠΟΣΙ.* Ὑπαπτίδια προποδίζειν vocat Homerus, Il. N. 807. Quem locum non ſatis perceperunt Interpretes. Heſychius: Ὑπαπτίδια προποδίζων, ὑπὸ τὴν ἀσπίδα τιθεὶς τὰς πόδας, καὶ ὅτως ΠΡΟΒΑΙΝΩΝ. Quod parum accuratum eſt. Idem ὑπασπίδια προποδίζειν et τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνειν.† Notum quid ſit Tacticis ἐπ' ἀσπίδα· *to the left.*‡ Cæterum notandum quos hic vocat Xenophon τοξότας ἀρίστους, eos a Suida vocari σφενδονήτας ἀρίστους. Sed ſic ſolet noſter bonus.

Writer in Porſoni Not. Brev. in Xenoph. Anab. l. 269.

ΚΑΡΙΝΟΣ.——Οὗτος ὁ Καρῖνος βασιλεύσας πράγμα μὲν ἐς κοινὸν ὄφελος φέρων ὐδὲν εἰργάσατο.——Βαρυνομένων δὲ πάντων ὑπὸ τῇ πικρᾷ τυραννίδι συναναμιχθείσῃ νεότητι, καὶ πάντα ἐκμέλως καὶ δίχα

---

* Arrianus in Hiſt. Indic. libro, cap. 16. p. 331. Edit. Jac. Gronovii: Ἀλλ' οἱ μὲν πεζοὶ αὐτοῖσι τόξον τε ἔχουσιν ἰσόμηκες τῷ φορέοντι τὸ τοξον· καὶ τοῦτο κάτω ἐπὶ τὴν γῆν θέντες, ΚΑΙ ΤΩ ΠΟΔΙ ΤΩ ΑΡΙΣΤΕΡΩ ΑΝΤΙΒΑΝΤΕΣ, οὕτως ἐκτοξεύουσι, τὴν νευρὴν ἐπὶ μέγα ὀπίσω ἀπαγαγόντες. Vide Suid. ad v. Ἄραβες.

† Idem ad v. Προπαδίζων. Προβαίνων πρὸ τῆς ἀσπίδος. Lege, ΠΡΟΒΑΔΙΖΩΝ ΥΠΟ τῆς ἀσπίδος. Vide Ruhnken. in Addend. ad Heſychium.

‡ Ita apud Dionyſ. Halicarn. vol. ii. p. 182. Ed. Hudſon. ἐπὶ δόρυ· *to the right.*

λογισμῷ

PARS II. λογισμῷ πράττοντος.] Totum hunc articulum ad Eunapium refert Kuſterus. Sed fallitur. Sunt enim hæc verba Joannis Antiocheni in Excerptis a Valeſio editis, p. 834. ubi recte legitur, ἐς κοινὸν ὄφελος ΦΕΡΟΝ ἐδὲν εἰργάσατο — χ᾽ δίχα λογισμῷ ΠΡΑΤΤΟΥΣΗι. Quomodo et apud Suidam ſcribendum eſt.

Porſon. IV. 453. ΚΑΡΧΑΡΟΔΟΝΤΑ. Ὅσα τραγγύλως καὶ ἐναλλάσσοντας τὰς ὀδόντας ἔχουσι, λέων, κύων, πάρδαλις, ἀε[ί]δὲς, χ᾽ ἰχθύων γένος, ἃ σαρκοφάγα εἰσί.] "Sic "etiam legitur apud enarratorem Comici. "Sed, ut verum fatear, vocem iſtam, ἀέτιδες, "ſuſpectam habeo, quoniam non memini me "uſquam de iſto genere animalis aliquid le- "giſſe." *Kuſter.* Deſcriptus eſt hic locus, ut recte monuit Kuſterus, ex Schol. ad Ariſtoph. Equit. ver. 1014. qui eandem ſcripturam præfert, quam noſter Suidas. Sed uterque fœdiſſime corruptus eſt; reclamante licet Jacobo Gronovio, Mutilat. Suid. p. 26. qui novum quoddam animal, credo, hic intelligendum exiſtimavit, quod Africa non novit.* Tu vero noli dubitare quin hoc monſtrum nobis ſatis feliciter fuerit procuratum, atque adeo locus ita legendus atque inſtaurandus ſit: Λέων,

---

* Suidas ad v. Πελαγιδεῖς. Πελαγῶν παῖδες· ὥσπερ ΑΕΤΙΔΕΙΣ οἱ τῶν αἰετῶν. Sed iſta vox Αετιδεῖς, nullum locum hic habet.

κύων,

Tyrwhitt. IV. 420.

κύων, πάρδαλις, ΚΑΙ ΕΙ ΤΙ ΑΛΛΟ· καὶ ἰχθύων γένος, ἃ σαρκοφάγα εἰσί. *Ut leo, canis, pardus, et si quod aliud sit ejusmodi. Item pisces, qui carnivori sunt.* Ita locutus est noster infra: Μώνυχα ζῶα. Ἵππος, ὄνος, ὀρεὺς, ΚΑΙ ΕΙ ΤΙ ΑΛΛΟ. Idem: Συνόδοντα ζῶα. Βοῦς, πρόβατον, αἴξ, ΚΑΙ ΕΙ ΤΙ συμβέβηκεν ΑΛΛΟ σέαρ ἔχειν, ἀλλ' ὃ πιμελήν. Idem, v. Χαυλιόδων. Καὶ ζῶα χαυλιόδοντα, τὰ φαίνοντα ἔξω τοὺς ὀδόντας, οἷον ἀσπάλαξ, ἐλέφας, σῦς, ΚΑΙ ΕΙ ΤΙ ΑΛΛΟ. Artemidorus, lib. iii. p. 168. Κώνωπες δὲ, καὶ αἱ λεγόμεναι ἐλπίδες, (leg. ἐμπίδες) ΚΑΙ ΕΙ ΤΙ ΑΛΛΟ ὅμοιον. Nihil verius hac emendatione. Error autem ortus videtur ex affinitate literarum. Quod vero addit Suidas, καὶ ἰχθύων γένος, ἃ σαρκοφάγα εἰσί· notandum pisces in universum fere omnes καρχαρόδοντας esse: id quod docet Aristoteles, Hist. Animal. lib. ii. p. 33. Οἱ γὰρ ἰχθύες πάντες σχεδὸν καρχαρόδοντές εἰσι.

ΚΑΣΟΣ. Ῥωμαίων γῆν ὁ νικήσας τὴν μονὰξ μάχην, ἀνεδεῖτο στεφάνῳ ἀγρώστεως· Καὶ ἦν Κάσος ἄμαχος· φησὶν Αἰλιανός.] "Nullam video ratio-"nem, quare Ælianus in linguam Græcam "receperit hoc Latinum vocabulum *Casus*. "Crediderim nomen hoc fuisse viri, qui in "tali certamine fuerit ἄμαχος, sive jam in-"tegrum illud est, sive corruptum." *Perizonius ad Ælian.* Vocem Κάσος suspectam etiam habuit

PARS II.

habuit Kuſterus. Nec immerito. Scribendum utique: Κόσσος. Intelligit Ælianus A. Cornelium Coſſum, cujus nomen non incelebre in Hiſtoria Romana. Livius, lib. iv. cap. 20. *Longe maximum triumphi ſpectaculum fuit*, Coſſus *ſpolia opima regis interfecti gerens.* Plutarchus in Marcello: Πρῶτος μὲν γὰρ ἀνήνεγκε σκῦλα Ῥώμυλος, ἀπὸ Ἄκρωνος τοῦ Καινινήτου· δεύτερος δὲ, ΚΟΣΣΟΣ ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ ἀπὸ Τολεμνίου Τυρρηνοῦ· μετὰ δὲ τούτους, Μάρκελλος, ἀπὸ Βριτομάρτου βασιλέως Γαλατῶν· μετὰ δὲ Μάρκελλον, οὐδεὶς ἕτερος. Quæ totidem fere verbis leguntur etiam apud eundem in Romulo. Atque hinc coarguendus venit Scriptor neſcio quis apud Suidam in v. Ὄπιμα. Ὁ δὲ ΚΟΣΣΟΣ τὸν βασιλέα Γάλλον ἀποκτείνας, τὰ σκῦλα τῷ Διῒ ἀνέθηκε. Ubi de Coſſo dicuntur, quæ non niſi ad Marcellum pertinebant. Neque enim Coſſus Gallorum regem interfecit, ſed Marcellus: quod ex modo dictis patet. Cæterum ad hunc locum Æliani reſpexiſſe videtur Suidas infra: Μονομαχία μάχη. Ἡ μονομαχία.

ΚΑΤΑΒΟΗ. Μέμψις. Κατηγορία.—Ὁ δὲ ἐχθρὸς ἥκιστα ἐπιμέμφεται αὐτῷ, ἢ καταβοὴν ποιήσεται τοῦ ἀνδρὸς ἐκ ἐλαχίστην.] Hæc ſunt verba Menandri in Excerptis Hœſchelii, pag. 122.

ΚΑΤΑΔΙΑΙΤΗΣΩ. Καταδικάσω. Καταχρινῶ.—Εἰ δέ γ' ἐς τἀναντίον ὀφθήσεται ἀδίκως ἐπεγκαλῶν, αὐτὸς

αὐτὸς ἐγὼ καταδιαιτήσω τῷ Σαρακηνῷ.] Et hunc locum deprompsit Suidas ex Menandro in Excerptis Hœschelii, pag. 84. PARS II.

ΚΑΤΑΙΞ. Καταιγίς. Ἡδ' ἀπὸ Μηρισσίου θοὴ βορέαο καλάϊξ. Ἥτοι ἀπὸ τῆς Θρᾴκης.] Depromptus est hic versus ex poeta aliquo, qui hodie in desideratis est. Quin et, quod nemo vidit, non uno mendo dehonestatus est. Rescribendum utique:

Ἡ δ' ἀπὸ ΜΗΡΙΖΟΙΟ θοὴ βορέαο καταΐξ.

Est autem Μήριζος mons Thraciæ. Hierocli in Synecdemo, Μόριζος. Plinio, *Merisus*. Sed Constantinus in Thematibus recte admodum Μήριζον vocat. Quam quidem scripturam satis confirmat hexametri nostri modulus. Videtur autem vel Apollonii vel Callimachi esse; nam utriusque plurima desiderantur. Quod et doctissimo Ruhnkenio visum.

ΚΑΤΑΚΩΧΗ. Ἡ καλάσχεσις. Καὶ αὐτὸ τὸ χωρίον. Ἐπιτείχισμα ἦν πρὸς κατακωχὴν τῆς ὥρας.] Hæc festinantem Kusterum non sunt remorata. Doctissimus Hemsterhusius ad Luciani Nigrinum emendabat, πρὸς τὴν κατακωχὴν τῆς χώρας. Quo nihil verius. Sed ne sic quidem salva res est. Obstat enim vox χωρίον, quæ neutiquam interpretatio esse potest τῷ, καλακωχή. Nos pulcherrimam ῥῆσιν Suidæ restituimus.

Repono

PARS II. Repono certiſſime: Καταχωχή. Ἡ κατάχεσις. Καὶ αὐτὸ τὸ χωρίον ἐπιτείχισμα ἦν πρὸς καταχωχὴν τῆς χώρας. *Natura loci pro munimento erat.** Optime rem explicabit Harpocratio, et poſt eum Suidas: Ἐπιτείχισμα, τὸ τειχιζόμενον κατά τινων ΧΩΡΙΟΝ, ὅθεν ἦν τὰς ἐπιτειχισθέντας κακῶς ποιεῖν. Quæ et noſtram lectionem non parum corroborant. †

ΚΑΤΑ ΠΗΧΥΝ ΕΠΕΔΙΔΟΥ. Ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὰ κρείττω προκοπτόντων. Ὁ δὲ Φιλόσοφος ἀνεμπόδιστος εἰς ἐπίδοσιν διετέλει, καὶ ἐπεδίδου κατὰ πῆχυν, ὡς φάναι, ἀτεχνῶς ἀχρὶ τοῦ πανικοῦ δυσυχήματος.] Fragmentum hoc ex Damaſcii Hiſtoria Philoſophica decerptum eſt: quod et res et ſtilus indicat. Idem etiam exhibetur ſupra v. Ἐπίδοσιν. ubi legitur, Ὁ δὲ φιλοσοφῶν. Sed Græca minime ſincera ſunt. Reſcribendum proculdubio: ἀχρὶ τοῦ ΠΑΝΟΙΚΙΟΥ δυσυχήματος. Locus ita vertendus eſt: *Ille autem in Philoſophiæ ſtudio, nullis impedimentis retardatus, cubito, ut aiunt, iden-*

---

* Conſulendus Hermias apud Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 191.

† Quin et χῶρος pro *loco munito* uſurpatur ab Æliano Var. Hiſt. iv. 8. Καὶ μικρὸν χῶρον καταλαβών, καὶ ἀθροίσας ὀλίγες τινὰς τίωτας, ἀνεκτήσατο τὴν ἀρχήν. Dionyſ. Halicarn. v. 22. p. 282. Ὀχυρωτέραις ἐκπαλίναυλο καὶ ἀσκευαῖς τὲ καὶ φυλακαῖς, περὶ πάντὸς ποιέμενοι μὴ γενέσθαι τοῖς πολεμίοις ἐπίκαιρον ΧΩΡΙΟΝ ἐπιτείχισμα κατὰ τῆς πόλεως.

tidem

tidem proficiebat, uſque ad calamitatem illam, quæ totam ejus domum oppreſſit. Nihil, opinor, certius hac emendatione. De Iſidoro autem Philoſopho hic agi videtur, de quo Damaſcius apud Photium, p. 1032. Ὑποπεσὼν δὲ συμφορᾷ δημευθῆναι τὰ ὄντα. Quod de hac ipſa calamitate, quam πανοίκιον vocat Suidas, accipiendum. PARS II.

ΚΑΤΑΠΛΗΞ. Ὁ συνεχῶς πεπληγμένος. Θεόπομπος·

Ἀλλ' ἡ μὲν Εἰλείθυια συγνώμην ἔχει
Ὑπὸ τῶν γυναικῶν ὅσα καταπλὴξ * τὴν τέχνην.]

Hæc auctiora longe leguntur apud Harpocrationem, quem compilavit Suidas. Deſumpti autem ſunt iſti verſiculi ex Theopompo ἐν Τισαμένῳ· ut nos docet Harpocratio. Interpres autem nec ſenſus nec Græciſmi rationem habuit. Ita enim vertit: *Sed Lucina quidem a mulieribus aſſidue arte percuſſa veniam ipſis dat.* Nimirum id libenter agunt nonnulli, ut ea vertant, quæ non intelligunt. Quod fecit noſter Interpres. Senſus autem verborum, ſi modo

* Plutarchus in Fabio Maximo p. 394. Edit. Bryan — Παῦλον Αἰμίλιον, ἄνδρα πολέμων ἔμπειρον, ἐκ ἀρετὴν δὲ τῷ δήμῳ, κ) καταπλῆγα πολλῶν. Lege, καταπλῆγα ΥΠΟ ΤΩΝ πολλῶν. Heliodorus in Æthiop. lib. ix. p. 416. Καταπλῆγες ἄνθρωποι, καὶ οἷοιας ἤδη πρὸς τῶν περιεχόντων κινδύνων ἀνάμεσοι.

ſana

PARS II. ſana ſint, ejuſmodi eſſe videtur: *Lucinam ita obtundi a mulieribus, ut neſciat utique quid agat; id tamen eis condonare.* Sed illud καταπλὴξ τὴν τέχνην nove dictum eſſe puto. Adde quod de mulieribus *parturientibus* hic ſermo eſt: quod tamen in Græcis neutiquam comparet. Quare nullus dubito quin hunc locum ita, fauſta et favente Critice, recte reſtituerim:

Ἀλλ' ἡ μὲν Εἰλείθυια συγνώμην ἔχει
Ὑπὸ τῶν γυναικῶν ὅσα καταπλὴξ ΤΩΝ ΛΕΧΩΝ.

Καταπλὴξ ὑπὸ τῶν λεχῶν· *a mulieribus parturientibus percuſſa et fatigata.* Orpheus in Hymno primo:

ΕΙΛΕΙΘΥΙΑ λύσα πόνους δεινοῖς ἐν ἀνάγκαις·
Μένην γάρ σε καλέσι ΛΕΧΟΙ——

Cæterum ad hunc locum Theopompi manifeſte reſpexit Schol. ad Sophocl. Elect. ver. 5. qui et ſubtiliter ſatis, ut mos eſt iſtorum hominum, rem explicat et enarrat: Καταπλὴξ, ὁ συνεχῶς πεπληγμένος. Καὶ ΚΑΤΑΠΛΗΞ ΕΙΛΕΙΘΥΙΑ, ἡ πληγὰς συνεχεῖς (Angl. *Throws*) ἔχουσα. εἰσὶ δὲ εἰλείθυια οἱ τόκοι, καὶ αἱ ἔφοροι τῶν τόκων θεαί.

ΚΑΤΑΠΡΟΙΞΕΤΑΙ—Ἀρχίλοχος· Εὐ δ' ἐκεῖνος ἀ καταπροΐξεται. Ἡρωδιανὸς δὲ ἐν Ἐπιμερισμοῖς παρὰ τὸ ἴσως φησί. Καὶ Ἀρχίλοχος· Προτείνω χεῖρα καὶ προὶσ-

προΐσσομαι.] Vide Etymol. Mag. v. Προΐκτης. ubi Archilochi ſenarius ita recte legitur:

Ἐμεῦ δ' ἐκεῖνος ȣ̓ καταπροΐξεται.
Ille vero haud impune me deridebit.

Heſychius: Καταπροΐξεις, καταφρονήσεις. Legend. Καταπροΐξει. Ariſtoph. Nub. ver. 1242.

Οὐ τοι μά τὸν Δία τὸν μέγαν, ϗ τȣ̀ς θεȣ̀ς,
ΕΜΟΥ ΚΑΤΑΠΡΟΙΞΕΙ——

Quin et viciſſim ex Suida emendandus Etymologus, apud quem male ſcribitur: προτείνω χεῖρα, προΐσσομαι. Sed recte noſter:

—— Προτείνω χεῖρα, ϗ προΐσσομαι.

Quomodo et corrigendus Schol. ad Homer. Odyſſ. P. 352. Προΐκτῃ, μεταίτῃ, παρὰ τὸ ἱκετεύειν ϗ προσαιτεῖν. Ἀρχίλοχος· Προτείνω χεῖρα, Προΐσσομαι. Noli dubitare quin Suidæ lectio veriſſima ſit. Vertendum utique:

Manum porrigo, et ſtipem peto.

ΚΑΤΑΣΚΕΔΑΖΕΙΝ. Γενικῇ.—Καὶ ὁ μὲν Ξενοφὼν λέγει. Ἀναςὰς ὡς εὐθὺς συνέπιε, καὶ συγκατεσκεδάσατο τὸ μετ' αὐτȣ̃ κέρας.] "Peſſime. Re-"ſcribendum enim eſt ex Xenophonte, Ἀνα-"ςὰς ὁ Σεύθης συνεξέπιε. Quæ autem ſequuntur, "nec apud Xenophontem nec apud Suidam "ſatis emendata ſunt, quæ ſic legenda puto: "Καὶ συγκατεσκεδάσατο εἰς τȣ̀ς μετ' αὐτȣ̃ τὸ κέρας."

Kuſter.

PARS II.

Ex Etym. versum sanarunt Pierson. in Moerin. 275. Valck. in Herod. III. 36. Porson. IV. 453.

PARS II.

Kuſter. Perperam omnino vir doctiſſimus. Nec quicquam melius Cl. Hutchinſonus ad locum. p. 210. Utrumque ſcilicet fefellit vis verbi Κατασκεδάζειν.* Atqui aperte Suidas: Κατασκεδάζειν. Γενικῆ. Quod ad veram lectionem quaſi manu ducit. Apud Xenophon. Exped. Cyri, lib. vii. 3. 16. ita legitur: Ἀναϛὰς ὁ Σεύθης συνεξέπιε, καὶ συγκαλεσκέδασε τῷ μετ' αὐτὸν τὸ κέρας. Unde certiſſima ſe offert emendatio: συγκατεσκέδασε ΤΩΝ μετ' αὐτὸν τὸ κέρας. *Quod reliquum erat vini in convivas effudit.* Quod et vidit, ut poſtea animadverti, doctiſſimus Pierſonus ad Mœrin. Huc alludere videtur Lucian. in Sympoſio: Καὶ ἅμα, ἔτυχε γὰρ πίνων, ὁπόσον ἔτι λοιπὸν ΗΝ ἐν τῇ κύλικι, περὶ ἥμισυ σχεδόν, ΚΑΤΑΣΚΕΔΑΣΕΝ ΑΥΤΟΙΝ. Ita legendus iſte locus. *Quod reliquum erat in poculo, dimidium fere, in eos effudit.*†

Porſon. Not. Brev. in Xenoph. lvii. 524

---

* Photius in Lex. MS. v. Κατασκεδάζειν. Ἔθος ἦν Θρᾴκιον ἐν τοῖς συμποσίοις, ἵνα ὅταν πίωσι τὸν οἶνον οἱ συμπόται ὅσον δύνανται, τὸ λοιπὸν τοῦ οἴνου καταχέωσι κατὰ τῶν ἱματίων τῶν συμποτῶν, ὅσπερ ἔλεγον ΚΑΤΑΣΚΕΔΑΖΕΙΝ. Οὕτως Ξενοφὼν ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Κύρου Ἀναβάσεως. Μέμνηται τοῦτο καὶ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις. Καὶ ὁ μὲν Ξενοφὼν λέγει· Ἀναϛὰς ὡς εὐθὺς συνέπιεν, καὶ συγκατεσκεδάσατο αὐτῷ τὸ κέρας. Idem eſt hic locus ex Xenophonte, quem deſcripſit Suidas.

† Antiphanes in Aliptria apud Athenæum iii. 35. p. 123.

Ἐὰν δὲ τἀργαστήριον ποιῆτε περιδόητον,
ΚΑΤΑΣΚΕΔΩ, νὴ τὴν φίλην Δήμητρα, τὴν μεγίστην
Ἀφύταιναν ΥΜΩΝ, ἐκ μέσου βάψασα τοῦ λέβητος
Ζέοντος ὕδατος. Εἰ δὲ [μὴ,] μηδέποθ' ὕδωρ πίοιμ' [ἄν]
Ἐλευθέριον.

Sunt

ΚΑΤΑΣΤΑΣΙΣ. Ἡ ἔπειξις. Ἡ σφοδρότης. Ὁ δὲ τότε συλλαβὼν αἰκίζεται λύμῃ πάσῃ καὶ καλασάσει.] Mendum manifeſtum. Scribendum vel ex literarum ordine, Καλάτασις. Addo quod ita recte legatur in v. Λύμη, ubi idem fragmentum, idque haud paulo auctius, repetitur. Eſt autem ex Æliano, opinor: id quod liquet quodammodo ex Suida in v. Στρεβλούμενος.

ΚΑΤΑΤΡΥΦΗ. Καταφυγή. Ἀλλ' ἐρῶ· ὃ γὰρ ἔχω κατατρυφήν. Ἀντὶ τοῦ ἀποφυγὴν τοῦ μὴ εἰπεῖν.] "Cave credat lector, τὸ κατατρυφὴ unquam "ſignificare poſſe καταφυγή. Sed ita ſtatuendum "eſt, vocem poſteriorem eſſe prioris emenda-"tionem, non vero interpretationem." *Kuſter.* Quod de hoc loco ſtatuendum cenſuit vir doctiſſimus, nauci non eſt. Eandem tamen cantilenam canit infra ad v. Ὡρακιάσας.* Lambertus Bos, vir doctiſſimus, malebat, Καλλιροπὴ, καταφυγή. Perperam uterque. Repone, Κατακρυφή. Καλαφυγή. Reſpexit noſter ad Sophoclis Oedip. Col. ver. 210.

Sunt Iambici tetrametri. Hic male interpres. Plutarchus de Liberorum Educatione, Edit. Lipſ. 1748. Ἀριſτοφάνης δὲ, ὅτε τὰς Νεφέλας ἐξέφερε, παιδίοις πᾶσαν ὕβριν ΑΥΤΟΥ ΚΑΤΑΣΚΕΔΑΝΝΥΝΤΟΣ, καί τινος τῶν παρόντων τὰ τοιαῦτα ἀνακωμῳδοῦντος· Οὐκ ἀγανακτεῖς, εἰπόντος, ὦ Σώκρατες; Μὰ Δί' ἐκ ἔγωγε, ἔφησεν· ὡς χθὲς ἐν συμποσίῳ μεγάλῳ, τῷ θεάτρῳ σκώπτομαι. Ubi vide notas.

* Et ſupra ad v. Γαλῆ.

PARS II.

Ἀλλ' ἐρῶ· οὐ γὰρ ἔχω ΚΑΤΑΚΡΥΦΑΝ.

Sed dicam: Neque enim eſt ut celare poſſim.

Ubi vide Scholiaſtam, quem exſcripſit Suidas.

ΚΑΤΑΤΡΥΧΕΙΝ. Ἔλαττον. Πιέζειν. Οὐκ ἔστιν ἀνδρῶν καταπτύχειν ἑαυτὸς μερίμναις ταῖς κινδύνοις ἐκ ἐχέσαις.] "Scribendum puto, βλάπτειν, πιέ-"ζειν; vel ſimile quid. Lectio enim vulgata "manifeſto mendo laborat." *Kuſter.* Violenter nimis, vir doctiſſime. Leniori arte res ſublevanda eſt. Reponendum ſine dubio: Κατατρύχειν. ΕΛΑΤΤΟΥΝ. Πιέζειν. Quo quidem verbo, ut alios taceam, utitur Polybius, lib. iii. p. 334. Βαλόμενος ἅμα μὲν ἀφωρισμένους πλήθος ΕΛΑΤΤΟΥΝ ἀεὶ τὸς ὑπεναντίους. *Adverſarios atterere et diminuere.* Nihil proclivius hac emendatione.

ΚΑΤΑΙΝΕΣΑΝΤΟΣ. Συγκαταθεμένους. Τὸ δὲ καταινέσαντος τὸ νῦν εἶναι, καταίσιν ὑπόσπονδοι.] Hunc locum non intellexit Interpres. Ita enim reddit: *Cum autem aſſenſu ſuo rem probaſſet, fide data et accepta in urbem redeunt.* Atqui, mi homo, τὸ νῦν εἶναι, eſt, *in præſentia.* Lucian. de Merced. Conduct. Τὸ δὲ νῦν εἶναι, ἱκανὸν ἦν ὑποδεῖξαι, ὡς οὐδ' οἱ διὰ ταύτην λέγοντες ἀποδιδοῦναι τὴν πρόφασιν ἀληθεύοιεν ἄν. *In præſentia ſatis fuit oſtendiſſe, neque eos verum dicere, qui hac de*

de cauſa ſe ipſos vendidiſſe prædicant. Quare locum Suidæ ita interpretandum eſſe cenſeo: *Cum vero aſſenſum ſuum pro tempore dediſſet, fide data et accepta in urbem redeunt.* Eſt autem hoc fragmentum Polybio, ſi quid judico, adſignandum. Nihil vero notius apud Græcos quam τὸ νῦν εἶναι, ἐκών γε εἶναι, quibus addo tertium, nemini, quod ſciam, obſervatum, σέ γε εἶναι· *quod ad te attinet.** Atque hinc explicandus locus Sophoclis, quem nemo Criticorum intellexit. Eſt autem Oedip. Col. ver. 1186.

—— ὡς ΜΗΔΕ δρῶντά σε
Τὰ τῶν ΚΑΚΙΣΤΑ ΔΥΣΣΕΒΕΣΤΑΤΩΝ,† πάτερ,
Θέμις, ΣΕ Γ' ΕΙΝΑΙ, κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς.

—— *Ut etiamſi adverſus te ille*
Sceleratiſſime et impientiſſime fecerit, pater,
Non fas ſit tamen, quod te attinet, illi
male rependere.

Porſon. IV. 453.

Ita legendus et vertendus iſte locus.

---

* Addo quartum, τὸ τὴμερον εἶναι, apud Alciphr. Ep. i. ubi vide Bergler. Et apud Ariſtid. vol. i. p. 275. Edit. Jebb. Vide viros doctos ad Tho. Magiſtrum p. 845. Edit. Lug. Bat. 1757. Confer Platon. in Cratylo p. 25. Edit. Fiſcher. Ita quoque Baſilius in lib. de *Quomodo legendi Græcorum libri*, p. 91. Ed. Grot. Καὶ μηδένα Φαιάκων ΕΝ ΤΩ ΤΟΤΕ ΕΙΝΑΙ ἄλλό τι ἂν εὔξασθαι μᾶλλον, ἢ Ὀδυσσέα γενέσθαι, καὶ ταῦτα ἐκ ναυαγίου περισωθέντα. Vide et p. 108.

† Lege, ΚΑΚΙΣΤΩΝ Κ'ΑΣΕΒΕΣΤΑΤΩΝ. Sic Plato de Legibus lib. x. p. 228. ΚΑΚΙΣΤΟΣ ΚΑΙ ΑΣΕΒΕΣΤΑΤΟΣ. Vide nos in Præfat. ad Emend. P. iii.

PARS II.

ΚΑΤΕΑΓΟΤΩΝ. Αὕτη τοίνυν ἡ προθυμία ἐνίοις τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων, καὶ ἅμα διεφθαρμένων τὰς διανοίας, ἐπὶ κωμῳδίαν ἐτράπη καὶ γέλωτα πολύν.] Hic locus decerptus eſt ex Damaſcio in vita Iſidori, ut nos docet Photius in Excerptis, pag. 1045. Hinc autem Excerpta Photiana, quæ manifeſto laborant, nonnihil ſuppleri atque ampliari poterunt. Quod notabit lector eruditus.

ΚΑΤ' ΕΜΟΥ ΩΜΝΥΟΝ. Ὁ ποτὲ ζηλωτὸς καὶ περίβλεπτος νῦν ὅρκος γέγονα τοῖς πάλαι θαυμάζουσι. Κατὰ γὰρ τῶν ἐμῶν ὀμνύουσι συμφορῶν.] Reſpexit Suidas ad Pſalm. cii. 8. Καὶ οἱ ἐπαινοῦντές με κατ' ἐμοῦ ὤμνυον. Quod et recte monuit vir ſummus in Caſaubonianis. Quæ vero ſequuntur, videntur eſſe ex commentatore aliquo in locum Pſalmographi. Et notanda verba, quia pulcherrima ſunt, et ſenſum quidem elegantiorem atque exquiſitiorem præferunt. *Ego quondam feliciſſimus et dignitate conſpicuus, nunc juſjurandum factus ſum illis, qui me ante ſuſpiciebant. Per meas enim calamitates jurant.**

---

* Libanius Epiſt. xviii. p. 7. Ἐμοὶ σχῆμα μὲν ἀρκοῦν οἱ λόγοι, δι' οὓς οὐδεπώποτε ταπεινότερον ἡγησάμην ἐμαυτὸν ὑμῶν, ὧν ἡ λαμπρότης ὅρκος τοῖς κόλαξι. Schol. ad Pindar. Nem. xi. p. 430. Ἰδίως γὰρ οἱ παλαιοὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ ὅρκου ὤμνυον.

KATE-

ΚΑΤΕΣΠΟΔΗΣΕ. Καλέκοψεν. Ἑταίρα τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει κατεπόδησε.] Depromptus est hic locus ex Aristoph. Thesmoph. ver. 567. ubi ita legitur: PARS II. Porson, IV. 453.

Οὐδ' ὡς τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει γυνὴ κατεπόδησεν.

Intelligendus autem poeta de morte Agamemnonis, quem securi percussit uxor Clytæmnestra. Sophocl. Electr. ver. 93.

Ὅσα τὸν δύσηνον ἐμὸν θρηνῶ
Πατέρ', ὃν κατὰ μὲν βάρβαρον αἶαν
Φοίνιος ἄρης ἐκ ἐξείνισε.
Μήτηρ δ' ἡ μὴ, χῷ κοινολεχὴς
Αἴγισθος, ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι,
Σχίζουσι κάρα ΦΟΝΙΩι ΠΕΛΕΚΕΙ.

Erat autem Clytæmnestra Ægistho pro uxore; Hinc ἑταίραν vocat Suidas.

ΚΑΤΕΤΑΧΗΣΕ. Κατέσπευσε.] Polybius, lib. iii. p. 238. Διεψεύσθησαν δὲ τοῖς λογισμοῖς· ΚΑΤΕΤΑΧΗΣΕ γὰρ αὐτὸς Ἀννίβας. *Sed frustra fuerunt: Nam ipsos Hannibal antevertit.* Quo respexisse videtur Suidas.

ΚΑΤΕΧΕΙ. Κατέχεεν. Ἐπέρρει. Ὁ δὲ πολλὴν καλέχει τότε κεφολογίαν. Ἀντὶ τοῦ, ἐλοιδόρει. Καὶ αὖθις· Δήσαντες ὀπίσω τὰς χεῖρας, πολὺ κατέχεον τοῦ γάλακτος. Πρὸς γενικὴν ἡ σύνταξις.] Ex quo fonte ἀποσπασμάτια ista hauserit Suidas, mihi Porson. IV. 453.

PARS II. quidem incompertum eſt. Sed poſterius ſincerum non eſt: id quod nemini non patebit, cum ſemel emendavero. Repono: Δήσαντες ὀπίσω τὰς χεῖρας, πολὺ τῦ γάλακτος κατέχεον ΑΥΤΟΥ. Recte neſcio quomodo Interpres: *Cum manus ejus a tergo religaſſent, multum lactis in eum effuderunt.* Vox αὐτῦ ad ſenſum loci et mentem Gloſſographi plane neceſſaria eſt. De victima autem humana, et lactis libamine hic agi videtur. Quod imprimis notandum.*

ΚΑΤΕΧΟΥΣΙ Δ' ΕΡΩΤΕΣ ΕΜΑΣ ΠΟΛΕΙΣ. Λείπει ἀνθρώπους. Ἀντὶ τῦ, ἐρῶσιν οἱ ἄνθρωποι τῆς ἐμῆς πόλεως.] "Hæc apud Ariſtophanem me legiſſe puto: quamvis locus nunc non ſuccurrat. Forte in *Avibus* exſtant." *Kuſter.* Recte vir doctiſſimus. Ariſtoph. Av. 1316,

Porſon. IV. 454.

Κατέχουσι δ' ἔρωτες ἐμᾶς πόλεως,

Quomodo et ſcribendum eſt apud Suidam, qui Scholiaſtam Comici pro more compilavit. Ita autem locutus eſt Plutarchus in Alcibiade; Τοσῦτος ἔρως ΚΑΤΕΙΧΕ τὸν ἄνθρωπον.

---

* Plutarchus in Artax. p. 293. Edit. Bryan. Φαγόντι δὲ, πιεῖν μέλι, ᾧ γάλα συγκεκραμένον ἐγχέουσιν εἰς τὸ στόμα, καὶ κατὰ τοῦ προσώπου καταχέουσιν. Suidas ad v. Ἐπίκηρος p. 815. Ἐὰν δέ τις (Ἐπικηρείων) ἁφίκηται θρασύνομενος, καὶ τὰ ἐκ τῦ νόμου παρ' ὐδὲν ποίησηται, δεδέσθω ἐν κύφωνι πρὸς τῷ ἀρχείῳ ἡμερῶν εἴκοσιν, ἐπιῤῥεόμενος μέλιτι γυμνὸς, καὶ γάλακτι, ἵνα ᾖ μελίτταις καὶ μύαις δεῖπνον.

ΚΑΤΕ-

ΚΑΤΕΧΡΩΝΤΟ. Ἀνήρει. Ἐφόνευον.—Ἄλλοι ἑαυτὸς κατεχρῶντο. αὐθένται ἐγίγνοντο.] Fragmentum hoc depromptum est ex Dione in Excerptis ab Ursino editis, p. 399. Quod diligentissimum Editorem nuperum fugisse video. Verba autem ista, αὐθένται ἐγίγνοντο, sunt non nisi interpretatio præcedentium. Suid. v. Ἀληρόταλον——Οἱ δὲ ἐγέλων γέλων ἀτηρόν. βλαβερόν. Ubi βλαβερὸν est nihil aliud quam interpretamentum vocis præcedentis. Sic solet noster: quod non semel observavimus. PARS II.

ΚΑΙΝΟΠΡΕΠΕΣ. Μηχάνημά τι καινοπρεπὲς ἐτεκτήνατο λαθραίως—ἀποκλείει τὰς ὄχθας δι' αὐτῆς τῆς ποταμῆς ἑκατέρωθεν σκευάσας Δαρείους· ἐν οἷς βοήθειαν ἀποχρῶσαν βαλὼν, ἐξέρει τὴν πόλιν τῶν ἐκ τῆς θαλάσσης ἀγωγίμων.] "Vox Δαρείους in mendo "cubat, quam emendare non est proclive; "quoniam auctor, ex quo fragmentum hoc "depromptum est, ignoratur, vel plane forsan "intercidit. Ego interim cum aliud non suc- "curreret, τύργους in versione expressi." *Kuster.* Hunc locum, cujus sensus satis obvius est, corruptum esse facile vidit vir doctissimus. Sed medicina deerat. Aliud enim est quid sit pravum atque ὕπουλον in oratione indicare, aliud Scriptoris manum instaurare. Eam vero tibi ita præstandam esse censuerim: ἑκατέρωθεν σκευάσας ΒΑΡΕΙΣ. De qua voce adeundi Etymol. Mag.

PARS II. Mag. Suidas, Ammonius, et ad eum doctiſſimus Valckenarius. Optime, ut ſolet, Heſychius: Βάρις, πλοῖον, ἢ τεῖχος, ἢ σοὰ, ἢ πύργος. Intelligendæ autem hic turres ligneæ, quæ utraque parte fluvii poſitæ commeatum urbis interceperunt. Rem ſatis manifeſtam dabit Procopius in Gothicis, lib. iii. p. 282. qui huic loco plane geminus germanus eſt. Δοκὰς ἐς ἄγαν μακρὰς ἐκ τῆς ἑτέρας ὄχθης ἄχρι ἐς τὴν ἑτέραν ἐξικνουμένας ἐνταῦθα ἐς γεφύρας κατέθετο ὄχημα. ΠΥΡΓΟΥΣ ΤΕ ΔΥΟ ΞΥΛΙΝΟΥΣ παρ' ἑκατέραν τὴν ὄχθην ΤΕΚΤΗΝΑΜΕΝΟΣ, φυλακτήριον κα]εσήσατο μαχίμων ἀνδρῶν, ὡς μηκέτι ἀκάτοις τισὶν ἢ πλοίοις ἄλλοις ἐκ τοῦ πόρτου ἀναγομένοις ἐς τὴν πόλιν ἐσιτητὰ εἴη. Confer etiam Procopium infra, p. 284. ubi de turribus hiſce ligneis agit.

ΚΑΙΝΟΣ. Ὁ νέος. Καινὸς γνώμην. Ἀντὶ τοῦ, νέαν γνώμην εἰσηγούμενος. Καινῶν ἔργων ἐγχειρητής.] Utrumque fragmentum depromptum eſt ex Ariſtoph. Av. ver. 256.

Ἥκει γάρ τις δριμὺς πρέσβυς,
Καινὸς γνώμην
Καινῶν ἔργων τ' ἐγχειρητής,

Ubi Schol. Καινὸς γνώμην. Νέαν γνώμην ἐξηγούμενος. Imo recte Suidas, εἰσηγούμενος. Eſt autem γνώμην εἰσηγεῖσθαι, *novam ſententiam in medium proferre:* de quo conſulendi Rhetores Græci.

ΚΑΙΡΙΑ. Ἔγκαιρα, ἢ συμφέροντα. Τίνι γάρ ποτ', ὦ φιλία γενέθλα, προφρων ἀκούσαιμ' ἔπος; τίνι φρονοῦντι καίρια; ἀντὶ τοῦ, ᾧ δὲ τίνος ἀκούσαιμι τὰ συμφέροντα; ὅτω Σοφοκλῆς.] Sophoclis locus, quod Interpretes fugit, eſt in Elect. ver. 227.

Non fugit Labeck. Dilucid. Thucyd. p. 95. Porſon. IV. 454.

Τίνι γάρ ποτ' ΑΝ, ὦ ΦΙΛΑ γενέθλα,
ΠΡΟΣΦΟΡΟΝ ἀκούσαιμ' ἔπος,
Τίνι φρονοῦντι καίρια;

Ita legendus iſte locus, qui viris doctiſſimis in ſalebroſo eſt: ὦ φίλη γενέθλη. Quo pacto hic verſus reſpondebit fraterculo ſuo ſupra ver. 208.

θανάτου ἄικεις | χέροιν δίδυμαιν
τίνι γάρ ποτ ἂν ὦ | φίλα γένεθλα.

Vulgo, indignante metro, legitur, ἀεικεῖς δίδυμαιν χεροῖν. Sed noſtra lectio veriſſima eſt. Idem αἰκὴς et ἀεικής. Hoc Ionum eſt, illud vero Atticorum; atque adeo Atticæ Muſæ redonandum. Cæterum hinc Suidas, qui non uno morbo laborat, facile ſublevandus eſt.

ΚΑΙΡΟΣ.——Καιρὸς πανὸς ἀνθρώπῳ ἥκει ἐναντίον μου.] Reſpexit noſter ad Geneſ. vi. 13. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Νῶε· Καιρὸς παντὸς ἀνθρώπῳ ἥκει ἐναντίον μου. *Tempus adeſt, quo omnes homines demetendi ſunt.* Ita interpretandus videtur iſte locus. Sic Matth. xxi. 34. Καιρὸς τῶν καρπῶν. *Tempus*

PARS II.

pus colligendis fructibus opportunum. Marc. xi. 13. Καιρὸς σύκων. *Tempus ficuum colligendarum. Cum maturæ ſunt ficus.* Locus autem Marci, qui decantatiſſimus eſt, et eruditiſſimorum hominum ingenia ſatis ſuperque exercuit, ſi verum amamus, non niſi litura donandus eſt. Verba ſcriptoris adſcribam, deinde ſententiam meam paucis aperiam. Καὶ ἰδὼν συκὴν μακρόθεν ἔχουσαν φύλλα, ἦλθεν εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ· Καὶ ἐλθὼν ἐπ' αὐτὴν, οὐδὲν εὗρεν εἰ μὴ φύλλα· ΟΥ ΓΑΡ ΗΝ ΚΑΙΡΟΣ ΣΥΚΩΝ. Primum Græca, ſi quæ alia, pura ſunt atque Ἑλληνικώτατα· ſenſus manifeſtus. Nam virorum doctiſſimorum tum emendationes, tum explicationes, neutiquam ſatisfaciunt. Deinde pro certo habendum, Jeſum non acceſſiſſe ad arborem niſi καιρῷ σύκων. His poſitis, nihil jam reſtat, niſi ut verba iſta, ὁ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων, deleamus, vel, quod perinde eſt, pro gloſſemate habeamus. Quod unice verum eſt. Huc accedit quod Marcus plerumque quaſi Matthæi epitomator cenſendus eſt. Atqui Matthæus iſtam caudam non habet. Eſt igitur, ut dixi, gloſſema, et putidiſſimum quidem, quod ad marginem ſui codicis adleverat neſcio quis, qui ſibi ſapere videbatur. Sic gloſſæ infinitæ in textum demum invectæ ſunt: de quo alius dicendi erit locus. Cæterum ad ficum arborem παρὰ καιρὸν accedere, παροιμιωδῶς dici videtur de

de homine ſtolidiſſimo, et qui horas neſciret. Quod viros doctiſſimos ad hunc locum fugiſſe miror. Marcus Antoninus xi. 33. Σῦκον χειμῶνος ζητεῖν, μαινομένου. *Ficum, cum tempus ficuum præterlapſum eſt, quærere, hominis inſani eſt.* Hinc eleganter Himerius apud Photium, p. 1131. Ἀλλ' οὐδ' ὀπωρίζειν ἔξεστιν, ὅταν ἐθέλωσιν ἄνθρωποι· ἀλλὰ κ' ἂν συκάζειν ἐθέλῃς, ἀναμένεις τὴν ὥραν τὴν τῆς ὀπώρας ὁμώνυμον. *Sed neque fructus autumnales colligere licet, quando homines cupiunt; ſed ſi ficus legere velis, tempus ficuum expectandum eſt.*

PARS II.

ΚΑΙΝΟΠΕΠΟΙΗΜΕΝΟΙ.* Ἵνα μὴ ὦσιν ἔκδιψοι καὶ ἀπεκλελυμένοι, ἀλλ' ἐκπαθεῖς καὶ καινοπεποιημένοι. Τετέσιν, ὑγιεῖς.] Hæc verba leguntur etiam ſupra, v. Ἐκπαθεῖς. Interpretatio vero, quam adfert Suidas, plane ridicula eſt. Ἐκπαθεῖς. Ὑγιεῖς. Ἐκτος πάθους. Ad utrumque tamen locum ſilent Interpretes. Legendum proculdubio: ΕΥΠΑΘΕΙΣ καὶ καινοπεποιημένοι· *bene curati et refecti: freſh and in good ſpirits.*† He-

* Æſchines Socraticus in Dial. iii. p. 44. Edit. Fiſcher. Καὶ πάλαι μετεωρολογῶ, καὶ δίειμι τὸν ἀΐδιον καὶ θεῖον δρόμον, ἔκ τε τῆς ἀσθενείας ἐμαυτὸν ξυνείλεγμαι καὶ ΓΕΓΟΝΑ ΚΑΙΝΟΣ.

† Sed nihil muto. Ita Alciphron in Epiſt. ii. 4. p. 244. Edit. Steph. Bergler. Μὰ τὴν Καλλιγένειαν ἐν ᾗ νῦν εἰμι καλέχαιρον, Μένανδρε, ΕΚΠΑΘΗΣ ὑπὸ ἡδονῆς γινομένη. Ubi vide Editorem. De præpoſitionis ἐκ duplici et diverſa vi conſulas Cl. Valcken. Diatrib. in Euripidem p. 197.

ſych,

PARS II.

ſych. Εὐπαθεῖν, εὐεργεῖν. Scribend. εὐεχλεῖν. Idem: Εὐεχλεῖ, εὐρωστεῖ, ὑγιαίνει. Idem: Εὐπαθῦλες, εὔῤῥωστοι. Crates Comicus apud Harpocrationem et Suidam v. Παρρησία.

Porſon. IV. 454.

Ἔχουλες ΕΥΠΑΘΗ βίον, παρρησίαν τε χρημάτων.

Ita ſcribendus iſte locus. Eſt enim Iambicus octonarius: quod metrum Comœdiæ proprium eſt. Hinc eleganter Procopius in Perſicis, lib. i. Καταβεβρεγμένοι ΤΗι ΕΥΠΑΘΕΙΑι. *Vino epuliſque repleti atque exhilarati.* Addo vocem vel eruditiſſimis viris parum perſpectam. Εὐπάθημα. Angl. *High-life.* Dio Chryſoſt. Orat. 18. p. 255. Ἥτε Εὐριπίδε προσήνεια καὶ πιθανότης, τῶ μὲν τραγικῶ ΕΥΠΑΘΗΜΑΤΟΣ καὶ ἀξιώματος τυχὸν οὐκ ἂν τελέως ἐφίκνοιλο· πολιτικῷ δὲ ἀνδρὶ πάνυ ὠφέλιμος. Quem locum fruſtra viri docti ſollicitant. Græca ita vertenda ſunt: *Euripidis autem ſermo lenis et ad perſuadendum facta, etſi ad ſpiritum majeſtatemque Tragicam minus accedit, homini tamen politico apprime utilis eſt.*

ΚΕΚΡΟΨ, Αἰγύπλιος ὢν τὸ γένος, ᾤκησε τὰς Ἀθήνας· ὅθεν καὶ Κεκροπίδαι οἱ Ἀθηναῖοι——ὅτι τῶ ἀνδρῶν ὡς ἔτυχε μισγομένων ταῖς γυναιξὶ, καὶ ἐκ τύτων μὴ γινωσκομένε ἢ τῦ πατρὸς παρὰ τῦ παιδὸς, ἢ τῦ παιδὸς παρὰ τῦ πατρὸς, αὐτὸς νόμυς θέμενος, ὥσε φανερῶς συγλινεσθαι αὐταῖς, καὶ μιᾷ ϛοιχεῖν.] " Scribe " μιᾶς τυχεῖν, ut recte legitur apud Scholiaſtam " Ariſtophanis ad Plutum." *Kuſter.* Hunc locum

locum descripsit Suidas ex Schol. ad Aristoph. Plut. ver. 773. ut recte monuit vir doctissimus. Quam vero probat Scholiastæ lectionem Kusterus, eam utique improbat Cl. Hemsterhusius, cui unice placet Suidæ lectio. Sic diversa esse solent hominum judicia. Id vero pro certo affirmaverim, nec hunc, nec illum verum vidisse. Utraque enim lectio putida est et inepta. Rescribo, idque eleganter: ὥστε φανερῶς συγκινεῖσθαι αὐταῖς, ΚΑΙ ΕΝΑ ΜΙΑι ΣΥΝΟΙΚΕΙΝ. *Ipse lege lata viros sine metu et legitime cum fœminis concumbere, et singulos unam tantum mulierem habere jussit.* Epictetus apud Stobæum, pag. 131. de Platone: Οὐ γαμεῖν κελεύων, ΚΑΙ ΣΥΝΟΙΚΕΙΝ ΕΝΑ ΜΙΑι, εἶτα κοινὰς εἶναι βέλτιον τὰς γυναῖκας. *Neque enim dum uxorem ducere jubet, et unum cum una habitare, inde communes vult esse mulieres.** Porro idem de Cecrope narrat Athenæus lib. xiii. p. 555. Ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος ΚΕΚΡΟΨ ΜΙΑΝ ΕΝΙ ΕΖΕΥΞΕΝ, ἀνέδην τὸ πρότερον ἐσῶν τῶν συνόδων, καὶ κοινογαμίων ὄντων. *Athenis primum Cecrops unam unius esse jussit, cum antea licenter et inverecunde cum viris fœminæ congrederen-*

Porson. IV. 455.

* Herodotus p. 144. Edit. Wesseling. Καὶ γυναικὶ ΜΙΗ ΕΚΑΣΤΟΣ αὐτέων ΣΥΝΟΙΚΕΙ, κατάπερ Ἕλληνες.—Hinc explicandus D. Paulus ad Roman. ix. 10. ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα· *una cum uno.*

tur,

PARS II.

tur, et nuptiæ communes eſſent. Atque ita intelligendus Juſtin. ii. 6. *Ante Deucalionis tempora regem habuere Cecropem; quem, ut omnis antiquitas fabuloſa eſt, biformem tradidere, quia primus marem fœminæ* (ENA MIAι) *matrimonio junxit.* Quæ formula Græcis uſitatiſſima, vide an reſtituenda ſit Laertio in Socrate: Βεληθέντας Ἀθηναίους διὰ τὸ λειπανδρεῖν αὐξῆσαι τὸ πλῆθος, ψηφίσασθαι γαμεῖν μὲν ἀσὴν μίαν, παιδοποιεῖσθαι δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας. Repono, γαμεῖν ΜΕΝ ΕΝΑ ΑΣΤΗΝ ΜΙΑΝ.* Huc eleganter adludit Antipater in Epigrammate Anthol. lib. vi. p. 547.

Πᾶσαι δ' ἀσαὶ ἔσαν καὶ ἑταίριδες, ἀλλὰ τυχοῦσαι
Κύπριδος εὐκρήτου, νῦν ΕΝΟΣ εἰσὶ ΜΙΑ.

Quod vero Suidas, ſive potius Librarius, συοικεῖν pro συνοικεῖν ſcripſerit, idem fere modo ſupra fecerat. Nam ubi legitur, Κέκροψ ᾤκησε τὰς Ἀθήνας· legendum ſine dubio, ΣΥΝΩΙΚΙΣΕ τὰς Ἀθήνας. Nempe Cecrops Atticæ incolas hic illic diſperſos in urbem coegit, et ut una habitarent primus fecit. Quod πόλιν συνοικίζειν dicunt Græci.†

---

* Lege, γαμεῖν μὲν ΕΚΑΣΤΟΝ ἀσὴν μίαν. Confer Herodotum, ut ſupra, p. 144. Hic locus ex Laertio legitur apud Suidam ad v. Λειπανδρεῖν.

† Polybius lib. xvii. p. 1072. Λυσιμαχεῖς δὲ παραλόγως ἀναστάτους γεγονότας ὑπὸ Θρᾳκῶν, ὑπ ἀδικεῖν Ῥωμαίους καλάγων τὴν ΣΥΝΟΙΚΙΖΩΝ.

ΚΕΛΑΡΙΖΕΙ.

ΚΕΛΑΡΙΖΕΙ. Μετὰ ἦχος ῥεῖ, Ἡ μὲν κάμηλος ἐγεύετο τῦ χυλῦ. Ὁ δὲ ἔπινε ϖόϑον τῦ ϖοτῦ ἀκούσιον, ϗ ἅτε κάτωϑεν τῦ ϖνεύματος ὠϑουμένυ, ἄνωϑεν δὲ τῦ ὕδατος ἐπιφερομένυ, ὡς φάρυγξ ἐκελάριζε.* *Camelus quidem liquorem illum guſtabat: ille vero potum invitus bibebat, et cum flatus inferne ſurſum pelleretur, ſuperne vero aqua infunderetur, inſtar gutturis reſonabat.*] Decerptus eſt hic locus, ni plurimum fallor, ex Jamblicho in Babylonicis: id quod collegiſſe videor ex Excerptis a Photio editis, p. 244. Multa autem hic peccata eſſe video tum in Græcis, tum in Latinis. Primum legendum videtur, Κελαρύζει quæ vox Homerica eſt. Dicitur autem κελαρύζειν de murmure aquarum. Heſychius: Κελαρύζει, ἠχεῖ, φωνεῖ, ἢ συνεχῶς ῥεῖ. Confer etiam Etymol. Mag. in v. et Schol. ad Theocrit. Idyll. A. 1. Reſpexerunt omnes ad Homer. Il. Φ. 261.

PARS II.

——— Κατειϐόμενον ΚΕΛΑΡΥΖΕΙ
Χώρῳ ἐνὶ ϖεϱαλεῖ ———

Hoc primum. Deinde ſcribe, ἐγεύετο τῦ χιλῦ. Χιλὸς eſt *pabulum jumentorum:* illud autem χυλῦ plane ridiculum eſt. In iis quæ ſequuntur Librarii alicujus emendatiunculam agnoſco. Ὁ

* Lege ἡ φάρυγξ ἐκελάρυζε. Vide nos in Præfat. ad P. iii. et Suidam v. Βορϐορυγμὸς, unde hoc fragmentum ampliari queat.

δὲ

PARS II.

δὲ ἔπινε ποτὸν—τῷ ποτῷ. Sed neutrum verum eſt. Scribendum, ἔπινε τῷ ποταμῷ. *He drank of the river.* Plutarchus in Pompeio: Καταβαλὼν ἑαυτὸν ἐπὶ στόμα δεδιψηκὼς ἔπινε τῷ ποταμῷ. Quin et legendum, ἔπινε τῷ ποταμῷ ἀκράτιος. Bibebat autem ἀκράτιος, quia nihil habebat melius, quod biberet. Quod fecit Pompeius ſupra. Denique verba illa ὡς φάρυγξ, vitii manifeſta ſunt. Scribendum, ἀσφάραγος ἐκελάρυζε. Heſych. Ἀσφάραγος, φάρυγξ. Interpres autem, feſtivum caput, lectionem ineptiſſimam ſecutus, verſionem, ut par erat, ineptiſſimam procudit. Nos vero rectiſſime emendavimus. Eſt autem, ut videtur, ex poeta aliquo deſumptum:

Ἀσφάραγος κελάρυζε——

Quare locum integrum, qui hactenus depravatiſſimus fuit, ita tandem legendum atque interpretandum eſſe contendo: ΚΕΛΑΡΥΖΕΙ. Μετὰ ἦχος ῥεῖ.* Ἡ μὲν κάμηλος ἐγεύετο τῷ ΧΙΛΟΥ. Ὁ δὲ ἔπινε ΤΟΥ ΠΟΤΑΜΟΥ ΑΚΟΥΣΙΟΣ, ᾗ ἄτε κάτωθεν τῷ πνεύματος ὠθισμένος, ἄνωθεν δὲ τῷ ὕδατος ὀπιφερομένος, ΑΣΦΑΡΑΓΟΣ ΕΚΕΛΑΡΥΖΕ. *Camelus quidem pabulo veſcebatur. Ille vero de*

* Io apud Athenæum xi. 13. p. 495.

Ἐκ ζαθέων πιθακιῶν ἀφύσσοντες
Ὀλπαις οἶνον ὑπερφίαλον κελαρύζετε.

Quem locum non intellexit Interpres.

fluvio

fluvio bibebat invitus, et cum flatus inferne PARS II. *ſurſum pelleretur, ſuperne vero aqua infunderetur, guttur ejus reſonabat.* Quæ veriſſima atque integerrima lectio. Videtur autem noſter Anonymus reſpexiſſe ad Epigramma Neſtoris apud Anthолog. lib. i. p. 67. in Pythium draconem:

Αὐτὰρ ὁ διψήσας ΠΟΤΑΜΩι ὑπέθηκε γένειον.
Πᾶς δ' ἄρα Κηφισὸς εἴσω ῥέεν· ἀργαλέον δὲ,
ΑΝΘΕΡΕΩΝ ΚΕΛΑΡΥΖΕ ——

Cæterum hinc corrigendus Scriptor neſcio quis apud Suidam v. Λαφύξας, qui huic noſtro ſimillimus eſt. Οἱ δὲ Πέρσαι φρέασι περιτυχόντες, λαφύττουσιν ἁπλησότερον, καὶ ἐς μέγα κακὸν ἀποκλίνουσι, τῆς κοιλίας αὐτοῖς τῇ ἀθρόᾳ τοῦ ὕδατος ἐμβολῇ διενεγκεῖν ἀκ ἐχούσης τοῦ ἀπιφορτιθέντος ὕδατος τὴν ἀντίληψιν. Hæc ſenſum nullum habent. Scribendum proculdubio: τῇ ἀθρόᾳ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ἐμβολῇ. *Perſæ autem in fontes incidentes, et avidius aquam haurientes, in malum non minimum incurrunt, quia venter eorum propter aëris renitentis impetum, aquam immodice ingeſtam ferre nequit.** Ita locutus eſt Plutarch. de Pla-

* Decerptus eſt hic locus ex Theophylact. Simocattæ Hiſt. lib. ii. 5. ubi nihil mutandum. Verte: *quia venter eorum propter aquæ irruentis impetum, aquam ingeſtam ferre nequibat.*

PARS II.

cit. Philoſoph. lib. iv. cap. 16. Ἀλκμαίων ἀκούειν ἡμᾶς τῷ κενῷ τῷ ἐντὸς τὸ ἀυτός· τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ διηχεῖν καὶ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΕΜΒΟΛΗΝ. Quæ locutio reſtituenda Longino περὶ Ὕψους §. 33. Καὶ κεῖνα ΤΗΙ ΕΜΒΟΛΗΙ τοῦ δαιμονίου ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ *(The impulſe of the divine Spirit)* ἦν ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον. Ita legendus iſte locus.

ΚΕΛΗΣ. Εἶδος πλοιαρίου μικροῦ. Ἀριστοφάνης·

——Ἀλλ' ἐκεῖνό γ' οἶδ', ὅτι
Ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασιν ὀρθρίαι.

Καὶ ἵππος δὲ κέλης, ὁ γυμνός. Λέγει ἄν ὅτι ἐν πλοίῳ εἰσὶν ἐρχόμεναι καὶ ἐκ ἀπλῶν.] Locus eſt in Ariſtophanis Lyſiſtrata, ver. 60.

——Ἀλλ' ΕΚΕΙΝΑΙ γ' οἶδ', ὅτι
Ἐπὶ τῶν κελήτων ΔΙΑΒΕΒΗΚΑΣ' ὀρθρίαι.

Quomodo et legendum apud Suidam. Quæ ſequuntur ex Scholiis deprompta ſunt, atque iis auctioribus, quam quæ nunc exſtant. Verba autem iſta, καὶ ἐκ ἀπλῶν, nonnihil corrupta ſunt, atque ita ſcribenda: καὶ ΟΥΚ ἀπλῶν.* Eſt autem ἀπλῶν ἔρχεσθαι, *pedibus iter facere.* Subintelligitur enim ὁδόν· quod Græcis perquam familiare eſt. Interpres autem non intellexit.

* Plutarchus in Cimon. p. 122. ἀπλῶν θάλασσαν ποιεῖν.

ΚΕΛΗΣ.

ΚΕΛΗΣ. Εἶδος πλοιαρίου μικροῦ—ἐν Ἐπιγράμματι· PARS II.

Οὐκέτι Τιμάριον τὸ πρὶν γλαφύροιο κέλητος
Πῆγμα φέρει πλωτὸν Κύπριδος εἰρεσίην.]

"Τιμάριον est nomen proprium meretricis, "ut Γλυκέριον, et similia. Sensus autem Epi- "grammatis hujus est obscœnus, quoniam "poeta ludit ambiguitate vocis κέλης, quam "aliquando etiam de re venerea dici constat." *Kuster.* Recte vir doctissimus. Est autem distichon hoc pars Epigrammatis Meleagri, quod exstat in Miscell. Lips. vol. ix. p. 467. ubi itidem legitur, τὸ πρὶν γλαφύροιο. Sed vera lectio est, τοῦ πρὶν. Quin et legendum εἰρεσίῃ, non εἰρεσίην.

Οὐκέτι Τιμάριον ΤΟΥ πρὶν γλαφυροῖο κέλητος
Πῆγμα φέρει πλωτὸν Κύπριδος ΕΙΡΕΣΙΗι.

Timarium quæ antea fuerat venusta, solida, et succi plena, jam anus facta, non amplius Veneris remigio est idonea. Non amplius fert corpus Veneris remigio πλωτόν. Iste est sensus Epigrammatistæ. Nam Cl. Editor rem minus percepisse videtur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ.—Παρείληπται δὲ καὶ ἐπ' ἀργυρίου τὸ κεφάλαιον. Ὡς ὁ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· Καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος,

PARS II. δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν.] Locus Æſchinis, quem laudat Suidas, eſt p. 405. Edit. Taylor. et locus notandus: nam ad rem uſurariam inſigniter facit. Scilicet rhetor facundiſſimus rem familiarem neutiquam negligebat; quippe cui ſingulæ minæ ſingulas drachmas per menſem gignebant. Angl. *Twelve in the hundred.** Porro vox κεφάλαιον reſtituenda videtur Æſchini, p. 447. ejuſdem orationis, ubi itidem ἐπ' ἀργυρίᾳ accipienda eſt. Καὶ καλακεκονδύλισαι, ὥστε αὐτὸν οἶμαι τὰ τῶν κονδύλων ἴχνη τοῦ Μειδίου ἔχειν ἔτι φανερά. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος ὁ ΚΕΦΑΛΗΝ ἀλλὰ ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κέκληκας. Ita legendum, ut jampridem monui in notis ad Æſchinem. Vulgo nulla gratia legitur, ἀλλὰ πρόσοδον κέκληκας. Sed noſtra emendatio proculdubio vera eſt. Nimirum homo φιλάργυρος, κεφαλὴν deminutam malebat quam κεφάλαιον. Haud diſſimiliter luſit ipſe Æſchines modo ſupra, p. 395. Οὐ γὰρ ΤΟΝ ΤΡΟΠΟΝ, ἀλλὰ ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ μόνον μετήλλαξε. *Cælum, non animum mutavit.* Item Lucilius in Epigram. Anthol. lib. ii. p. 196.

---

* Lyſias apud Athenæum xiii. 9. p. 611. Οὗτος γὰρ, (Αἰσχίνης) ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ΟΦΕΙΛΩΝ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΕΠΙ ΤΡΙΣΙ ΔΡΑΧΜΑΙΣ Σωσίμῳ τῷ τραπεζίτῃ καὶ Ἀριστογείτονι, προσελθὼν πρὸς ἐμὲ, ἐδεῖτο μὴ περιϊδεῖν αὐτὸν διὰ τὸς τόκους ἐκ τῶν ὄντων ἐκπεσόντα. Quem locum non intellexit Interpres.

Μὴ

Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ καὶ ἁπλατῇ, PARS
Ὡς ΠΡΟΣΩΠΕΙΟΝ κ' ἐχὶ ΠΡΟΣΩΠΟΝ II.
ἔχειν.*

Huc facit Artemidorus, lib. i. cap. 37. Τραπεζίταις δὲ καὶ δανεισταῖς, ἐρανάρχαις, καὶ ναυκλήροις, καὶ ἐμπόροις, καὶ πᾶσι τοῖς τὰ χρήματα συνάγουσιν, ἀποκεκόφθαι δοκεῖν ΤΗΝ ΚΕΦΑΛΗΝ, ἀπώλειαν ΤΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ διὰ τὸ ὁμώνυμον σημαίνει. *Nummulariis autem et fœneratoribus, et ſymbolo convivali colligendo præfectis, et naucleris, mercatoribuſque et omnibus pecunias colligentibus, decollatio capitis perditionem pecuniarum ſignificat, ob æquivocationem vocis* κεφάλαια, *quæ de capitibus, et ſummis pecuniariis dicitur.*

---

* Athenæus v. 2. p. 187. Πῶς γὰρ τὸν (lege ἐκ) ἄλογον ΤΟΠΟΝ τὴν φιλίαν καὶ ἐ ΤΡΟΠΟΝ κρίνεσθαι; Laërtius in Ariſtot. p. 119. Οὐ ΤΟΝ ΑΝΘΡΩΠΟΝ, φησὶν, ἔδωκα, ἀλλὰ ΤΟΝ ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΝ. Vide Menagium in Laërt. p. 192. Clemens Alexand. in Pædag. iii. 2. p. 258. ΠΡΟΣΩΠΕΙΑ ποίησας ΤΑ ΠΡΟΣΩΠΑ. Ad quem locum vide Cl. Potterum. Theocritus in Bacchis, ver. 26,

Ἐς Θήβας δ' ἀφίκοντο πεφυρμέναι αἵματι πᾶσαι,
Ἐξ ὄρεος ΠΕΝΘΗΜΑ, καὶ ἐ ΠΕΝΘΑ, φέρεσαι.

Reiſkii Antholog. 675. p. 122.

Ἤδη μὲν χροκόεις ΠΙΤΑΝΑΤΙΔΙ ΠΙΤΝΑΤΟ νύμφα
Κλειναρέτᾳ χρυσέων παιδὸς ἔσω θαλάμων.

Theano in Epiſt. p. 355. ΤΡΟΦΗΝ ΜΗ ΔΙΑΣΤΡΟΦΗΝ. Et denique Cicero in Verrem Act. ii. lib. ii. §. 52. Quæ iſte cum cognoviſſet, novus aſtrologus, qui non tam *cæli* rationem, quam *cælati* argenti duceret, eximi jubet non diem ex menſe, ſed ex anno unum dimidiatumque menſem.

PARS II.

ΚΗΡ. Ἡ ψυχή. Καὶ Κῆρες, αἱ θανατηφόροι μοῖραι, ἤτοι αἱ καῆναι ἐπιφέρουσαι, καὶ ἐν τῷ ἀΐδᾳ ποταμῷ Πυριφλεγέθοντι καὶ Ἀχέροντι καὶ Κωκυτῷ ἀπάγουσαι.] "Vox ἀπάγουσαι deeſt in MSS. Pariſ." *Kuſter.* Librarii ſcilicet non raro ea prætermittunt, quæ non intelligunt. Scribendum autem, ἀποπνίγουσαι. De qua emendatione non eſt quod dubitemus. Scriptor neſcio quis apud Suid. in v. Σκευή. Τὰ δὲ πολλὰ τῶν θηρίων εἰς βάθος νηξάμενα, τῆς θαλάσσης αὐτοῖς εἰς τὰς σκευὰς ἐμπεσούσης, ΑΠΕΓΝΙΓΗ. Jamblichus in Babylonicis apud Photium, p. 244. Καὶ τέλος ὁ μηνυτὴς ΕΝΑΠΟΠΝΙΓΕΤΑΙ ΤΩι ΠΟΤΑΜΩι. *Tandem delator fluvio ſubmerſus et ſuffocatus eſt.* Notanda vero Etymologia illa bella, Κῆρες, ἤτοι αἱ καῆναι ἐπιφέρουσαι. Quemadmodum etiam habet Etymol. Mag. in v. Sic alius alium ludit. Quod Grammaticis ſolenne eſt.

ΚΗΡΙΝΟΝ ΕΚΜΑΓΕΙΟΝ. Ἡ φαντασία τῆς νοός. Καὶ Κήρινος.] Damaſcius in vita Iſidori apud Photium, p. 1029. Καὶ ἐχὶ αἱ αἰσθήσεις μόναι, ἀλλὰ ΤΟ ΚΗΡΙΝΟΝ ΕΚΜΑΓΕΙΟΝ Η ΦΑΝΤΑΣΙΑ. Ad hunc locum Suidas reſpexit. Eadem locutione utitur Menander in Excerptis Hœſchelii, p. 119. Καὶ τὰ μὲν κυριώτερα ξυνειλημμένα τε καὶ κατασφαλισθέντα ΕΚΜΑΓΕΙΟΙΣ ΚΗΡΙΝΟΙΣ. Corrigendus obiter inſignis locus Philoſtrati, quem viri eruditiſſimi expedire non poterant.

poterant. Eſt autem in vita Apollonii, lib. ii. cap. 22. Ταυτὶ δὲ, (τὰ χρώματα) ἦδ' ὅς, ὑπὲρ τίνος μίγνυσιν; ὃ γὰρ ὑπὲρ μόνα τᾶ ἄνδρας, ὥσπερ αἱ κορῖναι. Illud κορῖναι vox nulla eſt. Emendabant viri doctiſſimi Gruterus et Salmaſius, ὥσπερ αἱ κόραι. Cl. autem Editor, homo hominum feſtiviſſimus, nihil mutandum cenſet. Sed omnes latuit vera lectio. Repono certiſſime: ὥσπερ ΑΙ ΚΗΡΙΝΑΙ. Ita autem dicebantur fœminæ, quibus κηρὸς ſive ceruſſa ad faciem commendandam erat in uſu. Nam κηρὸς in mulierum ſupellectile: de qua elegantiſſime Philoſtratus Epiſt. 40. Οὐ γὰρ κονιᾷς τὰ πρόσωπα, οὐδὲ ἐν ΤΑΙΣ ΚΗΡΙΝΑΙΣ τέταξαι γυναιξὶν, ἀλλὰ ἐν ταῖς ἀδόλως καλαῖς.——Τὸ δὲ Φυκίον, καὶ Ο ΚΗΡΟΣ, καὶ τὸ Ταραντινὸν, (lege Ταραντινίδιον) καὶ οἱ Ἀπικάρπιοι ὄφεις, καὶ αἱ χρυσαῖ πέδαι, Θαΐδος καὶ Ἀριστάγορας καὶ Λαΐδος φάρμακα. *Non enim incruſtas faciem, neque in ceruſſatarum mulierum numero cenſeris, ſed in his quæ ingenuæ ſunt formæ. At fucus, et ceruſſa, veſtiſque Tarentina, et monilia anguiformia, atque aureæ pedicæ, Thaidis ſunt et Ariſtagoræ atque Laidis lenocinia.*

ΚΙΝΑΙΔΟΣ. Ἀσελγής. Μαλακός. Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· Ὡς μεγάλα κιναίδα.] Scribendum, Ὦ μεγάλα κινάδας. Quomodo quidem legitur in Miſcell. Lipſ. vol. ix. p. 317.

Οὐκ

PARS II.

Οὐκ ἀδικεῖς ἀδέν; Φέρε τὸν λόγον. Ἐλθὲ λαβοῦσα, Φρύνη, τὰς ψήφους. Ω ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΙΝΑΔΟΥΣ.

Ad hunc locum reſpexit Suidas. Cæterum hoc exemplum referri debet ad v. Κίναδος, de quo Suidas, Etymol. Mag. Schol. ad Theocrit. Idyl. v. 25. Elegantiſſime Arrianus in Indicis, p. 524. Καὶ τάδε μετεξέτεροι Ἰνδῶν περὶ Ἡρακλέους λέγουσιν· Ἐπελθόντα αὐτὸν πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν, καὶ καθάραντα ΟΤΙ ΠΕΡ ΚΑΚΟΝ ΚΙΝΑΔΟΣ, ἐξευρεῖν ἐν τῇ θαλάσσῃ κόσμον γυναικήιον.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΣ—Σόλωνι ἐπέσειλεν ἅτω. Πολλοὶ μέν τινες εἰσὶν ἑταῖροι καὶ οἶκος πάντη. Φαμὶ δὲ ἔγω ποτνιωτάταν ἔσεσθαι Σόλωνι τὰν Λίνδον· δαμοκρατεῖ μὲν ἦν, καὶ ἀ νᾶσος πελαγία.] "Caſaubonus ad "Laertium in Cleobulo emendabat ποτ' ἀνανιώ- "τάταν, ab ἀνάνιος, i. e. *moleſtiæ expers*. Sed "præſtat forte ſcribere ποθεινοτάταν; quæ con- "jectura Menagio etiam ad Laertium, et an- "te eum Porto placuit." *Kuſter*. Viris doctiſſimis Menagio et Kuſtero placebat ποθεινοτάταν· quæ Porti emendatio eſt: nec inepta quidem ea. Epigram. Anthol. lib. i. p. 109.

Τόσσον ἀλὸς πολιῆς γαῖα ποθεινοτέρη.*

* Dionyſ. Halicarn. xi. 9. p. 661. Οἱ δὲ ἄλλοι τὴν ἐρημίαν ΠΟΘΕΙΝΟΤΕΡΑΝ ἡγοῦνται τῆς πατρίδος. Clemens Alexand. in Pædag. ii. 10. p. 239. Διὰ ταύτην γοῦν τὴν πορφύραν ἡ Τύρος, καὶ ἡ Σιδὼν, καὶ τῆς Λακωνικῆς ἡ γείτων τῆς θαλάσσης, ΠΟΘΕΙΝΟΤΑΤΑΙ.

Sed

Sed Suidæ lectio exquisitior, et nescio quomodo elegantior est.* Quin et Laertius habet, δαμοκρατεομέναν. Quare locus ita scribendus videtur: Φαμὶ δὲ ἐγὼ ΠΟΤΝΙΩΤΑΤΑΝ ἔσεσθαι Σόλωνι τὰν Λίνδον ΔΑΜΟΚΡΑΤΕΥΜΕΝΑΝ.† *Verum ego censeo Soloni commodissimam atque acceptissimam fore Lindum, quæ civitas est libera. A very agreeable and respectable place.* Hesychius: Πότνια γῆ, καλὴ γῆ. Respexit Grammaticus ad Homeri Epigram. p. 92. Ed. Barnes.

Πότνια γῆ, πάνδωρε, δότειρα μελίφρονος ἄλκαρ.

Homer. Carm. in Cumanos ver. 6.

Αἰολίδα Σμύρνην ἀλιγείτονα ποτνιάναχτον.

Ubi vox postrema corrupta est. Reponebat vir doctissimus Joan. Piersonus, ποντοτίναχτον. Sed vera lectio sine controversia est:

——— ἀλιγείτονα ΠΟΤΝΙΑΝ ΑΚΤΑΝ.

Quod et vidit Josephus Scaliger. Eurip. Ion. ver. 873.

Porson. IV. 455.

---

* An legendum denique, ποτιμωτάταν, *jucundissimam?* Vocem usurpat Laërtius in Bion. Ἔν τισι δὲ ἡ ΠΟΤΙΜΟΣ, ἡ ἀπολαῦσαι τύφῳ δυνάμενος.

† Maximus Tyrius in Dissert. xxxix. p. 411. Edit. Heinsii: Ἀθήνησιν ἐν ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥΜΕΝΗ πόλει, καὶ ἀκμαζούσῃ πλήθει ἀνδρῶν καὶ μεγέθει ἀρχῆς καὶ δυνάμει χρημάτων καὶ εὐπορίᾳ τραπηζῶν, ὑπὸ Περικλεῖ δυναστεύοντι, λοιμὸς ἐμπεσὼν ἐξ Αἰθιοπίας ἀρξάμενος—ἔφθειρε τὴν πόλιν.

Ἀλλ'

PARS II.

Ἀλλ' ἀ τὸ Διὸς πολύαιγον ἔδος,
Καὶ τὴν ἐπ' ἐμοῖς σκοπέλοισι θεὰν,
Λίμνης τ' ἐνύδρε Τριτωνιάδος
ΠΟΤΝΙΑΝ ΑΚΤΑΝ.

ΚΑΕΙΣΘΕΝΟΥΣ ΑΚΡΑΤΕΣΤΕΡΟΣ. Οὗτος ἐπὶ κιναιδίᾳ διεβέβληλο, καὶ ἐγυναικίζελο. Καὶ Κρατῖνος·

Ληρεῖς ἔχων. Γράφων αὖτ' ἐν ἐπεισοδίῳ,
Γελοῖος ἔσαι Κλειοθένης κυβεύων.]

" Producat mihi aliquis integram Cratini fa-
" bulam, et fragmentum hoc illuſtrare et
Porſon. IV. 455. " emendare conabor. Dura, inquiet aliquis,
" conditio. At noſtra longe durior, ſi lector
" a nobis exigere velit, ut ex corruptis et la-
" ceris fragmentorum reliquiis verum auctо-
" rum ſenſum ſemper eruamus." *Kuſter.* Decerpti ſunt iſti verſiculi ex Cratino ἐν Πυτίνῃ, ut nos docet Scholiaſtes ad Ariſtoph. Nub. ver. 354. ubi legitur: Καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ λέγων ὕτως· Ληρεῖς ἔχων γράφ' αὐτὸς ἐν ἐπεισοδίῳ. Sed uterque, Suidas et Scholiaſtes, turpiſſime depravatus eſt. Nam verbis Cratini nec ſenſus nec metrum conſtat. Senarii quippe pedibus non ſuis incedunt. Poſterior autem verſus ſyllaba una deminutior eſt. Quod quidem neſcio an vidit, certe parum perſpectum habuit Kuſterus. Vide igitur an nobis res fortunatius ceciderit. Repono:

Ληρεῖς

Ληρεῖς ἔχων. ΑΥΤΟΣ ἐν ἐπεισοδίῳ ΓΡΑΦΕΙ, Γελοῖος ΕΣΤΙ κατακυβεύων Κλεισθένης. PARS II.

Scribebatur ſcilicet, κυβεύων. Hinc error Librarii.* Reſpexit autem Cratinus ad poetam aliquem, qui de Cliſthene ſcripſerat. Callimachus in fragmentis:

——ΑΥΤΟΣ ὁ Μῶμος
ΕΓΡΑΦΕΝ ἐν τοίχοις, ὁ κρόνος ΕΣΤΙ σοφός.

Quod quidem ex Cratino adumbratum videtur. Accipienda autem vox κατακυβεύων, quod nemo vidit, in ſenſu ſiniſtro et κιναιδικῶ.† Nam Cliſthenes ἐπὶ κιναιδίᾳ διεβέβλητο. *Ob venerem præpoſteram male audiebat.* Fluunt autem iſta nomina Κύβος, Κυβεύειν, atque alia ejuſdem notæ et familiæ, ἀπὸ τοῦ, ΚΥΠΤΕΙΝ. Hinc ΚΥΠΤΗΣ. *Cinædus.* Heſych. Κυπάται, κίναιδοι. lege Κύπλαι. Quin et hinc vox illa prætextata, ΚΥΒΔΑ. Ut a κρύπλειν, κρύβδα, ſic a κύπλειν, κύβδα. Eſt autem Κύβδα, quod monendum, σχῆμα ἀφροδίσιον. Schol. ad Ariſtoph. Equit. ver. 364.

---

* Æſchines contra Timarch. p. 45. Edit. Taylor. Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα μὲν ἀπολώλει, κὴ ΚΑΤΑΚΕΚΥΒΕΥΤΟ, κὴ κατωψοφάγητο. Lyſias contra Alcibiad. p. 286. Edit. Taylor. Οὐ πολλῷ δὲ χρονῷ ὕστερον ΚΑΤΑΚΥΒΕΥΣΑΣ τὰ ὄντα, ἐκ Λευκῆς ἀκτῆς ὁρμώμενος, τὰς φίλας κατεπόντιζεν. Libanius in Declamat. xxxvii. p. 809. vol. i. Edit Morell. Οὐτε γὰρ ΚΑΤΑΚΕΚΥΒΕΥΚΑ τὶ τῶν σῶν, οὐδὲ κατωψοφάγηκα. Vide Cl. Abreſch. ad Ariſtænetum p. 277.

† Vide Heſychium ad v. Σκιῤῥατις.

Κύβδα,

PARS II.

Κύβδα, κύπτοντα, διὰ δὲ τὸ ΣΧΗΜΑΤΟΣ τὴν αἰσχύνην δείκνυσιν ἑαυτῆ. Quæ et partim exſcripſit Suidas, v. Κύβδα. Heſychius: Κυβάβδα, αἷμα. Ἀμαθήσιοι. Legendum proculdubio, σχῆμα. Ἀμαθήσιοι. Scilicet σχῆμα ἀφροδίσιον.* Amathus autem Veneri ſacra. Κύβδα vero et Κυβάβδα idem. Eſt autem Κύβδα, ut dixi, ſchema ἀφροδίσιον, idque cinœdis proprium: de quo non ſemel Ariſtophanes in Theſmophoriazuſis. Eſt et meretricibus commune. Archilochus apud Athenæum, lib. x. p. 447.

Ὥιπερ πρὸς αὐλὸν βρύτον ἡ θρηΐξ ἀνὴρ
Ἡ Φρὺξ ἐβρυζε, ΚΥΒΔ' ΕΗΝ ΠΩΛΕΥΜΕΝΗ.

Ita legendus iſte locus, qui hodie inquinatiſſimus eſt. Senſus poetæ eſt: *Ubicunque ad potandum conveniſſent barbari, ibi proſtabat iſta muliercula.* Vulgo legitur, πονευμένη. Sed verbum πωλεῖσθαι antiquum eſt, et in hoc commercio uſitatum. Plutarch. in Solon. p. 91. Πλὴν ὅσαι πεφασμένως ΠΩΛΟΥΝΤΑΙ· λέγω δὴ τὰς ἑταίρας. *Exceptis meretricibus, quæ propalam venales ſunt.* Ubi πεφασμένως πωλεῖσθαι videntur eſſe verba ipſa Solonis: id quod ad Lyſiam recte animadvertit præſtantiſſimus Editor.†

* Confer Heſychium ad v. Καρικόν.

† Huc reſpexit Demoſthenes contra Neæram p. 587. Edit. Taylor.—τόν τε νόμον ἐπὶ τέτοις παρειχόμενος, ὃς οὐκ ἐᾷ ἐπὶ ταύταις μοιχὸν

Hinc lux Machoni, Comico, apud Athenæum, lib. xiii. p. 580. PARS II.

Μειράκιον ὁ καλός, φησι, τῶς ἴσης, φράσον;
Ὁ δὲ μειδιάσας, ΚΥΒΔ', ἔφη, ΤΡΙΩΒΟΛΟΥ.
Adoleſcens, inquit, formoſe, dic, quæſo,
quanti proſtas venalis?
Arriſit ille, et, ΚΥΒΔΑ, *ait, triobolo.*

Interpres non intellexit. Atque hinc explicandus Plato Comicus in Phaone apud Athenæum lib. x. p. 442. in quo enucleando vir eruditiſſimus hallucinatur egregie:

Λόρδωνι δραχμὴ, ΚΥΒΔΑΣΩι ΤΡΙΩΒΟΛΟΝ.

Nempe *Lordo* et *Cybdaſus* ſunt nequitiarum præſides: de quibus diligentiſſimus Meurſius in Athenis Atticis. Κύβαμον vocat Heſychius. Κύβαμος, ὁ θεός. Ad Platonis locum fortaſſe reſpexit. Sed utrique, opinor, verum nomen reſtituendum, ΚΥΒΔΑΛΟΣ. *Cybdalus.* Sic Ko-

---

μοιχὸν λαβεῖν, ὁπόσαι ἂν ἐπ' ἐργαςηρίου κάθωνται, ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ ΠΩΛΩΣΙ ΤΙ ΑΠΟΠΕΦΑΣΜΕΝΩΣ. Conſule omnino Salmaſium ad Jus Atticum cap. xiii. p. 352. de antiquo uſu τῦ, πωλεῖν. Angl. *To ply.* Confer et Cl. Bentleium ad Phal. p. 398. Epigramma in Anthoiog. Cephal. MSS. Bernard. p. 40. et apud Brunck Analect. vol. ii. p. 379. et apud Warton. Theocrit. vol. ii. p. 39.

Ἐμπρήσω σε, θύρη, τᾷ λαμπάδι, κᾓ τὸν ἔνοικον
Συμφλίξας μεθύων, εὐθὺς ἄπειμι φυγάς·
Καὶ πλώσας Ἀδριανὸν ἐπ' οἴνοπα πόντον, ἁλήτας
ΠΩΛΗΣΩ γε θύραις νυκτὸς ἀνοιγομέναις.

νίσαλος,

PARS II. νίσταλος, Σκίταλος, atque alia ejuſdem formæ et poteſtatis δαιμόνια. Cæterum ab eodem fonte fluit etiam ΚΥΠΤΑΖΕΙΝ, quod recte διατρίβειν, σφαγιάζειν, interpretantur veteres Critici: et de quo ſatis accurate, ut ſolet, Cl. Valckenarius ad Ammonium i. 8. Ineſt autem iſti verbo, quod viros doctiſſimos fefellit, ſenſus paulo obſcœnior. Heſychius: Κυπτάζειν, διατρίβειν, σφαγιάζειν, ἐναισχύνειν. Ubi notandum verbum illud ἐναισχύνειν *indecore agere*:* quod haud alibi legiſſe memini. Idem: Ἐκύπταζον, ἔκυπτον, ἠλογήθην. Locus doctiſſimis Interpretibus parum perſpectus. Legendum, ἠλοήθην. Verba iſta ἠλοήθην et ἠλογήθην non raro commutantur: de quo nos ſupra ad v. Ἠλογήθησαν. Eſt autem Ἀλοᾶν verbum nequam. Quo ſenſu accipiendum videtur apud Comicum in Ranis, v. 149.

Porſon. IV. 455.

Ἢ παῖδα ΚΙΝΩΝ, τ' αργύριον ὑφέλετο,
Ἢ μητέρ' ΗΛΟΗΣΕΝ——

Ita ſcribendus atque intelligendus iſte locus. Quod ſatis patet ex præcedenti voce Κινῶν. Quo pacto ſermo κωμικώτερος erit. Idem autem nonnunquam ἐκύπταζον et ἠλοήθην. Ariſtoph. Lyſiſt. ver. 17.

---

* Hujuſmodi ſunt verba Καταχημονεῖν apud Schol. ad Ariſtoph. Ran. v. 153. et Ἐναχημονεῖν apud Plutarch. in Sertorio p. 335. et Schol. ad Lucian. Lexiph. p. 334. et apud Athenæum p. 541. Ἐναχολασαίνειν.

Ἢ μὲν

Ἡ μὲν γὰρ ἡμῶν περὶ τὸν ἄνδρ' ΕΚΥΠΤΑΣΕΝ. PARS II.

Ubi Κυπτάζειν περὶ τὸν ἄνδρα, eſt, *id agere quod mulieres cum viris ſuis agere ſolent:* id quod optime nos docet Scholiaſtes: Κυπτάζειν ἐστὶ τὸ περί τι πονεῖν καὶ διαπρίζειν. Κομψῶς δὲ τῇ ἀμφιβολίᾳ χ' χάριτες (lege καὶ ἐπιχαρίτως κέχρηται) καθὰ χ' Σώφρων· Ἐνθάδε ΚΥΠΤΑΖΟΥΣΙ πλεῖσαι γυναῖκες.* Jam intelligis, opinor, quid velit Scholiaſtes, et quænam ſit illa ἀμφιβολία *(double entendre)* quam laudat. Sophronis autem verſiculus, qui choliambus eſt, ita certo certius eſt reſcribendus:

Πλεῖσαι γυναῖκες ΕΝΘΑΔΙ κυπτάζουσι.

Atque hæc hactenus.

ΚΟΚΚΥΑΙ. Αἱ πρόγονοι. †Ἀφ' ὑμέων κοκκύῃσι καθημένη ἀρχαίῃσι.] "Portus emendat et legit:

"Πὰρ δ' ὑμέων κοκύῃσι καθημένη ἀρχαίῃσι.

---

* Vide Miſcell. Obſervat. Crit. vol. vii. p. 126. Edit. Amſtel. 1736.

† Demoſthenes in Ariſtogit. Orat. i. p. 472. Edit. Taylor. κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ΕΦ' ΕΑΥΤΗΣ εἶναι. Epigram. in Antholog. lib. vii. p. 589.

Σιγῇ ΕΦ' ΗΜΕΙΩΝ, ἵνα μὴ Διόνυσος ἀκούσας,
Τῶν Ἀριαδνείων ζῶλον ἔχοι λειχέων.

Homer. Iliad. Γ. 134.

Οἳ δὴ νῦν ἴαται ΣΙΓΗ, πόλεμος δὲ πέπαυται.

"Sic

PARS II.

" Sic ſaltem metrum ſe recte habet." *Kuſter.* Idem Κοκύας et Κοκκύας. Eſt autem vox Ionibus peculiaris. Etymol. Mag. Κοκκύας, ὁ πρόγονος. Ἔστι δὲ Ἰωνικὴ ἡ λέξις. Σημαίνει δὲ τὸν ἤδη κεκομμένον. Legendum, κεκαμμένον. *Senio incurvatos.* Heſych. Κοκκύαι, οἱ πάππποι, καὶ οἱ πρόγονοι. Ita legendum ex ordine literarum, non Κοκκίαι. Epigram. Anthol. lib. i. p. 40.

Τηλόθι δ' ἴαχε δρυὸς πέλεκυν. ΚΟΚΥΑΙ γὰρ ἔλεξαν
Ἀμῖν ὡς πρότεραι ματέρες ἔντι δρύες.

Hexameter autem, quem laudat Suidas, depravatus eſt. Nec ſatisfacit Porti emendatio. Repono, certiſſima, ni fallor, emendatione:

ΕΥΦΗΜΩΣ Κοκύῃσι ΠΑΡΗΜΕΝΗ ἀρχαίῃσι.
Modeſte, ut virginem decet, veteribus aſſidens aviis.

De voce εὐφήμως conſulendi viri docti ad Homer. Hymn. in Apoll. ver. 171. in primis doctiſſimus Ruhnkenius in Epiſtola ad Cl. Valckenarium. Recte autem ſcripſimus, παρημένη. Homer. Il. A. 488.

——νηυσὶ παρημένος ὠκυπόροισι.

Ubi Schol. παρημένος, παρακαθημένος.

ΚΟΛΩΝΟΣ. Γῆς ἀνάστημα—Ἀρριανός. Καθεώρων κολωνὸς λίθων πολλαχῇ τῇ ὄρει νενεμημένης, τὸν μὲν, μείζους, τὸν δὲ, ἐλάττους. *Videbant acervos lapidum*

lapidum in variis montis partibus jacentes, alios majores, alios vero minores.] Latina non male ſubminiſtravit Interpres. Sed Græca Arriani minime ſana ſunt. Reſcribendum utique: πολλαχῇ τῷ ὄρει ΝΕΝΗΜΕΝΟΥΣ. *Acervos lapidum hic illic per montem congeſtos.** Arrian. Exped. Alex. lib. vi. Οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ ψάμμῳ πολλῇ τε καὶ ὁμοίᾳ πάντῃ ΝΕΝΗΜΕΝΗι, ὅτῳ τεκμηριώσονται τὴν ὁδόν. *Neque enim in arena, quæ multa ubique congeſta erat, via cognoſci poterat.* Xenoph. Exped. Cyri, v. 4. 16. Εὕρισκον θησαυροὺς ἐν ταῖς οἰκίαις ἄρτων ΝΕΝΗΜΕΝΩΝ. *Invenerunt in ædibus theſauros panum congeſtorum.* Nihil verius hac emendatione.† PARS II.

ΚΟΜΜΟΣ. Περίεργος κόσμησις. Ἠγεῖτο γυναικῶν μυρία πληθὺς, μετὰ κομμοῦ καὶ ὀλολυγῆς. Τετέσι, γοῦ καὶ ὀδυρμοῦ.] Aliud docet interpretatio, aliud ῥῆσις allata. Quod Suidæ non inuſitatum eſt. Cæterum hoc fragmentum depromptum eſt ex Nicolao Damaſceno in Excerptis a Valeſio editis, p. 457. quod viros doctos latuit.

ΚΟΝΙΣΤΡΑ. Οὐδ' αὖ κονίστρας εἰς τὸ ῥίψαι τὰς

---

* Schol. ad Apollon. Rhod. i. v. 403. Ἀπὸ τῆς τῶν λίθων συνθέσεως, ἥ ἐστι ΝΗΗΣΙΣ.

† Plutarchus in Æmilio p. 185. Edit. Bryan. ὅπλων ΝΕΝΗΜΕΝΩΝ. Ita legendum. Vulgo νενικημένων.

PARS II.

πόνους.] Senarius nonnihil corruptus eſt. Scribendum,

Οὐδ' αὖ κονίστρας εἰς τὸ ΡΥΨΑΙ τοὺς πόνους.

Quæ vox eſt κονίστρας propria. Heſych. Ῥύψαι, σμῆσαι, σμῆξαι, πλύναι. Eſt autem Piſidæ hic verſiculus: quod collegiſſe videor ex Suida, v. Αἰετός. Ubi ſequentes hujus Scriptoris ſenarii leguntur.

Οἷς ὅτε δίψης ἐστὶν ἧττων ἡ φύσις,
ΟΥΔ' ΑΥ ΚΟΝΙΣΤΡΑΣ ἐνδεὴς ἡ ῥᾳθύμης.
Ἀλλ' εἰσὶ δίψης καὶ κρύους ἀνώτεροι.

Quæ ex Æliano hauſiſſe videtur, Hiſt. Animal. ii. 22. Οὐδέποτε Αἰετὸς ὅτε πηγῆς δεῖται, ὅτε γλίσχεται ΚΟΝΙΣΤΡΑΣ, ἀλλὰ καὶ δίψους ἀμείνων ἐστὶ, καὶ καμάτου φάρμακον ἐκ ἀναμένει πορισθὲν ἔξωθεν. *Aquila fonte nunquam eget, nec palæſtram amat, quippe quæ neque ſiti obnoxia eſt, neque remedio contra laborem utitur externo.*

ΚΟΝΝΟΥΣ. Ἐδωρεῖτο δὲ πᾶσι τὰ τρέποντα· τοῖς μὲν παισὶ κόννους καὶ ψέλλια· τοῖς δὲ νεανίσκοις δραμβὰς καὶ μαχαίρας.] "Quo vocem hanc re-
" feras, quæ nec a Suida hic exponitur, nec
" apud alium quemquam Grammaticorum le-
" gitur? Certe Caſaubonus eam ſuſpectam
" habuit, quippe qui apud Polybium eam
" aſteriſco notavit, vertitque *icunculas*, quaſi
" legeretur, εἰκόνας." *Kuſter.* Depromptum eſt

PARS II.

est hoc fragmentum, quod et recte monuit Kusterus, ex Polybio, lib. x. pag. 825. ubi ita legitur: Τότε κατὰ γένη καθ' ἡλικίαν ἑκάστοις ἐδωρεῖτο τὰ πρέποντα. ΤΑΙΣ μὲν παισὶ ΚΟΝΟΥΣ καὶ ψέλλια, τοῖς δὲ νεανίσκοις ΡΑΜΒΑΣ καὶ μαχαίρας. Ubi vocem κόνδυς minus intellexerunt viri doctissimi. Est autem κόνος sive κόννος, quod jam moneo, ornamentum muliebre, quod auribus scilicet appendebatur, a forma ita dictum, quia conum sive κῶνον referebat.* Idem enim κόνος, κόννος, et κῶνος.† Significat autem quicquid fastigiatum sit, aut in acutum exeat: quod vel ex Hesychio liquet. Hinc de barba, puellarum mammis, pini arboris fructu, cæterisque τούτῳ τῷ σχήματος usurpatur. Hesych. Κῶνοι, αἱ στρόβιλοι. Atqui στρόβιλοι sunt ornamenta muliebria. Hesych. Στρόβιλος, εἶδος τι ὀρχήσεως, καὶ ΓΥΝΑΙΚΕΙΟΝ ΧΡΥΣΙΟΝ. Jam rem tenemus. Accedit Pollux v. 97. Περὶ δὲ τοῖς ὠσὶν—ΣΤΡΟΒΙΛΙΑ καὶ βοτρύδια. Legendum, ΒΟΤΡΥΙΔΙΑ. Hesych. Βοτροίδια, ἐνωτίων εἶδος. Legend. ΒΟΤΡΥΙΔΙΑ. Quod miror viros doctos ad Hesychium non animadvertisse. Nam ut ab ἰχθὺς ἰχθύδιον, sic a βότρυς βοτρύδιον. Ejusdem autem formæ videntur στροβίλια et βοτρύδια. Suidas:

Porson. IV. 456.

* Confer Clement. Alexand. Cohort. ad Gent. p. 15. ubi vide Cl. Potter.

† Hesychius: Ἱεροβάτου κόννου. Vide infra ad v. Κίπασος.

PARS II. ΚΩΝΟΣ δὲ λέγεται ὁ ΒΟΤΡΥΟΕΙΔΗΣ ΤΟΥ ΣΤΡΟΒΙΛΟΥ καρπός. Quare corrigendus omnino Suidas ex Polybio: ΤΑΙΣ μὲν παισὶ ΚΟΝΟΥΣ καὶ Ψέλλια. Et locus ita vertendus: *Convenientia unicuique pro ætate et ſexu munuſcula diviſit: puellis inaures et armillas, adoleſcentibus vero cultros et gladios.* Cæterum pene oblitus ſum monere legendum, ΡΑΜΦΑΣ καὶ μαχαίρας. Heſychius, Grammaticorum longe doctiſſimus: Ραμφὴ, κοπὶς, μάχαιρα.

ΚΟΡΝΟΥΤΤΟΣ—Ὁ χρόνος δὲ ὁ ἄπρατὸς τε καὶ ἀδέκαστος, καὶ ἡ τότε φύλαξ, καὶ ὀπαδὸς, καὶ ἔφορος ἀληθεια.] "Miror unde hæc Suidas. Certe ex "nullo, ut puto, Scriptorum, qui quidem ho- "die exſtant." *Kuſter.* Eſt locus longe elegantiſſimus, atque ex Æliano proculdubio depromptus: quod ex ſtilo ſatis manifeſtum eſt. Ita enim loquitur Ælian. Hiſt. Animal. ii. 26. Πῦρ τὸ ὀράνιον ἡ τῦ γένυς ΑΔΕΚΑΣΤΟΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΠΡΑΤΟΣ ἀληθῶς ἐγγραφή ἐστι. Ita ſcribendus iſte locus. Vulgo legitur ἄπρακτος. Recte autem atque eleganter, ἀδέκαστός τε καὶ ἄπρατος ἐγγραφή. *Teſtimonium incorruptum atque integerrimum.* Eſt autem ἐγγραφὴ, ut obiter notem, vox a foro petita. Eam uſurpat Lucianus in Hermotimo.* Quare haud inconſulto, opi-

* Eam quoque uſurpat Etymol. Mag. ad v. Γαμηλία.

nor,

nor, feci, qui hoc luculentum ἀποσπασμάτιον Æliano adſeruerim. Repetuntur autem nonnulla hujus ῥήσεως infra v. Ὀπαδὸς et v. Ὄφελος. PARS II.

ΚΟΤΥΛΗ. Ὁ νῦν καλοῦσιν ἡμίξεστον. Εἶδος ποτηρίου ὁμωνύμου τῷ ἀγγείῳ τῷ ὑγρῷ, ὡς χοίνιξ. Καὶ εἶδος μέτρου.] Deſcripſit hunc locum Suidas ex Scholiis ad Ariſtophanis Plutum, ver. 436. Sed auctioribus quidem iis, ut videtur, quam quæ nunc habemus. Sunt autem hæc miſere divulſa a ſe invicem et corrupta, quæ partim auctoritate Scholiaſtæ, partim ſententiæ ductu, ita in integrum reſtituenda eſſe cenſeo. Κοτύλη. Εἶδος μέτρου, ὃ νῦν καλοῦσιν ἡμίξεστον. ΕΣΤΙ ΔΕ ΑΓΓΕΙΟΝ ΔΕΚΤΙΚΟΝ τῶν ὑγρῶν, ὡς χοῖνιξ. Καὶ εἶδος πωλητηρίου ὁμωνύμου τῷ ἀγγείῳ. *Cotyle, menſuræ genus, quod nunc ſemiſextarium vocant. Eſt autem vas liquida continens, ut chœnix. Eſt et poculi genus, ejuſdem nominis cum vaſe.* Nihil verius aut ſimplicius hac emendatione. Recte autem reſtituimus, ἀγγεῖον δεκτικὸν τῶν ὑγρῶν. Suidas v. Ὀξίς. Ἔστι δὲ ἀγγεῖον ὄξους δεκτικόν. Athenæus, lib. xi. p. 490. Καὶ γὰρ τοῦτο τῆς ΞΗΡΑΣ τροφῆς ΔΕΚΤΙΚΟΝ ΑΓΓΕΙΟΝ. Ita legendus iſte locus. Vulgo, τῆς ἑτέρας τροφῆς· quod virum eruditiſſimum admodum exercitum habuit. Sed vera eſt lectio quam repoſuimus.* Dicitur

* Idem, lib. xi. 12. p. 492. Πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας ἐκ οἰκείως τῷ ποτηρίῳ ἐντετυπῶσθαι τὰς Πλειάδας, ξηρῶν τροφῶν ὄσας σημαίνειν,

PARS II. autem κοτύλη et κοτυλίσκη. Pherecrates in Corianno apud Athenæum, lib. xi. p. 481.

Α. ΚΕΡΑΣΩ λαβών σοι ΤΗΝ ΚΟΤΤΥΛΙΣΚΗΝ. Β. μηδαμῶς

Μικράν γε· κινεῖται γὰρ εὐθύς μοι χολὴ,
Ἐξ ὅπερ ἔπιον ἐκ τοιαύτης φάρμακον.

Ita legendi et diſtinguendi ſunt iſti verſiculi, qui hodie, indignantibus Muſis, corruptiſſimi proſtant. Vulgo autem legitur, κυλίσκην· quæ vox nulla eſt. Sed veram lectionem exhibet Athenæus, p. 479. Κοτυλίσκην δὲ εἴρηκε Φερεκράτης ἐν Κορίαννοῖ. ΤΗΝ ΚΟΤΤΥΛΙΣΚΗΝ ΜΗΔΑΜΩΣ. Quod vero dixi, vocem κυλίσκην nullam eſſe, id quidem haud aſpernandum videtur. Nam quod legitur apud Pollucem, κυλίσκη, κυλίσκια, ne unius quidem aſſis eſt faciendum: a κύλιξ enim fluunt non κυλίσκη et κυλίσκια, ſed κυλίχνη et κυλίχνια.* Quomodo et apud Pollucem recte exhibent libri veteres: poſteriores autem Critici imperite mutarunt. Heſych. Κυλίχνη, φιάλη. Suidas: Κυλίχναι, φιάλαι. Κυ-

---

λίκτειον ὅτι τὸ δίπας ἀμφοτέρων τῶν τροφῶν ἔχει δεκτικόν. Schol. ad Ariſtoph. Nub. v. 674.—τῷ ἀλφίτων δεκτικῷ λέγων ὅμοιον.

* Athenæus lib. xi. 8. p. 480. Ἀχαιὸς ἐν Ἀλκμαίωνι ἀντὶ τοῦ κυλίκας παραγώγως, κυλιχνίδας εἴρηκε. Etymol. Mag. ad v. Κυλίχναι habet vocem Κυλικνίδες. Scribendum, Κυλιχνίδες.

λίχνιον,

λίχνιον, ἔκπωμα. Atque hinc corrigendus Ariſtophanes in Acharn. ver. 458.

Κυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκρυσμένον.

Ubi alii Codices, notante Scholiaſta, κυλίκειον, alii cum Suida, κυλίκιον. Sed vera lectio, quod nemo vidit, eſt κυλίχνιον. Ariſtoph. Equit. ver. 902.

Ἐγὼ δὲ ΚΥΛΙΧΝΙΟΝ τέ σοι, κὴ Φάρμακον δίδωμι.†

ΚΩΜΗΤΑΙ. Καὶ οἱ γείτονες. Κώμη γὰρ ἡ γειτονία. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ· Τοῦτο γὰρ αὐτῇ κωμῆται κάλεον περιαγέες.] "Ultimum verbum eſt corruptum, nec habeo quomodo ſanem." *Erneſt. ad Callimachum*, p. 572. Atqui vera lectio aprico eſt. Scribendum, περιηγέες. Callimach. Hymn. in Del. ver. 198.

Κυκλάδας ὀψομένη ΠΕΡΙΗΓΕΑΣ——

Cycladas viſura circumjacentes: ſive, ut ait Mela, *in orbem jacentes.* Ita vertendus iſte locus. Cæterum ad hunc ipſum locum Callimachi in *Hecale* reſpexit Plutarchus in Theſeo. Ἔθυον γὰρ Ἑκαλήσιον οἱ περιξ δῆμοι συνιόντες

† Athenæus lib. xi. 14. p. 498. ΚΥΛΙΚΙΟΝ μικρόν. Sed male. Lege Κυλίχνιον. Idem in lib. x. 6. p. 423. Ὥρα ἦν πίνειν ἡμῖν ἐγὶ, κὴ τῶν παίδων τὶς ἐκ τῦ κυλικίῦ τῶν ποτηρίων παραφερέτω. Hic legendum ἐκ τῦ ΚΥΛΙΚΕΙΟΥ. Angl. *Cup-board.*

Ἑκαλείῳ

PARS II.

Ἑκαλείῳ Διΐ, ᾗ τὴν Ἑκάλην ἐτίμων Ἑκαλήνην ὑποχοριζόμενοι. Ubi recte, ut videtur, Cl. Ruhnkenius, Ἑκαλίνναν. Iidem autem οἱ περιξ δῆμοι Plutarcho, ac κομῆται περιηγέες Callimacho. *Circumcirca vicini. The neighbours round about.* Quare locus ita legendus atque ampliandus videtur:

——Ἑκαλίνναν· τοῦτο γὰρ ΑΥΤΗΝ
Κωμῆται κάλεον ΠΕΡΙΗΓΕΕΣ——

ΚΩΡΥΚΑΙΟΣ. Θεόν τινα παρεισάγουσιν οἱ κωμικοὶ ἐπακροώμενον, ἀπὸ παροιμίας τινός. Δέξιππος Θησαυρῷ· Μὴ κατακούσειε δέμας ὁ Κωρυκαῖος· ἀλλὰ μὴν κατακήκοα κατακολουθῶν ἔνδοθέν σε.] Sic habent MSS. Paris. At in prioribus Editt. "legitur κατακρύψειε; quod mendosum esse non "dubito. Deinde pro δέμας, quod proxime "sequitur, lego δέ με. Metrum autem hujus "loci prorsus turbatum est, quod in integrum "restitui nequit, cum fabula Dexippi, ex qua "fragmentum hoc depromptum est, hodie "non extet." *Kuster.* Dexippum Comicum Græcia non novit. Scribendum, Διώξιππος. Quomodo recte exhibet Photius in Lexico inedito. Dioxippum Comicum laudant Suidas et Athenæus. Locus autem ita nullo negotio numeris suis est restituendus:

——Α. Μὴ κατακούσειεν δέ με
Ὁ Κωρυκαῖος. Β. Ἀλλὰ μὴν κατακήκοα
Σοῦ, κατακολουθῶν ἔνδοθεν.——

ΚΡΕΚΟΥΣΑ.

ΚΡΕΚΟΥΣΑ. Αὐλῆσα.—Κυρίως δὲ κρέκειν, τὸ τὴν κιθάραν κρέειν. Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· PARS II.

Ζηνοφίλα, λιγὺ κρέκεις τὶ μέλος.]

Hoc fragmentum eſt pars Epigrammatis, quod exſtat apud Anthолog. lib. vii. p. 581. ubi nihilo melius legitur:

Ζηνοφίλα λίγει, ἀδὺ κρέκεις τὶ μέλος.

Carmen integrum, quod non uno mendo laborat, hic emendatum ſubjiciam. Eſt autem Meleagri ad amicam Zenophilam.

Ἡδὺ μέλος, νὴ Πᾶνα τὸν Ἀρκάδα, πηκλίδι μέλπεις
Ζηνοφίλα ΤΙ λίγει, ἡδὺ κρέκεις τι μέλος.*
Ποῖ σε φύγω; πάντη με περιξείχυσιν ἔρωτες,
Οὐδ' ὅσον ἀμπνεῦσαι βαιὸν ἐῶσι χρόνον.
Ἢ γάρ μοι μορφὴ βάλλει ΠΟΘΟΝ, ἢ πάλι μῆσα,
Ἢ χάρις, ἢ τί λέγω; πάντα πυρὶ φλέγομαι.

In primo pentametro exulantem voculam τὶ recte revocavimus: quod ex repetitione conſtat. Deinde ſatis feliciter emendavimus βάλλει πόθον. Vulgo inepte legitur βάλλει πόθεν· quod viros doctiſſimos fruſtra habuit. Recte autem Zenophila dicitur βάλλειν πόθον *jacularі amorem:* quod venuſtæ et argutæ puellæ eſt. Græci dicunt βάλλειν πόθῳ et βάλλειν πόθον.

* Theocrit. in Epigram. Vide D'Orvill. ad Charit. p. 188. qui Theocriti Epigramma corrupit.

Quomodo

PARS II. Quomodo locutus est Macedonius in Epigram. Anthol. lib. vii. p. 570.

Τήλεφός εἰμι κόρη, σὺ δὲ γίνεο πιστὸς Ἀχιλλεύς.
Κάλλει σῷ παῦσον ΤΟΝ ΠΟΘΟΝ ΩΣ ΕΒΑΛΕΣ.

Cæterum primus hexameter Meleagri legitur etiam apud Suidam, v. Πηκτίς. Quin exstat et aliud Epigramma ejusdem argumenti simul et artificis in Miscell. Lipsi. Nov. vol. ix. p. 458. quod hic adponam:

Αἱ τριαταὶ χαρίτες τριστὸν στεφάνωμα ΣΥΝΕΥΝΑΙ
Ζηνοφίλᾳ, τριστᾶς σύμβολα καλλοσύνας.
Ἃ μὲν ὅπτι χρωτὸς θεμένα ΠΟΘΟΝ, ἃ δ' ὅπτι μορφᾶς
Ἵμερον, ἃ δὲ λόγοις τὸ γλυκύμυθον ἔπος.

Ita recte exhibet Cod. MS. Cl. Editor dedit στεφάνωμα συνῆγον. Atqui verbum non sine gratia, ut solet, reticetur. Sensus est: *Tres Gratiæ sunt pro triplici corona amicæ meæ.* Recte autem et jure merito poeta amicam suam συνεύναν, sive *lecti* sociam vocat. Vocem usurpat Philodemus in Epigrammate. Porro ut harum deliciarum studiosos demerear, et tertium Epigramma, ejusdem utique magistri, doctum sane et venustum, sed a nemine, quantum sciam, hactenus intellectum, hic ὁλόκληρον adscribam: Exstat autem Antholog. lib. vii. p. 611.

Ἡδυ-

PARS II.

Ἠδυμελεῖς μᾶσαι σὺν πηκτίδι, καὶ λόγος ἔμφρων
Σὺν πειθοῖ, καὶ ἔρως καλὸς ΥΦΗΝΙΟΧΩι,
Ζηνοφίλα, σοι σκῆπτρα ΠΟΘΩΝ ἀπένειμαν, ἐπεί σοι
Αἱ τριαταὶ Χάριτες τρεῖς ἔδοσαν χάριτας.

Vulgo legitur ἐφ' ἡνιόχῳ· quod Interpretes, homines non ineruditos, ad incitas redegit. Nos veram lectionem extra omnem dubitationem reſtituimus. Heſychius: Ὑφηνίοχος, ἡνίοχος. Reſpexit ad Homer. Il. Z. 19.

Αὐτὸν καὶ θεράποντα Καλήσιον, ὅς ῥα τοθ' ἵππων
Ἔσκεν ΥΦΗΝΙΟΧΟΣ——

Eleganter autem poeta Zenophilam ſuam Amoris ὑφηνίοχον vocat. Reliqua hujus carminis ſatis manifeſta ſunt.

ΚΡΗΤΙΚΟΝ. Εἶδος χιτῶνος. Ἀριſτοφάνης· Σὺ δὲ τὸν κρητικὸν ἀπόδυθι ταχέως.] Locus Comici, quem laudat Suidas, eſt in Theſmoph. ver. 738.

——σὺ τόδε τὸ κρητικὸν
Ἀπόδυθι ταχέως——

Ubi legendum videtur cum Kuſtero, non metri, ſed Græciſmi gratia, σὺ δὲ τὸ κρητικόν. Quomodo et apud Suidam ſcribendum eſt.

ΚΡΙΟΣ—καὶ ἐν ταῖς οἰνικαῖς ἀποſάσεσι κριὸς καλεῖται τὸ κεράμιον τὸ πρῶτον, ᾧ τὰ λοιπὰ ἐπιτηρεῖται.

PARS II. ταμ. *Et cum vaſa venalia exponuntur, primum vas fictile, ex quo reliqua æſtimantur,* κριὸς *appellatur.*] " Locus hic eſt mendoſus et obſcu-
" rus, quem ita interpretatus ſum, ac ſi pro
" οἰνικαῖς legeretur ὠνικαῖς. Ex lectione enim
" vulgata, quæ ne Græca quidem eſt, ſenſum
" nullum elicere potui. Experiatur lector, an
" locum hunc male affectum ſanare queat." *Kuſter.* Locus integerrimus, ſi quis alius, et ἑλληνικώτατος. Quod et recte adnotavit Cl. Bos ad Suidam. Sed ſenſum hujus loci nemo vidit. Αἱ οἰνικαὶ ἀποσάσεις, quod omnes fugit, ſunt *cellæ vinariæ.* Schol. ad Ariſtoph. Equit. ver. 997. Λέγονται δὲ ξυνοικίαι καὶ αἱ μικραὶ ΟΙΚΙΑΙ καὶ ΑΠΟΣΤΑΣΕΙΣ. Atque ita intelligendus Strabo, lib. xvii. Εἶτα τὸ Καισάριον, καὶ τὸ Ἐμπορεῖον, καὶ ΑΙ ΑΠΟΣΤΑΣΕΙΣ. Heraclides in libello περὶ πολιτειῶν. cap. de Aphytæis. Δικαίως καὶ σωφρόνως βιῶσι· καὶ ἀλλοτρίων ἐπιγάνυσιν, ἀνεῳγμένων τῶν θυρῶν. Φασὶ δέ ποτε ξένον πριάμενον ΟΙΝΟΝ μὴ ἀναλαβεῖν, ἐπείγοντος αὐτὸν τοῦ πλοῦ. Καταλιπεῖν δὲ αὐτὸν ΕΝ ΤΗ ΑΠΟΣΤΑΣΕΙ ἀδένι πωλοῦντα· ὕστερον δὲ κατ' ἄλλην ἐμπορίαν ἐλθόντα εὑρεῖν τοῦτον ἄθικτον. *Juſte et modeſte vivunt Aphytæi, nec attingunt aliena, etſi janua omnium aperta. Aiunt vero peregrinum quendam vinum apud ipſos emptum non avexiſſe, quod navigatio acceleranda ipſi inſtaret. Relicto igitur in cella vino, quum id nemini commendaſſet, alteris reverſus nundinis, illud*

lud intactum reperit. Ita Græca ſunt vertenda. Interpres non intellexit. Quare Suidæ locum, qui neutiquam ſollicitandus eſt, ita tandem interpretandum eſſe cenſeo: *Et in cellis vinariis, teſta prima, ex qua reliquæ æſtimantur,* Κρίος *appellatur.* Quod omnino verum eſt.

ΚΡΙΣΕΩΣ. Δοκιμασίας. Ἀκολουθίας.] "Sic "etiam legitur in Lexico Photii inedito. Sed "mendoſe, ut puto. Scribendum enim potius "exiſtimo, ἀληθείας." *Kuſter.* Imperite admodum vir doctiſſimus. Ita enim locuti ſunt Græci recentiores. Heſych. Κρίσιν, ἀκολουθίαν. Theodoret. Hiſt. Eccleſ. ii. 16. Διόπερ εἴ σου δοκεῖ εὐσεβείᾳ, κριτήριον συσταθῆναι κέλευσον, ᾗ εἰ ὀφθείη Ἀθανάσιος ἄξιος καταδίκης, τότε κατὰ τὴν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ΑΚΟΛΟΥΘΙΑΣ τύπον ἐξενεχθήσεται ἡ κατ' αὐτοῦ ψῆφος. *Quare ſi placet pietati tuæ, judicium conſtitui jube: et ſi quidem Athanaſius condemnatione dignus videtur, tum juxta Eccleſiaſtici judicii formam, ſententia in eum proferetur.* Hinc Photius Epiſt. ii. p. 56. Παρὰ τὴν δεδομένην ἐκκλησιαστικὴν ΑΚΟΛΟΥΘΙΑΝ. *Contra regulas Eccleſiaſticas. Secus quam ſtatuerat Eccleſia.* Ita locus vertendus.

ΚΡΟΤΑΛΟΣ Ἀρσενικῶς. Ἀντὶ τοῦ, εὔγλωττος, καὶ εὔσομος, ὡς τὰ κρόταλα. Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· Καὶ νῦν καλοῦμαι θηλυμανής· ἢ νῦν δίσκος ἐμοὶ κρόταλον.]

PARS II.

ταλον.] Rufinus, in Epigram. Anthol. lib. vii. p. 618.

Οὐκ ἔτι παιδομανὴς, ὡς πρίν ποτε, νῦν δὲ καλοῦμαι
Θηλυμανὴς, καὶ νῦν δίσκος ἐμοὶ κρόταλον.

Quomodo et ſcribendum eſt apud Suidam. Confer etiam noſtrum ſupra, v. Δισκεύων. Cæterum hic articulus in Editione Mediolan. nonnihil auctior eſt. Sequitur enim, Ἔστι δὲ καὶ κάλαμος ἐσχισμένος.

Porſon. IV. 457. Eadem addit Aldina Suidæ Editio.

ΚΡΟΤΩΝΟΣ ΥΓΙΕΣΕΡΟΣ.* Τοῦτο δὲ ἐπὶ τοῦ ζώου δέχεσθαι.—Κρότων δέ ἐστι ζωΰφιον, τὸ ἐν τοῖς κυσὶ καὶ βουσὶ γινόμενον.] Sic quoque Suidas infra, v. Ὑγιέστερος. Proverbii hujus mentio exſtat in Epigrammate apud Anthol. lib. i. pag. 86. Carmen ipſum, quod Palladæ eſt, et Pallada quidem non indignum, hic emendatum adſcribam:

Οὐκ ἀλόγως ἐν ΖΩΥΦΙΟΙΣ δύναμίν τινα θεῖαν
Εἶναι ἔφην· χθὲς γοῦν ΖΩΥΦΙ' ἐν χρονίῳ
Ἡπιάλῳ κάμνοντι τεταρταίῳ περιῆψα,
Καὶ γέγονεν ταχέως οἷα κρότων ὑγιής.

Vulgo legitur, ἐν διζύφοις——δίζυφον. Quæ lectio quidem nulla eſt, et viros eruditiſſimos

* Hoc proverbium deſcripſit Suidas ex Menandro p. 112. Edit. Cler.

ad

ad ineptias detrusit. Nos optime et verissime emendavimus. Per ζωΰφια *pediculos* intelligit. Græci φθεῖρας sive σκώληκας appellant. Idem σκώληξ et ζωΰφιον. Suidas: Σκώληξ. Εἶδος ζωϋφίου. Pediculos autem collo appensos facere ad quartanam, auctor est Dioscorides, περὶ ὕλης ἰατρικῆς iii. 13. Οἱ δὲ τῆς κεφαλῆς σκώληκες εἰς κύστιδα ἐνδεόμενοι, καὶ ΠΕΡΙΑΠΤΟΜΕΝΟΙ τραχήλῳ ἢ βραχίονι, ἰσοροῦνται ΤΕΤΑΡΤΑΙΟΥΣ θεραπεύειν. Atque hinc argutia Epigrammatistæ notanda: —Οἷα κρότων ὑγιής. *As sound as a tick.* Nam κρότων, *pediculus caninus*: Ζωΰφιον, τὸ ἐν τοῖς κυσὶ, vocat Suidas.* PARS II.

ΚΤΕΝΑ. Τὸ πύξινον κάλλυντρον τῶν τριχῶν. Ἐν Ἐπιγράμματι· Ἡδὲ τῶν τριχῶν σαγηνευτῆρα πύξινον κτένα.] Hoc fragmentum decerptum est ex Epigrammate in Anthologia Cl. Reiskii, pag. 26. quod hic emendatum adponam: nam quod hodie legitur manifesto corruptum est. *Porson. IV, 457.*

Τὸν ἀργυρῆν ἔρωτα, καὶ περίσφυρον
Πεζαν, τὸ πορφυρεῦν τε Λεσβίδος Κόμης

---

* Schol. ad Homer. Odyss. P. v. 300. Κυνοραϊστέων.] Τῶν κροτώνων· τινὲς δὲ λέγουσιν ἄλλα ζῶα ἐγγίνεσθαι, ἃ λέγεται κυνοραϊσταὶ, κροτώνων. Eustathius dicit ab his animalculis juxta quosdam *Proverbium* ortum esse, Ὑγιέστερος Κρότωνος· quod tamen ipse potius ad urbem Crotonem refert, ἐν παροιμιολαῖς ad Dionys. Περιηγητ. v. 369.

Ἔλιγμα.

PARS II.

Ἕλιγμα, καὶ ΜΗΛΟΥΧΟΝ ὑαλοχρόα,
Τὸ χαλκέον τ' ἔσοπτρον, ἠδὲ τὸν πλατὺν
Χαιτῶν σαγηνευτῆρα, πύξινον κτένα,
Ὧν ἤθελεν τυχοῦσα, ΚΤΗΣΙΑ Κύπρι,
Ἐν σαῖς τίθησι ΚΑΛΛΙΚΛΕΙΑ παστάσι.

Ita legendum iſtud Epigramma, quod Leonidæ eſt, et doctum ſupra captum Editoris. Primum, per Λεσβίδα κόμην intelligit poeta *crines adſcititios*, qui mulieribus Leſbiis in uſu ſcilicet. Πηνίκην vocat Lucianus in Dial. Meretriciis: quem vide; nam ad hunc locum facit egregie. In ſequenti verſu vulgo legitur, μελοῦχον· nos recte emendavimus. Eſt autem μηλοῦχος *Strophium puellarum mammis coercendis uſitatum, gemmiſque ornatum*; hinc ὑαλοχροῦς dictum: de quo viri docti ad Catullum. Dicitur autem μηλοῦχος, ut κυνοῦχος, δεροῦχος, et ſimilia. Μῆλα ſunt *mammæ*. Suidas: Μῆλα καὶ οἱ μασθοί. Epigram. in Miſcell. Lipſ. vol. ix. p. 676.

Μᾶλλον ἐγὼ σέο ΜΗΛΑ καρηβαρέοντα κορύμβοις,
Ἢ μαστὸν νεαρῆς ὄρθιον ἡλικίης.

Confer Suid. v. Κόρυμβοι. Deinde reſcripſimus, κτησία Κύπρι. Ut Ζεὺς κτήσιος, ſic Κύπρις κτησία. Vulgo perperam, γνησία. Sed illud nove et exquiſite de meretrice dictum. Dio Chryſoſt. Orat. i. ΚΤΗΣΙΟΣ δὲ Ζεὺς, ἅτε δοτὴρ πλούτου

τῦ καὶ κτήσεως.* Hinc eleganter Venus Κτησία. *The giver of all good things.* Poſtremo legimus Καλλίκλεια, ut Εὔκλεια, Θεόκλεια, Ἱερόκλεια, atque alia hujuſmodi. Cl. Editori pro Καλλίκρεια placebat Καλλικράτεια· quod perinde eſt. Hinc autem Suidas nonnihil emendari atque illuſtrari poterit. PARS II.

ΚΟΙΝΑ ΤΑ ΤΩΝ ΦΙΛΩΝ.—Κέχρηται τῇ παροιμίᾳ Μένανδρος Ἀδελφοῖς. Οὐ δήπου τὰ χρήματα λέγων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ νοῦ καὶ τῆς φρονήσεως κοινωνίαν.] Hæc in verſus digeſſit Cl. Grotius. Sed fruſtra et invitis Muſis. Quod et recte animadvertit ad Menandrum acutiſſimus Bentleius. Sunt autem verba Juliani, Orat. vii. p. 245. ubi ita loquitur: Καὶ τῇ παροιμίᾳ (Πυθαγόρας) παρέσχε τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸ λέγεσθαι ΚΟΙΝΑ ΤΑ ΤΩΝ ΦΙΛΩΝ ἔδωκε τῷ βίῳ. Οὐ δήπου τὰ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ νοῦ καὶ τῆς φρονήσεως κοινωνίαν. *Porſon. IV. 457.*

ΚΥΚΛΟΙ——ὁ δὲ Ζωδιακὸς λοξός ἐστι, ὡς αἴτιος τοῖς ἀλλήλοις.] Depromptus eſt hic locus

* Plutarchus de Stoicorum Repugnantiis p. 1048. vol. ii. Edit. Xyland. Ὁ δὲ Ζεὺς γελοῖος εἰ ΚΤΗΣΙΟΣ χαίρει καὶ Ἑπικάρπιος καὶ Χαριδότης προσαγορευόμενος. Libanius in Declamat. x. p. 367. vol. i. Ἦλθον εἰς Διὸς ΚΤΗΣΙΟΥ καὶ Ἑρμοῦ κερδῴου, καὶ θεραπεύσας οἷς ἔφην. Dionyſ. Halicarn. lib. viii. 41. p. 493. Καὶ ὑμεῖς, ὦ Θεοὶ ΚΤΗΣΙΟΙ, καὶ ἑστία πατρῴα, καὶ δαίμονες οἱ κατέχοντες τὸν τόπον, χαίρετε.

PARS II. ex Diog. Laertio in Zenone, ubi legitur: ὡς ἐπιὼν τοὺς παραλλήλους. Quomodo et apud Suidam legendum putat vir doctissimus. Sed fallitur. Proculdubio scripsit noster: ὡς ΑΝΤΙΟΣ τοῖς παραλλήλοις. *Zodiacus vero obliquus est, quippe qui parallelos secat.* Diodorus Siculus, lib. i. cap. 98. Τόν τε Οἰνοπίδην ὁμοίως συνδιατρίψαντα τοῖς ἱερεῦσι καὶ ἀστρολόγοις, μαθεῖν ἄλλα τε καὶ μάλιστα τὸν ἡλιακὸν ΚΥΚΛΟΝ, ὡς ΛΟΞΗΝ μὲν ἔχει τὴν πορείαν, ΕΝΑΝΤΙΑΝ δὲ τοῖς ἄλλοις ἄστροις τὴν φόραν ποιεῖται. *Oenopides cum sacerdotibus Ægyptiis et astrologis multum versatus, cum alia, tum potissimum solis cursum, quod obliquus sit, atque aliis sideribus contrarius, didicit.**

ΚΥΝΗΓΙΟΝ — Καὶ ἀπελθὼν Θεόδωρος ὁ Ἀναγνώστης μετὰ Ἱμερίου Χαρτουλαρίου εἶδεν ἐκεῖσε στήλην μικρὰν τῷ μήκει, καὶ πλατεῖαν καὶ παχεῖαν πάνυ — παρευθὺ πεσεῖν τὴν στήλην ἐκ τοῦ ἐκεῖσε ὕψους καὶ κροῦσαι τὸν Ἱμέ-

---

* Suidas ad v. Διόδωρος μονάζων — Περὶ σφαίρας, καὶ τῶν ζ ζωνῶν, καὶ τῆς ΕΝΑΝΤΙΑΣ τῶν ἀστέρων πορείας. Aristoph. Plut. v. 8.

——τῷ δὲ ΛΟΞΙᾳ,
Ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου.

Ubi Schol. Τῷ Ἀπόλλωνι, ἤτοι τῷ ΛΟΞΗΝ ἴαν πέμποντι· (λοξὰ γὰρ μαντεύεται ὁ θεὸς) ἢ τῷ λοξὴν πορείαν ποιουμένῳ. Clemens Alex. in Cohort. ad Gent. cap. 3. p. 38. Πρῦδωκε (ὁ Φοῖβος) τὸν Κροῖσον τὸν φίλον, καὶ τοῦ μισθοῦ ἐκλαθόμενος· οὕτω φιλόδοξος ἦν· ἀνήγαγε τὸν Κροῖσον δία τοῦ Ἅλυος ἐπὶ τὴν πυράν. Hic legendum, οὕτω ΦΙΛΟΛΟΞΟΣ ἦν.

ριον

ριον καὶ θανατῶσαι.] Auctor neſcio quis de Origin. Conſtantinopol. Pariſiis editus, eandem fabulam narrat. Reſpexiſſe autem videtur ad Epigramma Callimachi, ubi adoleſcens haud diſſimili quidem fato occubuiſſe dicitur. Ipſum Epigramma adſcribam: PARS II.

ΣΤΗΛΗΝ μητρὶς, ΜΙΚΡΑΝ λίθον, ἔτεφε κῆρος,
Ὡς βίον, ἠλλάχθαι καὶ τρόπον οἰόμενος·
Ἡ δὲ τάφῳ κλινθεῖσα κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα·
Φεύγετε μητρὶς καὶ τάφον, οἱ πρόγονοι.

Uterque, ut vides, eandem lectionem exhibet, στήλην μικράν· quod viros doctos ad Callimachum fugit. Sed et vitium eſt in Epigrammate, quod nemo vidit. Repono,

Ἡ δὲ ταφῳ ΚΛΙΝΘΕΝΤΑ κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα.

Quod veriſſimum eſt.* Ita locutus eſt Pauſanias in Bœoticis: Ποιμὴν περὶ μεσοῦσαν μάλιστα τὴν ἡμέραν ΕΠΙΚΛΙΝΩΝ αὐτὸν πρὸς τῷ Ὀρφέως ΤΟΝ ΤΑΦΟΝ.†

---

* Vide Brunck in Analect. vol. iii. p. 280. qui noſtram emendationem recepit et collaudavit.

† Ita in Epigr. Anthol. lib. i. p. 129. En ipſum Epigramma, nam breve et perſpicuum eſt. Scriptum videtur in fontem conquerentem quod latro cruentis manibus ipſum contaminaverit.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ἦν καθαρὴ (νύμφαι γὰρ ἐπώνυμόν ἔξοχον ἄλλων
Κρήνη πασάων δῶκαν ἐμοὶ λιβάδων)

PARS II.

ΚΥΛΙΞ ΡΟΠΑΛΩΤΗ. Τὸ παρὰ πολλοῖς διακλύστηρον. Κόμμοδος ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων, ἐπὶ τῇ ἀγωνίᾳ καμὼν, κύλικι ῥοπαλωτῇ παρὰ γυναικὸς γλυκὺν οἶνον ἐψυγμένον λαβὼν, ἀμυστὶ ἔπιεν.] Hæc sunt verba Dionis in Commodo, ut recte monuit Kusterus. Leguntur etiam supra, v. Ἀμυστί. Quid sit vero κύλιξ ῥοπαλωτὴ, viros eruditissimos latuit. Sylburgius putat esse *calicem in clavam formatum:* Kusterus *calicem virgatum, sive lineis quibusdam distinctum.* Alii hoc, alii illud: juxta omnes. Atqui Suidas τὸ διακλύστηρον interpretatur. Quæ vox nulla est. Scribendum, διακλυστήριον· ut ποτήριον, ψυκτήριον, λουτήριον, atque alia ejusdem notæ vocabula. Quemadmodum et recte exhibere video Editionem Mediolan. Est autem Διακλυστήριον vas magnum, quo vel pocula lavabant, vel vinum temperabant. Ψυκτῆρα sive ψυκτήριον vocabant Græci antiquiores. Suidas: Ψυκτήρ. Σκεῦος, ἔνθα ΔΙΑΝΙΖΟΥΣΙ τὰ ποτήρια. Idem: Ψυκτῆρα. Κάδδον, ἢ ποτήριον μέγα. ἀπὸ τοῦ θᾶττον ΨΥΧΕΣΘΑΙ ἐν αὐτῷ τὴν κρᾶσιν. Idem est διανίζειν et διακλύζειν. Quare pro certo ponendum, κύλικα ῥοπαλωτὴν, quam διακλυστήριον vocat Suidas, ex qua vinum ἐψυγμένον bi-

Porson. IV. 457. In duobus, quæ vidi, Ed. Medid. exemplaribus, exstat διακλύστηρον. Consentit Ed. Aldina.

Ληϊστὴς ὅτι μοι ΠΑΡΑΚΛΙΝΤΟΡΑΣ ἔκτανεν ἄνδρας,
Καὶ φονίην ἱεροῖς ὕδασι λοῦσε χέρα·
Κεῖνον ἀναστρέψασα γλυκὺν ῥόον, οὐκ ἔθ' ὁδίταις
Βλύζω· τὶς γὰρ ἐρεῖ τὴν καθαρὴν ἔτι με;

bebat

bebat Commodus, nihil aliud esse quam *poculum ligneum amplum*, ἐκ ῥόπαλων scilicet confectum.* Est autem ῥόπαλον *baculus* sive *bacillus ligneus*: τὸ ξύλον ἢ ῥάβδον interpretantur Grammatici. Suidas: Ῥόπαλα. Τὰ ξύλα. Nos Angli, Ῥόπαλον, *a Staff*. Ῥόπαλα, *Staves*. Quod imprimis notandum. Hinc κύλιξ ῥοπαλωτὴ, *poculum ex bacillis ligneis constructum*: Nostri vocant, *a Cann*. Quod nautis plerumque in usu est. Atque hoc poculo, quod satis amplum esse solet, se proluebat Commodus. Quod omnino verum est. PARS II.

ΚΥΠΑΣΣΙΣ. Κόσμος γυναικεῖος. Ἐνδεδυμένος κύπασσιν Φοινικῆν ποδήρη.

Εὐθύσανον ζώνην τοὶ ὁμῶ χ᾽ τόνδε κύπασσιν
Ἀτθὶς παρθενίων θῆκεν ὑπερθε θυρῶν.]

Hoc distichon est pars Epigrammatis, quod legitur in Anthologia Reiskii, p. 22. Est autem κύπασσις, vestis ποδήρης, picta et varii coloris, quam delicatiores, tum viri, tum mulieres, gestabant.† Erat autem linea et Asiatico-

* Athenæus xi. 10. p. 484. Ἐν τῇ δεξιᾷ κώθωνα μόνον τὸν PABΔΩTON κρατῶν. Sic Catullus de Nuptiis Pelei et Thetidos:

Vellera *virgati* custodibant calathisci.

Id est, Calathisci *ex virgis confecti*. Σχοινίδες.

† Idem est Κύπαττις. Sic Alcæus apud Athenæum xiv. 6. p. 627.

Πὰρ δὲ ζώματα πολλὰ καὶ ΚΥΠΑΤΤΙΔΕΣ.

Quod verbum male sollicitat Cl. Casaubonus.

PARS II.

rum propria, de qua, præter Suidam, Harpocratio, Pollux, alii. Hinc ἁβρὸν κύπασσιν vocat Diotimus in Epigrammate:

Χαῖρε μοι, ἁβρὲ κύπασσι, τὸν Ὀμφάλῃ, ἣ ποτε Λυδῇ,
Λυσαμένη φιλότητ' ἦλθεν ἐς Ἡρακλέης.
Ὄλβιος ἦθα, κύπασσι, καὶ ὡς τότε, καὶ πάλιν, ὡς νῦν
Χρυσέον Ἀρτέμιδος τῆτ' ἐπέβης μελάθρον.*

Carmen hoc non ita pridem ex MS. nobis dedit Cl. Reiſkius, et ante eum Salmaſius ὁ πάνυ ad Tertulliani Pallium. Sed veram lectionem neuter vidit. Scribendum, καὶ πάλιν, ΟΣ νῦν. De quo non eſt quod dubitent viri docti. *Beatus eras olim, Cypaſſi, et nunc eris, quippe qui Dianæ ædem jam ornaturus es.* Corrigendus obiter Theodorus, Scriptor Eccleſiaſticus, apud Joannem Damaſcenum de Imaginibus: Τῇ δ' αὐτῇ νυκτὶ ὁ Εὐτυχιανὸς, ὥσπερ εἰς ὕπνον ἐκ τῶν ὀδυνῶν ὑπαχθεὶς, ὁρᾷ τινα νεανίαν εὐπρεπῆ ΚΥΠΑΣΣΕΙ λαμπρῷ ἠμφιεσμένον. *Eunuchum coccinea veſte, quæ cypaſſis dicitur, indutum.* Ita ſine dubio legendum. Vulgo depravatiſſime legitur, παράσι λαμπρῷ. Henricus Valeſius, vir doctiſſimus, malebat παραγαύδει. Sed noſtra emendatio veriſſima eſt.

* Hinc ἱερεβάτου κόννου. Heſych. Sacrum *crinem* et deo ſuſpenſum.

ΚΥΦΟΣ. Κεκυρτωμένος. Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· PARS II.
Καὶ κυφὰς καρίδας. Ἀριθμήσει δέ σοι αὐτός.]

Hexameter iste decerptus est ex Epigrammate Asclepiadæ, quod legitur in Miscell. Lips. vol. ix. p. 455. Carmen integrum, quod molle et perspicuum est, hic subjiciam:

Εἰς ἀγορὰν βαδίσας, Δημήτριε, τρεῖς παρ' Ἀμύντȣ
Γλαυκίσκȣς αἴτει ϗ δέκα φυκίδια,
Καὶ κυφὰς καρίδας. Ἀριθμήσει δέ σοι αὐτὸς.
Εἴκοσι ϗ τέτορας δεῦρο λαβὼν ἄπιθι.
Καὶ παρὰ Θευβορίȣ ῥοδινȣ̀ς ἓξ προσλάβε ΔΕΣΜΟΥΣ
Καὶ Τρυφέραν ταχέως ἐν παρόδῳ κάλεσον.

Ita supplendus videtur hexameter tertius, qui in MS. Lips. pede ultimo caret. Alii aliter. Sed nobis unice placet nostra conjectura. Lucian. Ver. Hist. lib. ii. 6. Οἱ δὲ δήσαντες ἡμᾶς ΡΟΔΙΝΟΙΣ ΣΤΕΦΑΝΟΙΣ, ȣ̃τος γὰρ μέγιςος παρ' αὐτοῖς ΔΕΣΜΟΣ.*

---

* Athenæus xv. 4. p. 674.—φασὶν, ὅτι οἱ ἀρχαῖοι διὰ τȣ̀ς περὶ τὸν οἶνον τόνȣς κεφαλαλγιῶν, ΔΕΣΜΟΥΣ εὕρισκον τȣ̀ς τυχόντας, τῆς τῶν κροτάφων συνδέσεως ὠφελεῖν δοκȣ́σης. Confer etiam quod sequitur. Idem, p. 675. Ἦν δὲ δεσμὸς ἐξ αὐτῶν (Cranterus legit, ἐξ ἀνθῶν) προχειρότατος, καὶ τῆς φύσεως ἐπὶ τȣ̃το ὁδηγȣ́σης· ἀλγήσας γὰρ τὶς κεφαλὴν, ὥς φησιν Ἀνδρέας, εἶτα πίεσας καὶ κȣφισθεὶς, εὗρε κεφαλαλγίας δεσμὸν φάρμακον.

Porson. IV. 436.

PARS II.

Λ.

ΛΑΘΕ ΒΙΩΣΑΣ. Τȣ̃ τε ἐν παροιμίᾳ λέγεσθαι εἰωθότος, ἔργῳ βεβαιωθέντος ὑπ' ἐκείνου, τȣ̃ Λάθε βιώσας. Ὥςε ȣ̓δένα τῶν τότε ζώντων ἀνθρώπων, ȣ̓τε τῶν πρεσβυτέρων ἐλπίσαιμ' ἂν εἰδέναι οἷον λέγω.] Locus mutilus eſt, atque ita ſcribendus: Τȣ̃ τε ἐν παροιμίᾳ λέγεσθαι εἰωθότος, ἔργῳ ΔΕ βεβαιωθέντος ὑπ' ἐκείνȣ, τȣ̃ Λάθε βιώσας· ὥςε ȣ̓δένα τῶν τότε ζώντων ἀνθρώπων, ΟΥΤΕ ΤΩΝ ΝΕΩΤΕΡΩΝ, ȣ̓τε τῶν πρεσβυτέρων ἐλπίσαιμι ἂν εἰδέναι οἷον λέγω. Ita enim legitur apud ipſum Suidam, v. Σαραπίων, ubi auctior atque emendatior exſtat hic locus. Sunt autem verba Damaſcii in vita Iſidori, ut recte vidit Kuſterus, de Sarapione, viro optimo, et vere antiquiſſimo. Reſpexiſſe autem videtur Damaſcius, quod nemo vidit, ad Marinum in vita Procli, cap. 15. Καὶ ταῦτα πάντα δρῶν, καὶ κατὰ ταῦτα ζῶν, τοσȣ̃τον ἐλάνθανεν, ὅσον ȣ̓δὲ οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ ΛΑΘΕ ΒΙΩΣΑΣ παράγγελμα τȣ̃ καθηγέμονος ἀσάλευτον φυλάττοντες.* Cæterum corrigendus hac occaſione Lyſias in Ἐπιταφίῳ, pag. 66. qui vi-

* Huc quoque reſpexit Philoſtratus in vita Apollonii viii. 28. p. 368. Τὶς ȣ̓ν ἡ τέχνη τ' ἀνδρός; πάντα τὸν χρόνον, ὃν ἐβίω, λέγεται θαμὰ ἐπιφθέγγεσθαι· ΛΑΘΕ ΒΙΩΣΑΣ· εἰ δὲ μὴ δύναιο, ΛΑΘΕ ΑΠΟΒΙΩΣΑΣ.

ros

ros eruditissimos frustra exercuit. Ἀλλὰ γὰ οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ τοιαῦτα ὀλοφύρεσθ· ἐ γὰρ ἐλανθάνομεν ἡμᾶς αὐτὲς ὄντες θνητοί. *Sed hæc non esse lamentanda video: neque enim ignorabamus nos esse mortales.* Ita Græca sunt vertenda. Sed aliud omnino vult Lysias. Repono ex vi atque arbitrio sententiæ: Οὐ γὰρ ΕΛΑΝΘΑΝΟΝ ΜΕΝ ἡμᾶς ΑΥΤΟΙ ΟΝΤΕΣ θνητοί. *Sed eorum mortem minime plorandam esse video. Neque enim nos fugit eos fuisse mortales.* Hæc est mens Lysiæ. Adlusit autem Rhetor ad dictum illud Anaxagoræ, sive Xenophontis, de filio mortuo, cujus meminit Laertius: Ἀλλὰ γὰρ ᾔδειν θνητὸν γεγεννηκώς. Atque hinc emendandus pulcherrimus locus Dionysii Halicarn. Antiq. Roman. lib. viii. cap. 69. Ἦν τε ἄρα τὸ ἐν τοῖς πολλοῖς εὐτυχεῖν σφαλερὸν ἀνθρώπῳ χρῆμα ἢ ἀσύμφορον· αὐχήματός τε γὰρ ἀνοήτε πολλοῖς αἴτιον γινόμενον, λανθάνει ἢ ἐπιθυμιῶν ἀρχηγὸν ἐκφαινόσων τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. Vitium orationis vidit, sed minime sustulit eruditissimus Sylburgius. Levi tamen opera sanandus scriptor gravissimus: Rescribo, ΛΑΝΘΑΝΕΙ ἢ ἐπιθυμιῶν ΑΡΧΗΓΟΝ ΟΝ. Quo nihil verius aut facilius.* Quin et, dum hoc agimus, restituendus omnino D. Paulus, elegantissimo

PARS II.

Porson. IV. 458

* Euseb. in Præpar. Evang. ii. 1. p. 50. Τὸ δὲ μόριον τὲ σώματος—τιμᾶσθαι προσηκόντως ὡς ἂν ΑΡΧΗΓΟΝ ΟΝ τ᾽ τ᾽ ζώων φύσεως.

PARS II.

gantiſſimo quidem loco, ſed a noſtris Theologis minus intellecto. Eſt autem in prima Epiſtola ad Timotheum v. 13. Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας· οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι, καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. *Simul autem et otioſæ diſcunt circuire domos, non ſolum autem otioſæ, ſed et verboſæ, et curioſæ, loquentes quæ non oportet.* Ita non male Interpres, ſi Latina ſpectes. Nam Græca hoc infortunio laborant, quod ne Græca quidem ſint. Dicendum enim fuerat, ἀργαὶ μανθάνουσι περιέρχεσθαι, vel, ἀργεῖν μανθάνουσι περιερχόμεναι. Sed neutrum tamen verum eſt. Apoſtoli autem mentem manumque deprehendiſſe videor. Reſcribo, mutatione fere nulla: Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ ΛΑΝΘΑΝΟΥΣΙ περιερχόμεναι τὰς οἰκίας· de qua quidem emendatione, quæ elegantiſſima eſt, neminem, qui modo Græce ſciat, dubitaturum confido. Locus ita noſtro ſermone eſt interpretandus; (nam lingua Latina iſtas venuſtates minus adſequitur) *And beſides, they fall inſenſibly into an idle way, running about from houſe to houſe.* Ita locutus eſt Paulus ad Hebræos xiii. 2. Διὰ ταύτης γὰρ ΕΛΑΘΟΝ τινὲς ΞΕΝΙΣΑΝΤΕΣ ἀγγέλους. Hippocrates in Epiſt. ad Demagetum. ΔΙΑΛΑΝΘΑΝΕΙ ΝΟΣΕΩΝ πᾶς ὁ κόσμος. *The whole world is ill, and don't know it.** Huc accedit Plutarchus, in doctiſſi-

* Themiſtius in Orat. xxiii. p. 295. Edit. Harduin. Διὰ ταῦτα ἂν ὀρρωδοῦντός μου ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ἐν φυλακῇ ποιουμένου, ὅπως

mo libello de Iſid. et Oſir. p. 165. Ed. Cant. qui eadem plane fata expertus eſt, quæ noſter Paulus. ΛΑΝΘΑΝΟΥΣΙΝ ἓν ΕΦΕΛΚΟΜΕΝΟΙ ϗ ϖροδεχόμενοι δόξας ϖονηρὰς ἑπομένας τοῖς ὀνόμασι. Ita ſcribendus iſte locus. Vulgo inepte legitur, Μανθάνουσιν, quod recte emendarunt viri eruditi. Hæc ſcripſeram; cum intellexi Anonymum quendam de *Pauli emendatione* idem mecum ſenſiſſe, ſed ita tamen, ut ab indole verborum et ſenſu loci longiſſime aberraverit. Quod Græce docti notabunt. PARS II.

ΛΑΚΙΣΜΑΤΑ ΜΕΛΩΝ.—Εἶτα οἱ Τᾶρκοι ϖεριέφερον τὸ φυλλῶδες τᾶ Λιβάνᾳ τῇ φλογὶ λακιζόμενον.] Hæc ſunt verba Menandri in Excerptis ab Hœſchelio editis, pag. 127.

ΛΑΠΤΕΙΝ. Τὸ ἐκκενᾶν. Καὶ Λάπτοντες, τῇ γλώσσῃ ϖίνοντες· οἱ κύνες.] Legendum videtur,

---

ἂν μὴ θύραζε ἐκφοιτήσειαν, ΛΑΝΘΑΝΟΥΣΙ οἱ λόγοι ἤτοι ΑΠΟΔΡΑΝΤΕΣ ἐκ οἶδα ὅπως. Dio Chryſoſt. p. 621. Orat. lxviii. ſub fin. Ὡς τε, τὸ νῦν γε, ὐδὲν ἧττον ΛΑΝΘΑΝΟΜΕΝ μετὰ κλεπτῶν, καὶ ἀνδραποδιστῶν καὶ μοιχῶν, ΖΩΝΤΕΣ ΚΑΙ ΣΥΜΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝΟΙ. Polybius lib. i. 37. p. 53. Οὐδενὶ ϖροσίχοντες τῶν λεγομένων, ἔλαθον ἔξω ϖελάγιοι. Legendum omnino, ΕΛΑΘΟΝ ἔξω ϖελάγιοι ΓΕΝΟΜΕΝΟΙ. Scribebatur γενοι. Idem et emendandus in lib. v. p. 601. Αἵτε ϖόλεις λαμβάνεσαι ϖρὸ ὀφθαλμῶν τὸ μέγεθος τῶν ϖρότερον δωρεῶν, μὴ ΛΑΝΘΑΝΩΣΙΝ ἐϖὶ μικροῖς καὶ τοῖς τυχοῦσι νῦν τὰς μεγίστας καὶ καλλίστας ΠΡΟΙΕΜΕΝΑΙ τιμάς. Ita legendum. Vulgo male, ϖροϊέναι.

ϖίνοντες

PARS II.

πίνοντες ΩΣ οἱ κύνες. *More canum bibentes.* Respexit autem Suidas ad Homer. Il. Π. 161.

Λάψοντες γλώσσησιν ἀραιῇσιν μέλαν ὕδωρ.

Ad quem locum Scholiastes: Ἄλλως· Λάπτοντες, λείχοντες. Πεποίηται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῆς ΤΩΝ ΚΥΝΩΝ γλώττης, ὅταν πίνωσι. Nimirum alii legebant λάπτοντες, alii λάψοντες. Noster infra: Λάψοντες. Ἐπιθυμητικῶς ἔχοντες τοῦ πιεῖν. Οἱ γὰρ αἵματος ἐμπεφορημένοι, καὶ διὰ δίψαν ὁρμῶντες, ἐν τῇ κρήνῃ ἔχουσι τὸ παράσημα. Quæ ex Scholiis antiquis in Homerum proculdubio petita sunt. Elegans autem locutio, ἐν τῇ κρήνῃ ἔχειν τὸ παράσημα. Agathias in Anthol. lib. iii. p. 381.

Καὶ σὺ μὲν ἐν πέρδιξιν ΕΧΕΙΣ ΝΟΟΝ*——

---

* Athenæus iv. 18. p. 164. Ὑμεῖς οἱ φιλόσοφοι περὶ τὰ δεῖπνα ἐπὶ ΤΟΝ ΝΟΥΝ ΕΧΕΤΕ. Anthippus apud eundem ix. 16. p. 404.

Ὁ γὰρ τοιοῦτος ἐστὶν ὁ δειπνητικὸς,
Πρὸς τῷ φιλεῖν δὲ ΤΗΝ ΔΙΑΝΟΙΑΝ ὅς' ΕΧΩΝ.

Quintus Calaber lib. xiv. ver. 387.

—— ἀλλ' ἐπὶ μαζῷ
ΘΥΜΟΝ ΕΧΟΝ· κηδίων γὰρ ἀπὸ πρόφρων νήπιον ἦτορ.

Auctor ἀνώνυμος apud Suidam v. Κραιπαλώδης.—ἐν τοῖς αἰδοίοις ΕΧΩΝ ΤΟΝ ΕΓΚΕΦΑΛΟΝ. Confer Straton. in Epigr. N°. 249. et Hesychium ad v. Λιγδαρεσχύται· de quo nos ad Theocritum. Hinc obiter corrigendus et explicandus est Dio Chrysost. in Orat. viii. p. 133.—ΤΟΥΣ ΝΟΥΝ ΕΧΟΝΤΑΣ ΕΝ ἁλὶ τῇ θαλάσσῃ. *Piscatores.*

Terent.

Terent. in Eunucho:

Jamdudum animus est in patinis.

ΛΑΣΙΟΙΣ. Περὶ Φιλοκτήτου ὁ λόγος. Οὗτος πρωτογόνων ἴσως ΗΚΩΝ οὐδενὸς ὕστερον.] Apud Sophoclem in Philoctet. ver. 180. ita legitur:

Οὗτος πρωτογόνων ἴσως
ΟΙΚΩΝ οὐδενὸς ὕστερος.

Quod et probat vir doctrinæ et industriæ singularis Cl. Heathius. Sed neutra lectio vera est. Tu noli dubitare quin a manu poetæ fuerit:

ΟΥΚ ΩΝ οὐδενὸς ὕστερος.

Quod elegans est, et se prima facie commendat.* Ita locutus est Dio Chrysost. in Rhod. p. 348. Ἐκεῖνον μὲν ΟΝΤΑ γένει Ῥωμαίων ΜΗΔΕΝΟΣ ΥΣΤΕΡΟΝ. Item Pausan. in Bœoticis: Θαῦμα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ΟΝ ΟΥΔΕΝΟΣ ΥΣΤΕΡΟΝ.† Quare nihil ultra quærendum.

Porson. IV. 458.

---

* Plato apud Euseb. Præpar. Evang. xiii. 19. p. 706. Ἐν δὲ τούτοις πᾶσι δεῖ διδασκάλους ἑκάστων πεπεισμένους μισθοῖς, ΟΙΚΟΥΝΤΑΣ ξένους, διδάσκειν τὲ πάντα ὅσα πρὸς τὸν πόλεμόν ἐστι μαθήματα τοὺς φοιτῶντας, ὅσα τὲ πρὸς Μουσικήν. "Conjiciebam ΟΥΚ ΟΝΤΑΣ "ξένους, quam lectionem postea deprehendi a Serrano in MS. "repertam fuisse. Et vera est." *Vigerus.*

† Polybius in Excerpt. 1461. Οἱ δὲ περὶ τὸν Τιβέριον ταῦτ' ἀκούσαντες, ἐπανῆγον σιωπῶντες, καταπεπληγμένοι μὲν τὴν τοῦ Σκιπίωνος μεγαλοψυχίαν, κατεγνωκότες δὲ τῆς αὐτῶν μικρολογίας, καίπερ ΟΝΤΕΣ ΟΥΔΕΝΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΙ Ῥωμαίων. Confer Liban. Orat. in Juliani necem p. 307. Edit. Lips. 8vo.

ΛΕΥΚΗ

PARS II. ΛΕΥΚΗ ΤΙΣ ΑΝΕΠΗΔΗΣ' ΟΜΟΙΟΣ ΝΙΚΙΑι.] " Sic MSS. Pariſ. At priores Editt. Λευκήτης: " quam lectionem lex metri repudiat. Eſt " enim verſus Iambicus." *Kuſter.* Recte vir doctiſſimus. Idem mendum apud Strabonem, lib. vii. p. 493. Λευκήτης πέτρα προπίπτουσα Φοβεῖ τὸ ζῶον· ubi corrigit neſcio quis Λευκίτης. Sed vera lectio ſine dubio eſt, Λευκή τις. Reſpexit autem Suidas ad Ariſtoph. Eccleſ. ver. 428.

Λευκός τις ἀνεπήδησεν ὅμοιος Νικίᾳ.

Quemadmodum et apud Suidam ſcribendum eſt.

ΛΕΥΚΩΝ. Ἀγνὼς. Γεγονὼς ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς. Τῶν δραμάτων αὐτῷ ἐστὶ ταῦτα, Ὄνος, Ἀσκοφόρος, Φράτορες.] " Sic habent MSS. Pariſ. " At priores Editt. ἀγνός: quod manifeſte men- " doſum eſt. Wolfius legendum putabat Ἀγ- " νύσιος: quod non diſplicet. Erat autem Ἀγ- " νῦς populus Atticæ, cujus ἐθνικὸν eſt Ἀγνύσιος." *Kuſter.* Nec Ἀγνὼς nec Ἀγνύσιος placet. Hoc enim ineptum, illud ineptiſſimum eſt. Puto veram ſcripturam eſſe Ἀγνος. i. e. Ἄγνων. Ut *Leuco* filius fuerit *Agnonis*. *Agno* autem nomen non incelebre in Peloponneſiacis: de quo Thucydides conſulendus.* Deinde diſtin-

* Vide et Suidam ad v. Ἐπιχέψαντο.

gue,

gue, Ὄνος ἀσκοφόρος, Φράτορες. Quod et Fabricio placuisse video. Leuconem ἐν Φράτερσι sive Φράτορσι præter Athenæum laudat Hesychius, v. Παάπις· ubi ita scribendum est: Λεύκων Φράτορσιν· PARS II. Porson. IV. 458.

Ἀτὰρ ὁ Μεγακλέυς ΟΣ ΤΑ ΤΟΥ Παάπιδος
Ὑπέρβολος τἀκπώματα κατεδήδοκε.

Vulgo depravatissime legitur, ὑςάτυ Παάπιδος. Alterius autem fabulæ titulus, ut dixi, fuit, Ὄνος ἀσκοφόρος. Asini ad onera gestanda inprimis idonei et veteribus usitati. Hinc proverbium:

Ἄλλα μὲν ὁ Λεύκωνος ὄνος φέρει, ἄλλα δὲ Λεύκων.
Leuco carries one thing, and his ass carries another.

De quo inepte Suidas, v. Ἄλλα, et cæteri Parœmiographi. Vol. I. p. 98. et Kuster ad loc.

ΛΗΡΕΙΣ ΕΧΩΝ. Παρέλκει τὸ ἔχων. Ἐν Ἐπιγράμματι· καὶ λήρων οἱ χρύσεοι κάλαμοι.] Hæc non bene conveniunt, ut ait ille. Locus ita rescribendus videtur. Ληρεῖς ἔχων. Παρέλκει τὸ ἔχων.—ΛΗΡΟΣ. Ἐν Επιγράμματι·

—— Καὶ ληρῶν οἱ χρύσεοι κάλαμοι.

Respexit autem Suidas ad Epigramma Hedyli apud Antholog. lib. vi. p. 559. quod hic subjiciam. Est autem scriptum in meretricem bibaculam,

PARS II. bibaculam, quæ nihil ſibi reliquum fecerat, præter Comi et Bacchi inſtrumenta, quæ, anus, ut videtur, jam facta, hic non ſine riſu Priapo dedicat. Carmen ita legendum eſt:

Αἱ μίτραι, τό θ' ἁλυργὲς ὑπένδυμα, τοί τε Λάκωνες
Πέπλοι, καὶ ληρῶν οἱ χρύσεοι καλάμοι.
Πάνθ' ἅμα Νικονόη συνεπέκπιεν. Ἦν γὰρ ἐρώτων
Καὶ χαρίτων ἡ πᾶις ἀμβρόσιον τι θάλος.
Τοι γὰρ τῷ κρίναντι τὰ καλλιστεῖα Πριήπῳ
Νεβρίδα καὶ χρυσέην τήνδ' ἔθετο προχόην.

Cæterum nonnulla hujus Epigrammatis leguntur apud Suidam, v. Ἁλυργά. Καλλιστεῖα. Λακωνικαί. et v. Μίτρα. unde primum hexametrum emendavimus.

ΛΕΧΩΙΑ. Τὰ ἐπὶ τῇ λοχείᾳ συμβαίνοντα.

Ἀλλὰ κόραι τῇ παιδὶ λεχώϊα δῶρα φέρεσαι
Θερμὰ κατὰ ψυχρῆ δάκρυα χεῖτε τάφῳ.]

Eſt pars Epigrammatis quod legitur Antholog. lib. iii. pag. 325.

ΛΕΧΡΙΟΣ. Πλάγιος.

Καὶ διαδὺς λέχριος ἐν θαλάμῳ.] Hæc ſunt verba Agathiæ in feſtiviſſimo Epigrammate, quod legitur in Miſcell. Lipſ. vol. ix. p. 691. et quod non ſemel laudat Suidas. Vide nos ſupra

ſupra ad v. Ἁπλοῖς· ubi nonnulla hujus carminis, inſigniter corrupta, et a viris doctiſſimis D'Orvillio et Pierſono fruſtra tentata, certiſſima emendatione reſtituimus. PARS II.

ΛΗΘΗ. Ὁ δὲ τὰς θείας ἐξηγητὰς ἀπεγράφετο μάλα ἀκριβῶς, εἰς τὸ τῆς λήθης γῆρας, ὡς ἔφη ὁ Πλάτων, ὑπομνήματα καταλείπων ἑαυτῷ καὶ ἀποθησαυριζόμενος.] "Fragmentum hoc ex Damaſcio "depromptum eſſe ſuſpicor. Cum Porto au- "tem ſcribere malim, εἰς τὴν τοῦ γήρως λήθην." *Kuſter.* Depromptus eſt hic locus, ut recte ſuſpicatus eſt vir doctiſſimus, ex Damaſcio in vita Iſidori, ut diſcimus ex Photio in Excerptis, p. 1056. Emendatio autem Porti minime neceſſaria eſt. Alio quidem modo hunc locum expreſſit Clemens Alexand. Strom. lib. i. p. 322. atque ex eo Euſebius, Eccleſ. Hiſt. lib. v. cap. 11. Ἤδη δὲ ἡ γραφὴ εἰς ἐπίδειξιν τετεχνασμένη ἥδε ἡ πραγματεία, ἀλλὰ μοι ὑπομνήματα εἰς γῆρας θησαυρίζεται λήθης φάρμακον. Sed utroque verior Damaſcius qui ipſa Platonis verba, ut videtur, nobis exhibet. Intelligendum autem per τὸ τῆς λήθης γῆρας, nihil aliud quam *ſenectutem oblivioſam.* Sic noſter poeta: *An old age of pain.* i. e. *A painful old age.* Quomodo locutus eſt præter alios non ſemel eloquentiſſimus Paulus: quod doctis viris obſervatum. Hinc vindicandum illud in Epiſt. ad Hebræos

Porſon. IV. 458.

PARS II. Hebræos vi. 10. Οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς ἐπιλαθέσθαι τῦ ἔργυ ὑμῶν καὶ ΤΟΥ ΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΑΓΑΠΗΣ. *That charitable work of yours.* Quod minus recte ſollicitarunt viri eruditi. Cæterum illud θέσθαι, quod notandum, non exſtat apud Photium. Quare ex integro Damaſcii libro hunc locum excerpſerit Suidas: quod et alibi obſervavimus.

ΛΙΚΜΑΙΑ.

Δηοῖ Λικμαίῃ καὶ ἐν αὐλακοφοίτισιν ὥραις
Ἡρώναξ πενιχρῶν ἐξ ὀλιγηροσίης
Μοίραν ἀλοεῖται σάχυος πάναπερμά τε——]

Tyrwhitt. IV. 420.

" Vox ἀλοεῖται eſt corrupta: cujus loco in " Anthologia MS. legitur ἀλωρῆται; quod et " ipſum mendoſum eſt. An forte legendum, " μοίραν ἀλεύρου καὶ, i. e. partem vel primitias " farinæ et ſpicarum. Cogitet ulterius lector. " Nos enim properamus." *Kuſter.* Integrum Epigramma nobis exhibet Cl. Kuſterus infra ad v. Λυπρή. Sed corruptum itidem et projectum. Idem quoque dat, ſed nihilo melius, Cl. Reiſkius, in Anthol. p. 6. MS. autem Lipſ. ἀλωεῖται. Quod vero proximum eſt.* Nos ipſum carmen, quod elegans in primis eſt, idque haud paulo emendatius, hic adſcri-

* Et Cl. Brunck ex MS. ἀλωΐτα σάχυος. Sed minus recte.

bemus

bemus. Eſt autem Zonæ, Epigrammatiſtæ non incelebris. PARS II.

Δηοῖ Λικμαίῃ χ᾽ ἑναυλακοφοίτισιν Ὧραις
Ἠρώναξ πενιχρὰν ἐξ ὀλιγηροσίης
Μοίρην ΔΩΡΕΙΤΑΙ ϛάχυος, πάναπερμά τε ταῦτα
Ὄαπρι᾽ ὀπὶ πλακίνᾳ τῷδ᾽ ἔθετο τρίποδος.
Ἐκ μικρῶν ὀλίγιϛα. Πέπατο γὰρ ὃ μέγα τοῦτο
Κληρίον ἐν λυπρῇ τῇδε γεωλοφίῃ.

Ita legendum ſine dubio. Nam medicina, quam nobis offert vir doctiſſimus ad Anthologiam, plane ineptiſſima eſt. Leonidas in Epigram. apud Reiſkium, p. 68.

Ἁ μάτηρ ζῶον τὸν Μίκυθον οἷα πενιχρὰ
Βάκχῳ ΔΩΡΕΙΤΑΙ, ῥωπικὰ γραψάμενα.

ΛΙΠΑΡΑ—Καὶ αὖθις· Τὸ χρῆμα λιπαρὸν τῆς πόλεως. Ταχέσι, Πλησία. Τὸ λι μακρόν.] Edit. Mediolan. ταχέσι, πλησία ἐσί. ſcil. πόλις· quod verum. Reſpexit autem Suidas ad Ariſtoph. Av. ver. 827. ubi legitur: Porſon. IV. 458.

Λιπαρὸν τὸ χρῆμα τῆς πόλεως*——

* Pindar. Pyth. ii. v. 6.

ὕμμιν τόδε τᾶν ΑΙΠΑΡΑΝ ἀπὸ Θηβᾶν
φέρων μέλος ἔρχομαι,
ἀγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος.

Ad quem locum vide Scholiaſtam.

PARS II. Cæterum fallitur Noſter, cum dicit primam ſyllabam τοῦ λιπαρὸν eſſe longam. Nam manifeſto brevis eſt.

ΛΙΠΑΡΟΚΡΗΔΕΜΝΟΣ. Ἡ πολύτιμον κρήδεμνον ἔχουσα.

Ἡ λιπαροκρήδεμνος, ἵν' εἴπωμεν καθ' Ὅμηρον,
Χερσί σε ταῖς ἰδίαις ἐξεπόνησε χάρις.

Hoc diſtichon eſt pars Epigrammatis, quod legitur in Anthologia, lib. vi. p. 558.

ΛΙΠΑΡΩΣ. Ἐπιμόνως. Πάλιν αὐτῶν ἐγκειμένων φιλανθρώπως ὑπήκουσε.] In exemplo allato vox primaria deſideratur. Quod oſcitantiæ Librarii alicujus acceptum refero. Repone, ΛΙΠΑΡΩΣ ἐγκειμένων. Joſephus, Antiq. Jud. lib. i. p. 9. Τῷ Θεῷ ΛΙΠΑΡΩΣ ΕΓΚΕΙΜΕΝΟΥ καὶ πολυπραγμονοῦντος.*

ΛΟΓΙΣΜΟΣ——Καὶ Εὐριπίδης·

Τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον δυοῖν
Ἐρίζειν.

---

* Heliodorus in Æthiopic. lib. ii. p. 68. Ἀλλ' ὁ Θεαγένης ἐκεῖα ΛΙΠΑΡΩΣ ΕΓΚΕΙΜΕΝΟΣ, καὶ τὴν φιλτάτην, λέγων, νομιζώμεθα πρότερον, εἰ μή τις ἡμᾶς παίζει καὶ νυνὶ δαίμων. Confer et Nicephor. Hiſtor. p. 11.

Τετέσιν,

Τυτέςιν, ὐκ ἔχει πρόφασιν τὸ φιλονεικεῖν.] Fallitur Suidas. Sunt enim hæc verba Sophoclis in Electra, ver. 468, quod et recte vidit vir doctissimus in Observationibus Miscellaneis. Locus autem ita disponendus est: PARS II.

—— Τὸ γὰρ δίκαιον ὐκ ἔχει λόγον
Δυοῖν ἐρίζειν ——

Quæ et laudat Joannes Stobæus, p. 79. Edit. Grot. ubi viros doctissimos fefellit constructio. Τὸ γὰρ δυοῖν ἐρίζειν ὐκ ἔχει δίκαιον λόγον.* *Nam unam cum duabus contendere, neutiquam æquum est.* Ita intelligendus est iste locus. Nam Scholiastes, quem secutus est Suidas, plane nugatur. Libanius de vita sua, p. 14. Δυοῖν γὰρ ἕνα ὐκ εἶναι κρατεῖν, ὐδὲ τὸν Ἡρακλέα, τὴν παροιμίαν λέγειν. *Unum enim duos superare, ne Herculem quidem posse, vulgo utique fertur.*† Cæterum Cl.

---

* Athenagoras in Apol. p. 154. Οὔτε ΛΟΓΟΝ ΕΧΕΙ.

† Platoi n Phædon. p. 239. Edit. Forster. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγὼ, πρὸς δύο ὐδ' Ἡρακλῆς λέγεται οἷός τε εἶναι. Confer Synesium de Calvit. p. 64. Huc quoque referendum istud perspicuum et pulcherrimum Epigramma apud Anthol. lib. vii. p. 617. quod hic apponere visum est.

ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Ὤπλισμαι πρὸς Ἔρωτα περὶ ςέρνοισι λογισμῷ,
Οὐδέ με νικήσει, μῦνος ἐὼν πρὸς ἕνα.
Θνατὸς δ' ἀθανάτῳ συνελεύσομαι· ἢν δὲ βοηθὸν
Βάκχον ἔχη, τὶ μόνος πρὸς δυ' ἐγὼ δύναμαι;

PARS II.

Heathius, auctoritate Suidæ, Euripidis fragmenta hoc auctario nuperrime condecoravit. Quod viro doctissimo in opere longo facile condonandum.

ΛΟΡΔΟΥΜΕΝΗ. Φησὶ Προκόπιος περὶ Θεοδώρας τῆς Ἰουστινιανοῦ γαμετῆς· Ἀποδυσαμένη ξὺν τοῖς μίμοις ἐν μέσῳ ἑστήκει, λορδουμένη τε καὶ τὰ ὀπίσω ἀποκοντῶσα. Ἤγουν, κεκαμμένη.] "Scribendum puto ἀποκοντωθεῖσα: i.e. si proprie interpreteris, *conto trajecta* vel *transfixa*. Metaphorice autem dicitur de coitu venereo: quoniam κόντος interdum pro membro virili accipitur, uti δόρυ, ἔγχος, et similia." *Kuster*. Ridicule hallucinatur vir doctissimus. Neque enim mentem Procopii, aut sensum vocis intellexit. Ἀποκοντοῦν est *projicere*. Verbo, quod paulo rarius est, utitur Arrianus, in Periplo Erythræi maris, p. 165. Ὁ δὲ βυθὸς ἐν τισὶ μὲν ἀπόκοπος, ἐν τισὶ δὲ πετρώδης καὶ ἀπόξυρος, ὥστε τέμνεσθαι τὰς παρακειμένας ἀγκύρας ἀντέχειν ΑΠΟΚΟΝΤΟΥΜΕΝΑΣ. *Ipsum vero profundum maris quibusdam in locis est præruptum, in aliis saxosum et acutum, ita ut anchoræ navis retinendæ causa projectæ, statim a saxis præcidantur*. Hinc τὰ ὀπίσω ἀποκοντοῦν de *projectu partium posteriorum* recte dicitur. Quod pathicorum est. Fluit autem verbum illud a κόντος· de quo Cl. Kusterus supra.

Person. IV. 459.

ſupra. Heſychius: Κόντος, δόρυ.* Atque hac occaſione emendandus Philoſtratus, Icon. ii. p. 828. de Pane. Προσέχοντι δὲ αὐταῖς (Νύμφαις) οὐδὲν, ἀλλὰ πειρῶντι αὐτὰς, καὶ ἀποτεταμένῳ τὸν κόλπον, ἐπιτίθενται κατὰ μεσημβρίαν. In quo quidem loco fruſtra ſe exercuerunt viri doctiſſimi. Sed vera lectio manifeſta eſt. Reſcribo, ἀποτεταμένῳ ΤΟΝ ΚΟΝΤΟΝ.† Damaſcius apud Photium, pag. 1056. Ὅσον δὴ ΚΟΝΤΟΝ τινα μέγαν ΑΠΟΤΕΤΑΜΕΝΟΝ.‡ Quare non eſt ut de Philoſtrato emendando amplius contendamus. Recte autem et juxta ſe poſita ſunt Λορδουμένη et Ἀποκοντῶσα. Sunt enim iſta σχήματα contraria et quodammodo tamen affinia. Nam λορδὸν, ut ait Suidas, ἐναντίον τῷ Κυρτῷ. Idem autem κυρτὸν et ἀποκοντούμενον. Hoc viris, illud autem λορδὸν fœminis proprium. Utrumque Latini *præbere* vocant. Sed totum hoc negotium

---

* Plutarch. in Dion. p. 182. Edit. Bryan. Ἐβιάζοντο πρὸς ΚΟΝΤΟΝ.

† Atque ita intelligendus Eupolis apud Etymol. Mag. ad v. Κοντίλος. Αὐτοῦ δ' ὄπισθεν κατέλαβεν ΤΟΝ ΚΟΝΤΙΛΟΝ. Ita ſcribendum. Vulgo inepte, κατέλαβεν τὸ κούδυλον.

‡ Alexis apud Athenæum xiii. 3. p. 568.

—— κοιλίαν ἁδρὰν ἔχει τὶς; τιτθείαις
Ταυταισὶ τούτων, ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοὶ
Ὀρθὰ προσθεῖσαι, τοιαῦτα γοῦν αὐτῶν τῆς κοιλίας
Ὥσπερ εἰ ΚΟΝΤΟΙΣΙ τούτοις εἰς τὸ προσθ' ἀπήγαγον.

optime

PARS II.

optime depinxit Clemens Alexandrinus Pædagog. lib. iii. p. 264. Ed. Potter. Ἀπεςραμμένους καὶ ΚΕΚΥΦΟΤΑΣ, καὶ τῆς φύσεως τὰ ἀπόῤῥητα εἰς τὸ συμφανὲς ΑΠΟΓΥΜΝΟΥΝΤΑΣ, ΕΞΟΡΧΟΥΜΕΝΟΥΣ, ΚΑΙ ΛΟΡΔΟΥΜΕΝΟΥΣ ἀπερυθριῶσι σχήμασι οὐκ ἀπερυθριῶντας αὐτούς· ἐν αὐτῇ νεολαίᾳ καὶ γυμνασίῳ μέσῳ, ἔνθα ἀρετὴ ἀνδρῶν ἐξετάζεται, ἀσχημονοῦντας. Ad quem locum graphice et facetissime Scholiastes: Λορδουμένους, οἱονεὶ τὰ ὀπίσθια τῶν ψυῶν συνιζάνοντας τὰ ςήθη προεξανιςᾶν προπετῶς· τοιοῦτον γὰρ ὁ Λορδὸς σημαίνειν βούλεται, ἀντίθετος ὢν τῷ Κυρτῷ, ὃν ἡ συνήθεια κυρτὸν οἶδε καλεῖν. Repone, ΚΥΦΟΝ οἶδε καλεῖν. Suidas: Λορδόν. Ἐναντίον τῷ Κυρτῷ, ὁ καὶ ΚΥΦΟΝ καλεῖται. Hinc vox rarissima ΛΟΡΔΩΣΙΣ. Schol. ad Theocrit. Idyl. v. 43. Ὕβωσις καὶ Λόρδωσις πάθη· Λόρδωσις γὰρ ἐςὶ τὸ ἔμπροσθεν· Ὕβωσις τὸ μετὰ τὴν κεφαλὴν πρὸ τῆς ῥάχεως πάθος· Κύρτωσις δὲ, τὸ μέσον τῆς ῥάχεως. Quæ negligenter admodum exscripsit Etymologus Magnus, ad hanc normam castigandus.* Et deus sive præses hujus schematis, ΛΟΡΔΩΝ vocatus: de quo nos supra, ad v. Κλεισθένους. Quare elegantissime, ut solet, Procopius de Theodora: Λορδουμένη τὲ καὶ τὰ ὀπίσω ἀποκοντῶσα. *Stabat lumbis fluctuanti-*

---

* Antiphanes apud Athenæum ix. 15.

——δειπνεῖ, πίνει, σκιρτᾷ, ΛΟΡΔΟΙ.—

bus,

bus, et rem suam rursum prorsum succutiebat. Quod mulieris impudentissimæ est. Interpretes non intellexerunt.* Porro hic locus, qui in Procopio hodie non comparet, et lacunam facit, ita est scribendus et interserendus Arcan. Hist. pag. 42. Ed. Aleman. Καὶ τοιαύτη τὶς ἦν, οἷα ῥαπιζομένη μέν τε καὶ κατὰ κόῤῥης πατασσομένη χαριεντίζειν τε καὶ μέγιστα ἀνακαγχάζειν· ΚΑΙ ΑΠΟΔΥΣΑΜΕΝΗ ξὺν τοῖς μίμοις ἐν μέσῳ ἑστήκει, λορδουμένη τὲ καὶ τὰ ὀπίσω ἀποκοντῶσα. *Ita autem erat Theodora comparata, ut contumeliis alaparum excepta, lepide quereretur, ac vicissim cachinnos tolleret: Quin et vestes cum mimis exuta, in medio stabat, lumbis fluctuantibus, et rem suam rursum prorsum succutiebat.* Quæ quidem omnia scorto projectissimo optime conveniunt, et inter se conspirant amicissime.

PARS II.

ΛΥΓΑ. Σκοτεινά.—Ἐφάνη γὰρ οἱ αὐτὴ ἱστοῦ παρὰ κρόκαισι, ὡς λύγα πυρός.] Ad hunc locum ne verbum quidem Cl. Kusterus: atqui non uno quidem mendo dehonestatus est. Primum scribendum, Λύγα. Σκοτία. Quod et recte animadvertit elegantissimus atque amicissimus Rhunkenius, in Epistola ad Cl. Ernestum. Schol. ad Apollon. Rhod. ii. 673. Ἀμφιλύκην.

* Confer Lampridium in Heliogab. cap. 5. p. 272. Edit. Obresch.

Σκοτεινήν.

PARS II.

Σκοτεινήν. Λύγη γὰρ ἡ σκοτία. Noſter infra: Λυγαίως. Σκοτεινῶς. Καὶ λύγη, ἡ σκοτία. Hinc corrigendus obiter Schol. ad Theocrit. Idyll. i. 97. Λυγρὰ γὰρ τὰ σκοτεινά. Scribe, λυγαῖα. Etymol. Mag. Λυγαῖον, τὸ σκοτεινόν. Καὶ Ὅμηρος· Νύχθ' ὑπὸ λυγαίην. Ubi fallitur vir bonus. Neque enim in toto Homero iſta verba inveneris. Legendum, meo periculo, Καὶ Ἀπολλώνιος. Reſpexit Etymologus ad Apollonium Argon. ii. 1123.

Νύχθ' ὑπὸ λυγαίην ——

Quæ ſequuntur apud Suidam ex Epigrammate petita ſunt. Illud autem λύγα πυρὸς ridiculoſiſſimum eſt. Scribendum, ΑΥΓΑ πυρός. Ipſum Epigramma, quod Hegeſippi eſt, adſcribam ex Editione Reiſkii et Rhunkenii:

Τάνδε παρὰ τριόδοις τὰν Ἄρτεμιν Ἀγελόχεια
Ἔτ' ἐν πατρὸς μένουσα παρθένος δόμοις
Ἔσσατο Δαμαρέτου θυγάτηρ. Ἐφάνη γὰρ οἱ αὐτᾷ
Ἰσοῦ παρὰ κρόκαισιν· ὡς αὐγὰ πυρός.

Recte viri docti dederunt, ὡς αὐγὰ πυρός.* Sed vitium tamen ineſt, quod neuter vidit. Scribendum cum Suida,

—— ἐφάνη γὰρ οἱ ΑΥΤΗ.

---

* Suidas v. Ἐπίκουρος. Καὶ μέν τοι καὶ τὴν τοῦ ΠΥΡΟΣ ΑΥΤΗΝ ἀπεστρέφετο.

Diana

Αὐτὰ pro Αὐτᾷ probat Ruhnkenius, Epiſt. Crit. Ed. Nov. p. 181. Perſon. IV. 459.

Diana ſcilicet, ſive Ἄρτεμις, cujus ſtatuam ornavit. Virgines enim ſtatuas dearum opere textorio nonnunquam decorabant: de quo nos ſupra ad v. Κύπασις. Hic eſt ſenſus τῦ, Ἔσταλο· quod doctiſſimum Reiskium fefellit. Suidas ſupra: Ἔσταλο. Περιεβάλετο. Ἔσταλο Δαμαρέτυ θυγάτηρ.

M.

ΜΑΓΩΤΕΡΑ. Θελκτικώτερα. Ἐν Ἐπιγράμμαλι·

——ἀλλὰ σελίνων
Οὐλοτέρη, κ' ἀμνῦ χρῶτα τερεινοτέρη,
Καὶ νεςῦ φωνεῦσα μαγώτερα——

Ita quoque legitur Antholog. lib. vii. p. 610. ut recte monuerunt viri docti. Sed perperam. Reſcribendum omnino:

——ΚΑΙ ΜΝΟΥ χρῶτα τερεινοτέρη.

Quæ lectio elegantiſſima eſt. Suidas infra: Μνῦς. Ἡ ἀπάλη θρίξ. Ἐν Ἐπιγράμμαλι· Καὶ μνῦ χρῶτα τερεινοτέρη. Quare de hac emendatione minime dubitandum eſt. Carmen integrum, quia ſatis feſtivum eſt, hic adponere libet. Eſt autem Philodemi in puellam venuſtulam et molliuſculam, quæ in omnibus morigera fuit, idque ſæpenumero gratis et nulla mercede. Iſta eſt mens Epigrammatiſtæ. Interpretes

PARS II. pretes rem minime perceperunt. En ipſum Epigramma:

Μικκὴ κ᾽ μελανεῦσα Φιλαίνιον, ἀλλὰ σελίνων
Οὐλοτέρη, κ᾽ μνᾶ χρῶτα τερεινοτέρη.
Καὶ κεςᾶ φωνεῦσα μαγώτερα, κ᾽ παρέχουσα
Πάντα, κ᾽ αἰτῆσαι πολλάκι φειδομένη.*
Τοιαύτην ςέργοιμι Φιλαίνιον, ἄχρις ἂν εὕρω
Ἄλλην, ὦ χρυσέη Κύπρι, τελειοτέρην.

ΜΑΚΡΩι. Ἀνὶ τοῦ, πολύ. Εὐνάπιος.—Καὶ αὖθις· Τούτων ἁπάντων ἦν ὑβριςότατος μακρῷ.] Hanc ῥῆσιν Eunapio adjudicare videntur Interpretes. Sed falluntur. Eſt enim ſenarius, qui legitur apud Comicum in Veſp. ver. 1294.

Τούτων ἁπάντων ἦν ὑβριςότατος μακρῷ.

Horum omnium longe contumelioſiſſimus erat.†

---

* Menander in Thaid. p. 78. Edit. Grot.

——αἰτοῦσαν πυκνὰ,
Μηδενὸς ὁρῶσαι, προσποιουμένην δ᾽ ἀεί.

† Hinc emendandus eſt Ælianus in Var. Hiſt. i. 23. p. 41. Ἐν τοῖς Ἕλλησι τοῖς πάλαι, ΜΑΚΡΑ ΤΗ ΔΟΞΗ διέπρεπε Γοργίας ὁ Λεοντῖνος Φιλολάου, κ᾽ Πρωταγόρας Δημοκρίτου. In hoc loco, quem viri docti fruſtra ſollicitaverunt, omnino lege ΜΑΚΡΩ τῇ δοξῇ διέπρεπε. Emendandus etiam Dionyſſ. Halicarn. vii. 8. p. 408. Οὗτοι δισχιλίων οὐκ ἐλάττους ἦσαν, κ᾽ τὰ πολέμια μακρῷ πολλῷ τῶν ἄλλων ἀμείνους. Recte legitur in Cod. Vat. μακρῷ τῶν ἄλλων ἀμείνους. Iſtud πολλῷ pro gloſſemate habendum eſt, quod et animadvertiſſe videtur Sylburgius.

ΜΑΛΛΟΝ.

ΜΑΛΛΟΝ ΜΑΛΛΟΝ. Ἀντὶ τοῦ, ἀεὶ καὶ μᾶλλον. Ἀλεξις Ἀτθίδι·

Πῶς ἐπενεφεῖτο πρῶτον ὁ Ζεὺς ἡσυχῇ,
Ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον ———]

Notandum verbum ἐπινεφεῖν, quod ex rarioribus eſt. Quin et ſcribendum:

Πῶς ΕΠΙΝΕΦΕΙ τὸ πρῶτον ὁ Ζεὺς ἡσυχῇ.

Quomodo Jupiter nubes cælo paulatim primum inducit.

Quemadmodum quidem recte exhibere video Editionem Mediolanenſem. Sic Jupiter dicitur ὕειν, ὕδωρ ποιεῖν, et ſimilia. Ariſtoph. Av. ver. 1501.

——— Τί γὰρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ;
Ἀπαιθριάζει τὰς νεφέλας, ἢ ΞΥΝΝΕΦΕΙ;
——— *Quid facit Dieſpiter?*
An cælo nubila detergit, an vero nimbos colligit?

ΜΑΣΤΙΓΙΑΣ ΕΚ ΜΕΛΙΤΗΣ. Δῆλος. Ὁ Ἡρακλῆς, ἀπὸ Μελίτης νύμφης.] Ariſtoph. Ran. ver. 504.

Μὰ Δί' ἀλλ' ἀληθῶς οὐκ Μελίτης μαστιγίας.

Ad hunc locum reſpexit Suidas.

ΜΑΣΣΟΝ. Μεῖζον. Μακρότερον.

——— Ἐπὶ πρὸ δὲ μᾶσσον ἐπ' ἄκρῳ
Αἰγαλέῳ θυμόεντος, ἄγων μέγαν ὑετὸν, ἔσῃ.]

" Lege

PARS II.

" Lege Αἰγαλέῳ θυόεντος. i. e. *Ægalei odori.* " Epithetum enim θυόεις montibus apte jungi " poteſt propter herbas et flores odoriferos, " qui in montibus naſcuntur. Portus legebat " νιφόεντος. Sed hoc a vulgata lectione nimis " recedit." *Kuſter.* Senſus conſtat, verba non item. Nam deſunt nonnulla ad ῥήσεως integritatem. Intelligendus autem hic locus, quod nemo vidit, de Xerxe, qui, ceu nubes largam pluviam trahens, in Ægaleo conſedit. Eſt autem Ægaleus mons in Atticæ et Megaricæ confinio, e regione Salaminis, quo Perſa ſe recepit ad naumachiam ſpectandam: de quo Plutarchus in Themiſtocle, cujus verba adſcribam: Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ Ξέρξης μὲν ἄνω καθῆστο τὸν στόλον ἐποπτεύων καὶ τὴν παράταξιν, ὡς μὲν Φανόδημος φησὶ, ὑπὲρ τὸ Ἡράκλειον, ἣ βραχεῖ πόρῳ διείργεται τῆς Ἀττικῆς ἡ νῆσος· ὡς δὲ Ἀκεσόδωρος, ἐν μεθορίῳ τῆς Μεγάριδος, ὑπὲρ τῶν καλουμένων Κεράτων. *Ubi diluxit, Xerxes in edito conſedit, claſſem et aciem inſpectans, ut Phanodemus ait, ſupra fanum Herculis, qua anguſto freto dirimitur ab Attica Salamis: Ut vero Aceſtodorus, in Megaridis confinio, ſupra colles, quos* Κέρατα *appellant.* De loco, ubi conſedit Xerxes, non ſatis convenit, ut vides, inter eruditos. Cl. Waſſius, ad Thucyd. ii. 19. nunc huc, nunc illuc fluctuat. Nec rem pro diligentia ſua expedire potuit Cl. Weſſelingius ad Diodorum xi. 18.

Atqui

Atqui verbo tenus diſcrepare videntur Phanodemus et Aceſtodorus. Pugnatum enim eſt ad Salaminem, quæ ad Megaricam uſque, teſte Pauſania, extendebat. Quare mons Ægaleus in confinio Atticæ et Megaridis, In hoc loco conſedit Xerxes. Herodotus in Urania, cap. 90. Ὁκως γάρ τινα ἴδοι Ξέρξης τ̃ ἑωυτ̃ ἔργόν τι ἀποδεικνόμενον ἐν τῇ ναυμαχίῃ, κατήμενος ὑπὸ τῷ ὄρεϊ τῷ ἀντίον Σαλαμῖνος τὸ καλέεται ΑΙΓΑΛΕΩΣ, ἀνεπυνθάνετο τὸν ποιήσαντα. *Quoties enim ſuorum quempiam aliquod opus edentem in hoc navali prælio cernebat, de eo homine percontabatur, ſedens ſub monte, qui eſt e regione Salaminis, nomine Ægaleo.* Quocum facit noſter poeta:

——Ἐπιπρὸ δὲ μᾶσσον ἐπ' ἄκρῃ
ΑΙΓΑΛΕΩ ΘΥΟΕΝΤΟΣ, ἄγων μέγαν ὑετὸν, ἔστη.

Ulterius vero progreſſus, in ſummo vertice Ægalei ſuaveolentis, adducens ingentem pluviam, ſtetit.

Ita non male Cl. Kuſterus. Montes Atticæ fragrantes erant, et thymo abundabant. Sed Portus, ΝΙΦΟΕΝΤΟΣ. Quæ lectio veriſſima eſt.* Sophocl. Oedip. Col. ver. 1052. Πέτραν

* Callimachus Hymn. in Delum ver. 93.

——ἀλλ' ἔτι κεῖνο
Θηρίον αἰνογένειον ἀπὸ Πλειστοῖο καθέρπον
Παρνησὸν ΝΙΦΟΕΝΤΑ περισσέφει ἰσνέα κύκλοις.

ΝΙΦΑΔΑ

PARS II.

ΝΙΦΑΔΑ vocat. Ad quem locum vide Scholiastam. Porro montis Ægalei in Messenia meminit Strabo, lib. viii. p. 550. ubi notandus insignis error doctissimi Casauboni, qui utrumque montem, Atticum et Messeniacum, confundit.

Polybio, insigni veri specie, adjudicavit Toupius. Schweigh. in Fragm. Hist. 50 Polybii. Vol. V. p. 68.

ΜΕΓΑΛΟΜΕΡΩΣ. Τὸν Πόπλιον ϗ τὸν Γάϊον ἀποδεξάμενος Φιλανθρώπως ϗ μεγαλομερῶς.] Ita loquitur Polybius, in Excerpt. Legat. p. 1137. Ἅπαντας μὲν οὖν τοὺς παραγενομένους ΕΠΕΔΕΧΕΤΟ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩΣ ἡ σύγκλητος· ΜΕΓΑΛΟΜΕΡΕΣΤΑΤΑ δὲ ϗ κατὰ τὴν ἀπάντησιν, ϗ τὰς τῶν ξενίων παροχὰς Εὐμένη τὸν βασιλέα. Idem, pag. 1195. ΑΠΟΔΕΞΑΜΕΝΗ γὰρ τὸν Δημήτριον ΜΕΓΑΛΟΜΕΡΩΣ ΚΑΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩΣ διὰ τοῦ στρατηγοῦ, πολλοὺς ϗ παρακλητικοὺς πρὸς αὐτὸν διαθεμένη λόγους, ἀπόκρισιν ἔδωκε. Quare hoc fragmentum Polybio adjudicare haud dubitarim.

ΜΕΓΑΛΩΣΤΙ. Μεγάλως. Ὁ δὲ παραλαβὼν τὴν ἔφεσιν, ἐπὶ τούτῳ μεγαλωστὶ περιχαρὴς ἦν.] "An "potius Ἔφεσον· ut intelligatur urbs Ephesus? "Sed propter brevitatem fragmenti de sensu "ejus nihil certi statui potest." *Kuster.* Inepte vir doctissimus. Παραλαβεῖν τὴν ἔφεσιν, est, *potestatem ab aliquo factam habere, permissu alicujus agere.* Scriptor ἀνώνυμος apud Suidam, v. Ἐφέσεις. Ἀπὸ δὲ τῆς τῶν στρατιωτῶν γνώμης ΛΑΒΩΝ

ΕΦΕΣΙΝ

ΕΦΕΣΙΝ ΠΑΡΑ τοῦ στρατηγοῦ, ξένην καὶ παράδοξον βοήθειαν ἐπορίσατο πρὸς τὴν ὑποκειμένην κατάστασιν. *Cum autem ex ſententia militum poteſtas ipſi ab imperatore facta eſſet, novum plane et inſperatum auxilium rebus præſentibus attulit.** E contra διδόναι τὴν ἔφεσιν, *poteſtatem facere, permiſſum dare.* Dionyſius Halicarn. Antiq. Rom. lib. vi. p. 371. ΕΦΕΣΙΝ δὲ τοῖς βουλομένοις ΕΔΙΔΟΥ μεταφέρειν τὰς κρίσεις ἀπὸ τῶν πατρικίων ἐπὶ τὸν δῆμον. *Poteſtatem faciebat provocandi a patriciis ad populum.* Quem locum fruſtra ſollicitavit Henricus Stephanus. PARS II.

ΜΕΛΟΝ. Διὰ Φροντίδος ὄν. Ἀριστοφάνης· Οὐδέν ἄρ' ἐμοῦ μέλον, ὅσον δὲ μόνον εἰδέναι σκωμμάτιον, ἅποτέ τι θλιβόμενος ἐκβάλω.—Ὅτι δὴ βασιλεὺς ὢν καὶ Πέρσης, ἐθνῶν τε τοσούτων καὶ πράξεων μέλον αὐτῷ· ὁ δὲ ἐφίετο γοῦν ὅμως ἀμηγέπη ἀπογενέσθαι λόγων, καὶ τῆς περὶ ταῦτα γάννυδος δόξης.] Prius fragmentum exſtat apud Ariſtophanem in Veſpis, ver. 1279. ubi male legitur, ἐκβάλλω, ex Suida corrigendum. Quod et recte animadvertit Florens Chriſtianus. In poſteriori autem ſcribendum, Καὶ ΤΗι περὶ ταῦτα γάννυδος ΔΟΞΗι.

---

* Charito ii. 6. p. 32. ΕΦΕΣΙΝ ΔΕ ΛΑΒΟΥΣΑ πρὸς τὸ πρᾶγμα, τὴν διάνοιαν εἶχετο πρὸς ΤΟΥΤΩ. Ita ſcribendum. Vulgo: Ἀφανὴς δὲ λαβοῦσα πρὸς τὸ πρᾶγμα διάνοιαν, εἶχετο πρὸς τοῦτο. Ad quem locum minus recte Cl. D'Orvill.

PARS II. Quomodo legitur apud Agathiam, lib. ii. p. 63. unde hunc locum decerpſit Suidas. De Choſroe autem Perſarum rege hic ſermo eſt, qui literas amabat ſcilicet, atque earum exiſtimatione valde delectabatur.

ΜΕΤΑΞΥΛΟΓΙΑ. Τὸ πρὸς βραχὺ παραλιπόντα τὴν παρεῦσαν ὑπόθεσιν, πρὸς ἑτέρας κινῆσαι τὸν λόγον. Πρὸς βραχὺ ὁ λόγος ἐπέπαυτο αὐτῷ, περὶ τῆς χώρας, καὶ αὖθις, ὥσπερ ἐν μεταξυλογίᾳ τινὶ, περὶ Ἄβρου τοῦ Σαρακηνοῦ διελεγέσθην ἄμφω.] Hic locus non uno malo laborat. Primum ſcribendum cum Edit. Mediolan. ΠΕΡΙ ἑτέρας κινῆσαι τὸν λόγον. *De alia re ſermonem inſtituere.** Deinde legendum, περὶ ΑΜΒΡΟΥ τοῦ Σαρακηνοῦ. *De Ambro Saraceno.* Quemadmodum recte habet Menander, in Excerptis Hœſchelii, p. 122. ex quo hoc fragmentum deprompſit Suidas. Cæterum vocem Μεταξυλογία, quæ ex rarioribus eſt, uſurpat Theo, in Progymn. cap. iv. Παραληπτέον δὲ καὶ τὸ μὴ ὑπερβατοῖς χρῆσθαι, οἷά ἐστι τὰ πολλὰ τοῦ Θουκυδίδου——μηδὲ ΜΕΤΑΞΥΛΟΓΙΑΙΣ, καὶ ταύταις διὰ μακροῦ. *Sed et cavendum ne hyper-*

Porſon. IV. 459. "ΠΕΡΙ Aldina."

* Plato de Repub. Dial. v. ſub init. p. 324. Edit. Maſſey. Οἷον (ἦν δ' ἐγὼ) εἰργάσασθε, ἐπιλαβόμενοί μου; ὅσον λόγον πάλιν, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς, κινεῖτε ΠΕΡΙ τῆς πολιτείας. Photius contra Manich. i. p. 28. Πρὸς τὰς εὐσεβεῖς λόγους κινοῦσι. *Contra Catholicos diſſerunt.* Ita vertendum. Idem p. 41. Γερόντιος πρεσβυτέρου—ἐγκλήματα κατὰ Λαμπετίου κινῶν.

batis

batis utamur, qualia ſunt Thucydidea plera- PARS
que. Tum ne inſertiones, eaſque longiores ad- II.
hibeamus.

ΜΕΤΩΝ. Ὁ μαθηματικός. —Φρύνιχος Μονοτρόπῳ

Τίς δ' ἐστὶν ὁ μετὰ ταῦτα ταύτης φροντίζων;
Μέτων ὁ Λυκονιεὺς, οἶδ' ὅτι κρήνας ἄγων.]

" Duo hi ſenarii Iambici ſic ſcribendi et nu-
" meris ſuis reſtituendi ſunt:

" Τίς δ' ἐστὶν ὁ μετὰ ταῦτα ταύτης φροντίσων;
" Μέτων ὁ ΛΕΥΚΟΝΙΕΥΣ, οἶδ' ὁ κρήνας ἄγων."

Kuſter. Hunc locum deſcripſit Suidas ex Schol. ad Ariſtophanis Aves, ver. 998. ut recte monuit Kuſterus. Phrynichi autem trimetros peſſime contrectavit vir doctiſſimus. Alter enim verſiculus titubat miſerrime. Joſephus Scaliger, in Emendationibus ad Euſebium, reponebat:

Μέτων ὁ Λευκονοιεὺς, ὃδ' ὁ τὰς κρήνας ἄγων.

Edit. Mediolanenſis in priori verſiculo ταύτης non agnoſcit. Quare vide an locus ita reſcribendus ſit:

Τίς δ' ἐστὶν ὁ μετὰ ταῦτα φροντίζων; Μέτων
Ὁ Λευκονοεὺς, ΕΥ ΟΙΔ', ὁ τὰς κρήνας ἄγων.

Quis vero eſt qui poſtea hanc curam gerat?
Meto
Leuconienſis ille, hominem bene novi, qui
fontes ducit.

PARS II. Quod verum et κωμικώτερον videtur. Scribitur autem Λευκονοεὺς et Λευκονοιεύς· de quo eruditiſſimus Rutgerſius in Variis, lib. v. cap. 4.

ΜΕΤΡΗΣΟΝ —— Θεόπομπος Καπήλοις·

Μετάδος ἢ μέτρησον, ἢ τιμὴν λάβε.]

Senarius Theopompi turpiter decollatus eſt. Adde quod fabula ejus perperam inſcripta eſt. Repone, Θεόπομπος Καπηλίσιν·

Ἢ μετάδος, ἢ μέτρησον, ἢ τιμὴν λάβε.

Vel impertire, vel mutuo da, vel pretium accipe.

Quemadmodum recte exhibet Scholiaſtes ad Ariſtoph. Acharn. ver. 1020. unde deſcripſit Suidas.* Theopompi autem fabulam laudat ſupra Noſter, v. Ἄτλις. Θεόπομπος Καπηλίσι·

—— Κολάσομαί γε σέ

Καὶ τὸν σὸν Ἄτλιν† ——

Porſon. IV. 459 MS. Leid. apud Hemſterh. in Ariſt. Plut. p. 435. γ' ἐσω, quod in Σ'ΕΤΩ mutandum.

ΜΗΤΕ ΠΛΑΣΤΑΝ, ΜΗΤΕ ΜΙΜΗΛΑΝ. Ἀντὶ τοῦ, Μήτε πλαστὴν εἰκόνα, μήτε γραπτήν.] Hæc re-

* Nicarchus in Epigrammate apud Anthol. lib. vi. p. 557.

Εἶπε δὲ, παντός σοι δεκάτην ἀπὸ λήμματος οἴσω,
Κύπρι· σὺ δ' ἐργασίην ΚΑΙ ΛΑΒΕ, ΚΑΙ ΜΕΤΑΔΟΣ.

† Eunapius in Excerptis Hœſchelii p. 9. Φημὶ δὲ, οὐχ ὅτι ΚΟΛΑΣΟΜΑΙ ΤΟΝ ΟΜΗΡΟΝ, ὃν ἔτε ἰσχυρὸν παρ' ὑμῶν εἴληφα τῆς εἰρήνης, ἀλλ' ἀνδρείας ἀπόδειξιν καθ' ὑμῶν ἔχω.

petuntur

petuntur etiam infra v. Μιμηλά, ubi addit Suidas, καὶ Μιμηλότητα. Quæ vox notanda. Cæterum hæc ad Ageſilaum referenda ſunt, de quo Plutarchus: Τῆς δὲ μορφῆς εἰκόνα μὲν οὐκ ἔχομεν· αὐτὸς γὰρ οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ καὶ ἀποθνήσκων ἀπεῖπε ΜΗΤΕ ΠΛΑΣΤΑΝ ΜΗΤΕ ΜΙΜΗΛΑΝ τινὰ ποιήσασθαι τοῦ σώματος εἰκόνα. *Formæ ejus imago non exſtat. Noluit enim id, et moriens interdixit, ne quis fingeret vel pingeret corporis ſui effigiem.* Eandem hiſtoriam tangit Dio Chryſoſt. in Corinth. p. 466. Σπουδὴ δέ μοι ἐπελήλυθεν Ἀγησίλαον τὸν βασιλέα τῶν Λακεδαιμονίων τῆς γνώμης μακαρίσαι· ὃς τις ὅποτε ἠξίωσεν ΟΥΤΕ ΠΛΑΣΤΑΝ ΟΥΤΕ ΜΙΜΗΛΑΝ τοῦ σώματος ποιήσασθαι. Ad eundem auctorem, qui hodie in deſideratis eſt, reſpexiſſe videntur Dio et Plutarchus.* Quos et ſecutus eſt Suidas. Corrigendus obiter Heſychius: Μιμέρα, ἡ μιμητικὴ τέχνη, καὶ ἡ μίμησις. Scribendum, ΜΙΜΗΛΑ. Quod literarum ordo

PARS II.

* Ad eundem quoque Cicero in Epiſt. ad Lucceium. *Nec minus eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus, qui* neque pictam neque fictam *imaginem ſuam paſſus eſt eſſe, quam qui in eo genere laborarunt: unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium ſtatuaſque ſuperavit.* Item Apuleius in Apologia p. 18. Edit. Caſaub. *Aut igitur unius Ageſilai Lacedæmonii ſententia nobis ſequenda eſt, qui* ſe neque pingi neque fingi unquam, *diffidens formæ ſuæ, paſſus eſt.*

PARS II. ſatis confirmat. Poeta neſcio quis apud Lucian. in Jove Tragœdo, p. 682.

Πλαθεὶς παρηώρητο ΜΙΜΗΛΗ ΤΕΧΝΗ.

ΜΗΧΑΝΗΜΑ. Στρατήγημα. Ἀλλ' ἔστι τοῦτο, ὦ δῆμε, μηχάνημα.] Hæc ſunt verba Ariſtophanis in Equit. ver. 846.

ΜΙΔΑΣ —— ᾗ Μίδας κύβε ὄνομα εὐβολωτάτῳ.] Libri omnes εὐβολοτάτῳ. Recte autem correxit ex MSS. Par. Cl. Kuſterus. Quod et dudum fecerat Joannes Meurſius. Βόλος, εὔβολος et εὐβολεῖν ſunt verba aleatoria. Midas autem jactus fortunatiſſimus; de quo abunde viri docti ad ludos Græcos.* Corrigendus obiter Schol. ad Æſchyl. Agam. ver. 33. Τρὶς ἓξ. Παροιμία ἐπὶ τῶν ἄκρως εὐτυχούντων. Ἐπεὶ ᾗ ΤΟΙΣ ΚΥΒΕΥΤΑΙΣ ἔκ ἔστι πλείω τούτων ΕΥΒΟΛΗΣΑΙ. Ita ſcribendus iſte locus. Vulgo male legitur, εὐθυβολῆσαι. Idem autem εὐβολεῖν et εὐκυβεῖν. Quæ poſtrema vox reſtituenda Heſychio: Εὐκολεῖν ὅπερ νῦν εὐβολεῖν. Ἀμφισεῖς δὲ, γυναικομανίαν. Nihil vidi fœdius aut inquinatius. Nec hilum adjuvant viri eruditi. Tu vero reſcribe, meo periculo: ΕΥΚΥΒΕΙΝ ὅπερ νῦν ΕΥΒΟΛΕΙΝ.

Porſon. IV. 459. Εὐκυβεῖν cor. meverat J. Fried. Cronovius.

* Proverbium: Μίδας, ὃς ἐν κύβοισιν εὐβολώτατος. Ita ſcribendum.

ΑΜΦΙΣ ΕΝ ΓΥΝΑΙΚΟΜΑΝΙΑι. Amphis Comicus ἐν Γυναικομανίᾳ laudatur Athenæo, lib. ix. p. 386. Τοῦ μὲν ὀλβιογάστορος Ἄμφις μέμνηται ἐν Γυναικομανίᾳ, οὑτωσὶ λέγων· εὐρύβατε κνισσόλοιχε οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ὀλβιογάστωρ εἶ σύ. Quæ ita nullo negotio reformanda et numeris ſuis reſtituenda ſunt:

—— Εὐρύβατε ΚΝΙΣΟΛΟΙΧ' οὐκ ἔσθ' ὅπως
Οὐκ ὀλβιογάστωρ εἶ σύ ——

Scribitur κνίσα et κνίσσα. Κνισολοιχὸς et κνισσολοιχός. Heſych. Κνισολοιχὸς, λίχνος.* Prima autem τοῦ, κνίσα, quod monendum, corripitur: quod ex hoc loco Amphidis ſatis conſtat. Scio quidem uno atque altero loco apud Athenæum, lib. iii. p. 125. produci videri iſtam ſyllabam. Nec viris eruditis aliter viſum eſt. Verum reclamat analogia. Nam a κνῑζω fluit κνῐσω. Hinc κνῐσα et κνῑσσα. Nicarchus in Epigram. Anthol. lib. ii. p. 250.

Οὕτως ἡ φύσις ἐστὶ ΦΙΛΟΚΝΙΣΟΣ, ἀλλοτριόχρως.†

PARS II.

Deleta distinctione post ἐυβολεῖν, leg. ΑΜΦΙΣΕΙΠΕ-ΓΥΝΑΙΚΟΜΑΝΙΑΙ. Porſon. IV. 460.

---

* Nonnus in Dionyſſ. lib. xix. p. 520.

Καὶ Σταφύλῳ μετὰ πότμον ἅτε ζωόντι χορεύσω,
Ὅττι χορὸν προβέβουλα ΦΙΛΟΚΝΙΣΣΟΙΟ τραπέζης
Σοὶ, Σταφύλε, ζώοντι· ——

† Dicitur ἀλλοτριόχρως ut γλυκερόχρως apud Anthol. lib. iii. p. 385.

Ἐν κόλποις στέργουσα διέτρεφεν ἁ ΓΛΥΚΕΡΟΧΡΩΣ
Φάνιον, εἰαρινοῖς ἄνθεσι βοσκόμενον.

Et

PARS II. Ita ſcribendus iſte verſus. Optime ſuccurrit Etymol. Mag. Κνίσα, ἡ ἀναθυμίασις τῦ καπνῦ· ἀπὸ τῦ κνῶ, ὃ σημαίνει τὸ ξύω, γίνεται κνίζω· ὁ μέλλων κνίσω· ἐξ οὗ, κνίσα.——ΤΟ ΚΝΙ ΒΡΑΧΥ.

ΜΙΛΤΟΣ. Χρώματος εἶδος ἐρυθρῦ.——Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι·

——Μιλτοφυῆ τε
Σχοῖνον ὑπ' ἀκρονύχῳ ψαλλομένην κανόνι.]

Repetitur hoc fragmentum infra, v. Ψαλλομένη. Epigramma autem, quo reſpexit Suidas,

---

Et μελανόχρως apud Theocrit. Idyll. γ. 35.

Ἦ μάν τοι λευκὰν διδυματόκον αἶγα φυλάσσω,
Τάν με κῆ ἀ Μέρμνωνος Ἐριθακὶς ἀ ΜΕΛΑΝΟΧΡΩΣ
Αἰτεῖ· κῆ δωσῶ οἱ, ἐπεὶ τύ μοι ἐνδιαθρύπτη.

Item αἰολόχρως in Pirithoo Euripidis:

—— ὃν περὶ μὲν φῶς, περὶ δ' ὀρφναία
Νὺξ ΑΙΟΛΟΧΡΩΣ, ἄκριτός τ' ἄγρων
Ὄχλος ἐνδιελεχῶς ἀμφιχορεύει.

Et denique, quod notandum eſt, χρὼς ἴδιος in Epigr. apud Miſcell. Lipſ. vol. ix. p. 103. ubi duo Epigrammata imperite confunduntur. Sed Carmen ipſum dignum eſt ut hic quoque integrum apponeretur.

ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Μᾶλλον τῶν σοβαρῶν τὰς δελίδας ἐκλεγόμεθα,
Οἳ μὴ τοῖς σπαταλοῖς κλέμμασι τερπόμενοι.
Ταῖς μὲν χρὼς ἀπόδωδε μύρῳ, σοβαρόν τε φρύαγμα,
Καὶ μέχρι κινδύνων ἑσπομένη σύνοδος.
Ταῖς δὲ χάρις κῆ ΧΡΩΣ ΙΔΙΟΣ, κῆ λέκτρον ἕτοιμον
Δώροις ἐκπάγλοις ἐκ ἀλεγιζόμενον.
Μιμεῦμαι Πύῤῥον τὸν Ἀχιλλέος, ὅς περοέκρινεν
Ἑρμιόνης ἀλόχῳ τὴν λάτριν Ἀνδρομάχην.

exſtat

exſtat in Anthol. lib. vi. p. 580. ubi legitur, μιλοθυρῆ. Sed neutrum ſanum eſt. Nam vera lectio eſt μιλτοφυρῆ. Quod et recte vidit Cl. Salmaſius in Exercitat. Plinianis, vol. ii. p. 821. Eſt autem μιλτοφυρὴς σχοῖνος, *funiculus minio tinctus*, quo fabri lignarii utuntur. Epigram. in Anthol. Reiskii, p. 23. PARS II.

Στάθμαι, καὶ μιλτεῖα, καὶ αἱ σχεδὸν ἀμφιπλῆγες
Σφυραὶ, καὶ ΜΙΛΤΩι ΦΥΡΟΜΕΝΟΙ ΚΑΝΟΝΕΣ.

Huc facit Suidas ſupra, v. Ἐφείλιξαν. Σχοινίον τε ἐφείλιξαν μίλτῳ. Ἀντὶ τοῦ, ΕΦΥΡΑΝ καὶ περιείλιξαν. Ad quem locum nonnulla adnotavimus.

MNIAPON.

Ἀλλὰ δέχευ μνιαροῖο βαθυῤῥήνοιο τάπητος
Ἔνδυτον, εὐανθεῖ πορφύρῃ εἰδομένον.]

" Vox μνιαροῖο mihi ſuſpecta eſt: cujus loco " ſcribere malim μαλακοῖο. i. e. *mollis*. Vel " vocem hanc ſic intelliges, ut eam interpre- " tati ſumus, i. e. *muſci inſtar mollis*." *Kuſter.* " Cum Kuſtero eatenus facio, ut nullus du- " bitem locum hunc emendationis indigere; " verum in modum emendandi non conſen- " tio, præferoque χλιαροῖο." *Reiſk. ad Anthol.* pag. 70. Vocem μνιαρὸν ſolus Lexicographorum veterum nobis conſervavit Suidas. Μεγάλα χάρις αὐτῷ. Atqui in diſcrimen eam vocare non

PARS II.

non dubitarunt viri doctiſſimi Kuſterus et Reiskius: in quo judicium eorum deſidero. Ut a φλῆς φλιαρός, χλῆς χλιαρός, χνῆς χνιαρός· ſic a μνῆς μνιαρός. Eſt autem μνῆς *lana primula*, ſive *pilus tenerrimus*. Suidas, Μνῆς. Ἡ ἀπαλὴ θρίξ. Ἐν Ἐπιγράμματι·

——Καὶ ΜΝΟΥ χρῶτα τερεινοτέρη.

De quo nos ſupra p. 395. Heſych. Μνῆς, ἔριον ἁπαλώτατον. Confer etiam Etymol. Mag. v. Ἀμνός. Hinc Μνιὸς, μνίον, et μνιαρός. Quare recte Epigrammatiſta, μνιαροῖο τάπητος. *Tapetem muſci inſtar molliuſculum.* Quod omnino verum eſt et neutiquam ſollicitandum. Cæterum ejuſdem plane monetæ ſunt βλιαρὸς, λιαρὸς, φιαρὸς, et ſi quæ alia. Vox poſtrema occurrit apud Nicandrum et Callimachum. Occurrit etiam apud Theocritum in Cyclope, ver. 21.

Μόχω γαυροτέρα, ΦΙΑΡΩΤΕΡΑ ὄμφακος ὠμᾶς.

Ubi Interpretes recte caſtigat Caſaubonus. Sed fons verbi virum eruditiſſimum latuiſſe videtur. Idem ΦΟΣ. ΦΩΣ. ΦΟΥΣ. Hinc φιὸς et φιαρός. Qua voce commendat Cyclops nitorem et cutem bene curatam Galateæ ſuæ. Heſych. ΦΙΑ, ϖίονα. ΦΙΑΡΟΝ, λαμπρὸν, καθαρόν. Sed illud Φιὰ, ut verum fatear, auctoritatis lubricæ eſt. Quare vide an bono publico reponendum fuerit: ΙΦΙΑ, ϖίονα. Noſti illud Homeri:

——βόας τε ΙΦΙΑ μῆλα.

ΜΥΔΩΝΤΕΣ.

ΜΥΔΩΝΤΕΣ. Βρέχοντες. Διυγραμμένοι. Σαπέντες. Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι·

Οἷς παρὰ Κύπριδι ταῦτα μύροις ἔτι πάντα μυδῶντα
Κεῖται, παρθενίων ὑγρὰ λάφυρα πόθων.]

" MSS. Pariſ. itemque Photius in Lexico in-
" edito recte habet βρέχοντες. At in prioribus
" Editt. male legitur, τρέχοντες." *Kuſter.* Nec τρέχοντες nec βρέχοντες placet. Utrumque enim ἀπερσδιόνυσον eſt, et nullius frugis. Repono, Μυδῶντες. ΒΡΑΧΕΝΤΕΣ. Heſych. Μυδῆσαι, ΒΡΑΧΗΝΑΙ, σαπῆναι. Quod ſequitur diſtichon eſt pars Epigrammatis, quod legitur in Miſcell. Lipſ. Vol. ix. p. 460. ubi recte Cod. MS.

ΗΣ παρὰ Κύπριδι ——

Porſon. IV. 460 "Melius Βρεχθεντες."

Ἡ pro Ὅις Ruhnk. Ep. Cr. I. p. 73. et Pierſ. in Mær. p. 413 Porſon. IV. 460.

ΜΥΡΙΕΛΙΚΤΟΣ. Ὁ πολλαῖς ἑλίξεσι στρεφόμενος. Εὐνάπιος· Ὁ βαρὺς καὶ μυριέλικτος ἐκεῖνος ὄφις, ὁ πολυέλικτος, καθάπερ ὑπὸ τῆς Μηδείας ὑποψιθυριζόμενος καὶ βαρυνόμενος τὴν ψυχὴν κεκαρωμένος παρέδωκεν αὐτόν.] Vox iſta πολυέλικτος eſt non niſi interpretatio τοῦ, μυριέλικτος, a Suida pro more adjecta. Quin et quæ ſequuntur, βαρυνόμενος—κεκαρωμένος, vitium manifeſto produnt. Alterum enim eſt nihil aliud quam alterius gloſſema. Suidas ſupra: Καρωθείς. Βαρυνθεὶς τῇ κεφαλῇ—καὶ Κεκαρωμένος. Ὁ δὲ τὴν καρδίαν ταῖς τιμαῖς ἤδη κεκαρωμένος παρέδωκεν ἑαυτὸν εἰς τὴν ὁδόν. Quæ plane gemella ſunt, et Eunapio proculdubio adjudicanda.

πολυέλικτος ejiciendum monuerat Weſſel. ad Herod. VI. 77. Porſon. IV. 460.

PARS II.

ΜΥΣ ΛΕΥΚΟΣ. Οἱ κατοικίδιοι μύες ἄγαν πρὸς τὴν οἰκείαν κεκίνηνται, καὶ μάλιστα οἱ λευκοί.] Reſpexit Suidas ad Philemonem Comicum apud Ælian. Hiſt. Animal. xii. 10.

ΜΥΣ ΛΕΥΚΟΣ· ὅταν αὐτήν τις, ἀλλ' αἰσχύνομαι
Λέγειν ———

Senſus paulo nequior eſt, de quo conſulendus Cl. Bentleius ad Philemonem. Atque hinc Μυωνία ſive Μυωπία Epicrati Comico apud Ælianum de fœmina libidinoſiſſima in verſibus elegantiſſimis, de quibus nos ſupra, ad v. Ἐπικράτης. Μυώξιαν vocat Suidas. Μυωξία. Ὑβριστικὸς λόγος. Σημαίνει δὲ καὶ τὰς τῶν μυῶν χηραμούς. Quæ ad Epicratis locum proculdubio referenda ſunt.

N

N.

ΝΕΑΝΙΣΚΕΤΕΤΑΙ.—Ἰδίως δὲ ἐσχημάτικε Εὔπολις τὸ νεανισκεύειν ἐν Δήμοις·

Γυναῖκ' ἔχοντα μάλα καλήν τε κἀγαθήν,
Αὕτη νεανισκεύοντος ἐπεθύμησέ μοι.]

Alter Eupolidis verſiculus laborare videtur. Verba enim νεανίας, νεανικὸς, νεανίσκος, νεανισκεύειν, et cætera ejuſdem familiæ, ſecundam ſemper producunt. Quod virum magnum ad Stobæum fugiſſe videtur. Eſt autem ubi duæ priores ſyllabæ iſtarum vocum craſin admittunt. Euripides in Menalippa, apud Stobæum Grotii, p. 345.

Ὅσις δ' ἀμείλιχτον πατέρ' ἔχει νεᾱνίας.

Legend. ἀμείλικτον. Porſon. IV. 460

Ita exhibet Stobæus, et ſic quoque recte, ut fors ferebat, dedit Grotius. Euripides, Iphig. Aul. ver. 615.

Ὑμεῖς δὲ νεᾱνίδαισιν ἀγκάλαις ἔπι.

Ita metrum recte ſe habet. Sed mendum tamen ſubeſt et craſſius quidem. Vox enim νεανίδαισι ne Græca quidem eſt: quod et recte animadvertit Cl. Pierſonus. Sed in malo recidendo longiſſime aberravit vir doctiſſimus. Emendatio tamen in propatulo eſt. Repone,

Ὑμεῖς δὲ ΝΕΑΝΙΔΕΣΣΙΝ ἀγκάλαις ἔπι.

Sic

PARS II.

Sic νεανίαις ὤμοις apud Eurip. in Helen. ver. 1578.

Νεανίαις ὤμοισι ταύρειον δέμας.

Senarius autem Eupolidis, ut ad Suidam revertar, me vide, ſatis ſalvus eſt.

Legend. ex Lex. MS. Photii: Αὕτη νεανικοῦντος — Porſon. IV. 460.

Αὕτη νεᾱνῐσκῐ̆ουντος ἐπεθύμησέ μου.*

De quo vide quæ ſcripſimus ſupra ad v. Δεκατεύειν.

ΝΕΜΕΣΙΣ. Ἡ δίκη. Ἀριστοφάνης· Ἰὼ νέμεσις, βαρυβρομοί τε βρονταί.] Fallitur Suidas. Eſt enim ex Euripidis Phœniſſ. ver. 189. atque ita cum auctoritate Scholiaſtæ, tum ſententiæ arbitrio repræſentandum:

Ἰὼ ΝΕΜΕΣΙ καὶ Διὸς
Βαρύβρομοι βρονταὶ,
Κεραύνιόν τε πῦρ αἰθαλοέν.
Σύ τοι ΜΕΓΑΛΗΓΟΡΙΑΝ
Ὑπεράνορα κοιμίζεις.

Vulgo ineptiſſime legitur, μεγαλανορίαν ὑπεράνορα. Quod et doctiſſimo Valckenario diſplicuiſſe video. Cæterum occurrit hoc fragmentum ſupra, v. Ἰώ. ubi recte Suidas, Νέμεσι.

---

* Anaxandrides apud Athenæum, lib. vi. 16. p. 255.

Τὸ γὰρ κολακεύειν νῦν ἄρεσκειαν ὄνομ' ἔχει.

Ubi τὸ, ἀρεσκείαν, male ſollicitat Caſaubonus.

NEOP-

NEOPTON. Νέον. PARS II.

Τί δ' ἐστὶν, ὦ πᾶς Λαΐου, νέορτον αὖ;]

Hunc ſenarium deprompſit Suidas ex Sophocl. Oedip. Col. ver. 1502.

ΝΕΟΤΤΟΣ.——Κλέαρχος ἐν τῷ περὶ οἴνων συγγράμματι φησίν.] "Menagius ad Laërtium ſcribendum cenſet, ἐν τῷ περὶ θινῶν: auctoritate Athenæi, qui Clearchum ἐν τῷ περὶ Θινῶν laudat: ſed conjectura hæc dubia eſt, et anceps, cum nihil obſtet, quo minus quis credere poſſit Athenæum ex Suida corrigendum eſſe: vel ſaltem aliud eſſe opus περὶ θινῶν et aliud περὶ οἴνων; et proinde neutram lectionem ſollicitandam eſſe." *Kuſter.* Ego vero utramque lectionem ſollicitandam eſſe puto. Illud enim Θινῶν eſt nihil aliud quam corruptio τῦ, Οἴνων· quod et ipſum corruptum eſt. Audacter repono: Κλέαρχος ἐν τῷ περὶ Ὠῶν. *Clearchus in libro de Ovis.* Quod vel ipſe locus Clearchi, qui ſequitur, manifeſte evincit: Ὠῷ διαδίδοται ἀρχὴ ὑπὸ τὸν ὕμενα λευκὸν· (leg. τὸ λευκόν) ἐν τύτῳ γὰρ τὸ σπέρμα, καὶ ὐκ ἐν τῷ καλυμένῳ νεοττῷ. Διεψεύσθησαν γὰ οἱ πρῶτοι τῦτο φήσαντες. Καὶ ἔστι τὸ ὠχρὸν περίτωμα τῦ σπέρματος. *Album ſub membrana eſt ovi principium: in hoc enim ſemen continetur, non autem in vitello: et decepti fuerunt illi, qui primi hoc dixerunt.*

PARS II. *dixerunt. Luteum autem ovi eſt excrementum ſeminis.* Ita ſcribendus iſte locus. Vulgo legitur, Ὃ διαδίδοται. Sed Editio princeps, Ὅτι. Unde veram lectionem eruimus. Quare auctor ſum, ut Clearchus deinceps laudetur ἐν τῷ ΠΕΡΙ ΩΩΝ.

ΝΕΙΤΑΙ. Ἀφίξεται. Ἐλεύσεται.

——Οὐδ' ἔτι νεῖται
Ἰξὸν ἐπ' ἀγρευταῖς χευάμενος καλάμοις.]

Hæc eſt pars Epigrammatis, quod exſtat Anthol. lib. iii. p. 349.

ΝΗΦΑΛΙΟΣ ΘΥΣΙΑ.——Σοφοκλῆς·

——Οὐ γὰρ ἄν ποτε
Πρώταισιν ὑμῖν ἀντέκυρσ' ὁδοιπορῶν
Νήφων ἀοίνοις———

πρὸς τὰς Εὐμενίδας λέγων, ἀὴ ἄοινοι λέγονται, ὡς ἀεὶ νήφουσαι, καὶ μὴ μέθην παρέχουσαι. Τοῦτο δὲ διὰ τὸ θείας δίκης ἄϋπνον.] "Cum Porto legere ma-
"lim, μὴ μέθης μετέχουσαι, i. e. quæ nunquam
"inebriantur, ſed omnis temulentiæ expertes
"ſunt." *Kuſter.* Emendatio Porti frigidiſſima eſt. Kuſtero tamen, quod mireris, non diſplicebat. Nos vere atque eleganter reſtituimus: Καὶ μὴ ΜΕΘΗ, ΧΑΙΡΟΥΣΑΙ. *Quod ſemper ſint ſobriæ atque ab omni ebrietate alienæ.* Quæ quidem locutio Græcis Scriptoribus ſolennis eſt.

est.* Notus versiculus Antiphanis Comici apud Porphyr. de Abstinent. lib. ii. PARS II.

Ταῖς εὐτελείαις οἱ θεοὶ ΧΑΙΡΟΥΣΙ γάρ.

Cæterum respexit Noster ad Sophocl. Oedip. Col. ver. 99. Tragici autem locus, qui vulgo depravatus est, ex Suida reformandus est. Quod et vidit (et quis non videt?) Cl. Burtonus.

ΝΙΦΑΤΗΣ. Ὄρος Ἀρμενίας.

Ταύρῳ πορυμνώρειαν εὐσκόπελόν τε Νιφάτην.]

Hexameter iste decerptus est ex Pisandro, ut nos docet Stephanus Byzantinus, v. Νιφάτης. De utroque autem Pisandro, tum Rhodio antiquissimo, tum Larandensi recentiore, consulendus Suidas.

ΝΟΜΙΣΤΕΤΟΜΕΝΩΝ. Νομίμως διοικημένων. Ἐνέβαλε δὲ χρυσᾶς ἅπισημους, εἰς τινας δὲ τετράδραχμα τῶν ἅπαξ νομισευομένων. Καὶ αὖθις· Χαλκᾶ τὰ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ νομισευομένα τάλαντα τετρακισχίλια.] "Vel interpretatio hæc falsa est, "vel saltem nihil facit ad exempla quæ se- "quuntur; quippe in quibus τὸ νομισεύειν sig- "nificat, *nummos cudere*, vel *signare*." *Kuster.*

* Polybius p. 1492. Ἐραθεὶς γὰρ παρθένου Χαλκιδικῆς, κατὰ τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν, ἐφιλοτιμήσατο γῆμαι, οἰνοπότης ὢν καὶ ΜΕΘΑΙΣ ΧΑΙΡΩΝ.

PARS II. Rem minus adſecutus eſt vir doctiſſimus. Verba νόμος, νόμισμα, νομίζειν, νομισεύειν, tum de *nummis*, tum de *inſtitutis* uſurpantur. Νομισευόμενος χαλκὸς eſt *nummus legitimus*, νόμιμος, *et uſu receptus*. Angl. *Current money*. Etymol. Mag. v. Ὀβελίσκος. Πρὸ τότε γὰρ ὀβελίσκοις τραχέσιν ΕΝΟΜΙΣΤΕΥΟΝ. *Antea enim obeliſcis pro nummis legitime utebatur*. Quare utramque vocis ſignificationem non male complexus eſt Suidas.* Atque hac occaſione monitus, operæ pretium fecero, ſi unum atque alterum Epicharmi verſiculum, ubi vox νόμος in ſenſu nummario accipitur, ὡς ἐν παρόδῳ emendavero. Leguntur autem apud Polluc. ix. 80.

Ἀλλ' ὅμως καλαί τε τῶιοίτ' ἄρνες εὑρήσεσί μοι
Δέκα νέμμες——
Εὐθὺς πρίω μοι δέκα νέμμων μόχον καλήν.

Metrum nec hic nec illic conſtat: quod recte vidit ad Phalarin p. 465. magnus Bentleius. Sed viri doctiſſimi κρίσις minime ſatisfacit. Vera autem lectio ante pedes eſt. Repono,

---

* Sextus Empiricus adverſus Grammaticos i. 10. Ὁ δὲ τοῦτο μὲν μὴ παραδεχόμενος, ἄλλο δέ τι καινὸν χαράσσων ἑαυτῷ, καὶ ΤΟΥΤΟ ΝΟΜΙΣΤΕΥΕΣΘΑΙ θέλων, μάταιος καθίσταται. Ita legendus iſte locus; ubi vide doctiſſimum Fabricium. Polybius p. 1097. Ἤδη γὰρ κατὰ τὴν Ἑλλάδα τῆς δωροδοκίας ἐπιπολαζούσης, καὶ τοῦ μηδένα μηδὲν δωρεὰν πράττειν, καὶ τοῦ χαρακτῆρος τότε ΝΟΜΙΣΤΕΥΟΜΕΝΟΥ παρ' Αἰτωλοῖς, ἐκ ἐδύναντο πιστεύειν διότι χωρὶς δώρων ἡ τηλικαύτη μίσθωσις γέγονε τοῦ Τίτου πρὸς τὸν Φίλιππον.

Ἀλλ'

Ἀλλ' ὅμως καλαί τε πῖοί τ' ἄρνες εὑρήσουσί μοι
Δέκα ΝΟΜΩΣ——
Εὐθὺς πρίω μοι δέκα ΝΟΜΩΝ μόσχον καλάν.

PARS II.

Sic una fidelia uterque paries dealbandus est. Etymol. Mag. Νόμος καὶ τὸ νόμισμα. Accurate magis Suidas: Νόμος——Δωριεῖς δὲ ἐπὶ ΝΟΜΙΣΜΑΤΟΣ χρῶνται τῇ λέξει. Καὶ Ῥωμαῖοι παρατρέψαντες ΝΟΥΜΜΟΝ λέγουσι. Non potuit melius noster Grammaticus.*

ΝΟΥΝΕΧΩΣ. Πεφροντισμένως. Νουνεχῶς ἐδόκουν πολιτεύεσθαι πρὸς τοὺς τότε καιρούς.] Polybius, lib. iii. p. 356. Καὶ γὰρ ἀνδρωδῶς καὶ ΝΟΥΝΕΧΩΣ ΕΔΟΚΟΥΝ ἕκαστα χειρίζειν. Quare nostrum fragmentum Polybio adjudicaverim.

ΝΩΧΕΛΗ.† Βραδέα.—Καὶ Νωχελὴς. Βραδὺς. Ὁμαλὸς. Ἄχρηστος. Ita quoque Hesychius. Perperam uterque. Neque enim vox ὁμαλὸς quidquam commune habet cum Νωχελής. Reponendum sine dubio: Νωχελὴς. Βραδὺς. ΜΙΛΛΟΣ. Quod et vidit vir doctissimus et cum paucis

* Confer omnino Mazochium in Tabulas Heracleenses p. 217. Edit. Neapol. 1754.

† Jamblichus de vita Pythagoræ cap. xiv. p. 51. Edit. Kuster. Ἀπὸ δὲ τῆς εὐνῆς πάλιν ἀνισταμένων, τοῦ νυκτερινοῦ κάρου, καὶ τῆς ἐκλύσεως, καὶ τῆς ΝΩΧΕΛΙΑΣ αὐτοὺς ἀπήλλασσε διὰ τινῶν ἰδιοτρόπων ἀσμάτων καὶ μελισμάτων.

PARS II.

comparandus Lambertus Bos, in Obſervationibus Crit. p. 175. Heſych. ΜΙΛΛΟΣ, βραδὺς, χαῦνος. Idem, Ἀργὸς, μιλὸς, βραδύς. Lege ΜΙΛΛΟΣ. Hinc Μιλλότης, *Segnities*. Heſych. Νωχέλεια, ἀσθένεια, βραδυτὴς, μιλώτις. Quem locum varie torquent viri eruditi. Sed omnes fruſtra ſunt. Legendum, Μιλλότης. Idem: Μιλίτης, ἀφροδίτης. Monſtrum lectionis. Nam utraque vox depravata eſt. Repone mea fide: Μιλλότης, βραδυλής. Qua quidem emendatione nihil certius. Ut vero a φίλος φιλότης, ſic a μιλλὸς μιλλότης. Quam vocem jam demum Græciæ reſtituimus.

ΝΥΜΦΕΙΟΣ ΟΙΚΟΣ. Ἐν ᾧ αἱ νύμφαι εἰσί——

Νημάτια ᾧ νύμφιος ἀνήπτετο λαμπάδι ϖασὰς,
Τέτῳ ϖυρκαϊῆς ἀ θαλάμων ἔτυχες.]

" Locus eſt corruptus, quem cum Porto ſic " legerim, Ἥματι ᾧ νυμφεῖος. Eſt autem pars " Epigrammatis in novam nuptam, quæ ipſo " nuptiarum die obierat," *Kuſter*. Legendum,

Ἥμαλι, τῷ νυμφεῖος ἀνήπτετο λαμπάδι ϖασὰς.

Epigram. in Sapphonem, apud Antholog. Reiſkii, pag. 143.

Ἥματι, τῷ ϖρώτῳ φῶς ἴδες ἀελίε.

Quoniam autem mentio incidit hujus Epigrammatis, de quo plus ſatis digladiati ſunt viri doctiſſimi D'Orvillius et Pauwius,

——*Arcades*

——Arcades ambo,
Et cantare pares et reſpondere parati,

ſed cujus mentem neuter percepit, non injucundum fuerit lectori erudito, ſi Carmen ipſum emendatum adpoſuero, et quod utriuſque calorem fugiſſet indicavero. Eſt autem inſcriptum, Εἰς Σαπφὼ ᾠδὴ τῶν Μουσῶν κοιμωμένην.

Οὐκ ἄρα σοί γε ὀλίζον ἐπὶ κλέος ὤπασε Μοῖρα
Ἤματι, τῷ πρώτῳ φῶς ἴδες ἀελίου,
Σαπφοί· σοὶ γὰρ ΧΡΥΣΟΝ ἐνείμαμεν ἄφθιον εἶμεν,
Σὺν δὲ πατὴρ πάντων νεῦσεν ἐρισμάραγος.
Μέλψεαι ἐν πάντεσσιν ἀοίδιμος ἀμερίοισι,
Οὐδὲ κλυτᾶς Φάμας ἔσσεαι ἠπεδανά.

Non exiguum certe decus Parca tibi tribuit
Die illo, quo primo lucem ſolis adſpiciebas, Sappho.
Nos enim opes tibi comparavimus infinitas,
Quas et Jupiter nutu ſuo approbavit.
Quin et ab omnibus mortalibus celebraberis,
Neque illuſtris tui nominis unquam erit oblivio.

Muſæ hic, ut vides, loquuntur. Sed, ut res erat, ἀμούσως plane et inficete. Nam libri omnes, χρίσιν ἄφθιον· quod viros doctos admodum cruciavit. Nos veriſſime emendavimus, χρυσὸν ἄφθιον.* Schol. ad Pindar. Pyth. Od. 4. ΑΦΘΙ-

* Homer. Iliad. E. 724.
Τῶν ἤτοι χρυσειη ἵτυς ἄφθιτος ——
Ubi Euſtathius p. 455. Ὁ ΧΡΥΣΟΣ ἰᾷ ἀνεπίδικτός ἐστι καὶ λαμπρος, διὸ καὶ ΑΦΘΙΤΟΣ ἐκ καλὸς λέγεται.

PARS II.

ΤΟΝ δὲ αὐτὸ εἶπε, καὶ ὃ ΧΡΥΣΟΥΝ ἦν. Ὁ δὲ χρυσὸς ἄφθαρτος. Καὶ ἡ Σαπφώ·

Ὅτι Διὸς πᾶς ὁ χρυσὸς,
Κεῖνον ἃ σὴς, οὐδὲ κὶς
Δάπτει, βροτέαν φρένα κράτιστον φρενῶν.

Versus postremus futilis est. Ursinus habet, Κάλλιστον φρενῶν. Nullus dubito quin Sappho scripserit:

—βροτέαν φρένα ΚΑΛΛΙΣΤ' ΕΥΦΡΑΙΝΩΝ.
Mentem humanam summa lætitia perfundens.

Κάλλιστον vel κράτιστον εὐφραίνειν, Musgravius in margine. Porson. IV. 460

Theocritus, Idyll. xviii. 52.

——Δοίη Ζεὺς ΑΦΘΙΤΟΝ ΟΛΒΟΝ.

Est enim Jovis opes dispensare, vel saltem dispensanti ὀπυεῦσαι. Hinc noster Epigrammatista: ——νεῦσεν ἐρισμάραγον. Quod viri docti non intellexerunt. Cæterum ad hoc Carmen respexit Aristides, vol. ii. p. 377. qui hunc locum egregie dilucidabit, et nostram emendatiunculam extra omne dubium collocabit: Οἶμαι δέ σε καὶ Σαπφῦς ἀκηκοέναι ποτέ τινας τῶν εὐδαιμόνων δοκούσων εἶναι γυναικῶν μεγαλαυχουμένης, καὶ λεγούσης ὡς αὐτὴν ΑΙ ΜΟΥΣΑΙ τῷ ὄντι ΟΛΒΙΑΝ καὶ ζηλωτὴν ἐποίησαν, καὶ ὡς οὐδ' ἀποθανούσης ἔσαι ΛΗΘΗ. *Arbitror autem te Sapphonem quoque audivisse, cum apud quasdam quæ felices viderentur, multum sibi tribuit, ac beatam se revera et admirandam dicit a Musis esse redditam, nec post mortem*

mortem oblivioni traditum iri. Quare hoc Epigramma, quod elegans in primis eſt, auctoritate Ariſtidis, ab ipſa Sapphone ſcriptum eſſe crediderim. Certe tanta artifice haud indignum eſſe puto.* PARS II.

Ξ.

ΞΥΓΓΕΝΕΙΣ Τ'ΟΥΜΟΥ ΤΡΟΠΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, τ'αὐτά μοι πράττουσαι.] Ariſtoph. in Theſmoph. ver. 581.

Φίλαι γυναῖκες, ξυγγενεῖς τἠμῷ τρόπῳ.

Ad hunc locum reſpexit Suidas.

ΞΥΓΓΕΝΟΥ. Σύνελθε. Ὦ δέσποινα Νίκη, ξυγγενοῦ.] Hæc ſunt verba Ariſtophanis in Lyſiſt. ver. 317. ubi vide Scholiaſtam.

ΞΥΜΜΙΞΑΣΑ. Συντυχοῦσα. Οὐδεμιᾷ γὰρ δεινοτέρᾳ σοῦ ξυμμίξασα οἶδα γυναικί. Ἀντὶ τοῦ, ἱκανωτάτῃ. Φρονιμωτάτῃ.] Hunc locum decerpſit Suidas ex Ariſtoph. Eccleſ. ver. 512.

Οὐδεμιᾷ γὰρ δεινοτέρᾳ σοῦ ξυμμίξας οἶδα γυναικί.

Sed recte Noſter, ξυμμίξασ' οἶδα. Mulier enim loquitur: quod et recte vidit vir doctiſſimus

* Ad hoc tamen Epigramma vide Cl. Brunck in Analect, vol. iii. p. 283. qui fallitur.

Tanaq.

PARS II. Tanaq. Faber; qui et legendum monet, ΟΥΚ οἶδα· in quo quidem hominis imperitia notanda est. Nam dum Atticismo consuluit, versum pessundedit. Sed in re metrica non raro cæcutiebat Faber.

ΞΥΜΦΕΡΩ. Ξυμβαςάζω. Φέρε νῦν ἐγώ σοι ξυμφέρω.] Et hic locus depromptus est ex Aristoph. Eccles. ver. 864.

ΞΥΜΦΟΡΑΝ.—Ἐνδέχεται γὰρ τὰς ξυμφορὰς τῶν πραγμάτων ἐχ ἧσον ἀμαθῶς χωρῆσαι, ἢ καὶ τὰς διανοίας τῶ ἀνθρώπω.] Hæc sunt verba Thucydidis, lib. i. cap. 140.

ΞΥΝΑΙΡΕΤΑΙ. Συνάπλεται.—Καὶ Ξυναιρόμενον. Συναντιλαμβανόμενον. Εἰ ξυγχωρήσαιμεν τὸ πεϱὶ σοῦ κομιθὲν γράμμα ξυναιρόμενον τῇ κατά σε πολιτείᾳ.] "Sensus horum verborum ob fragmenti bre-" vitatem est admodum obscurus: quæ ratio " est quare eorum versionem prætermiserimus." *Kuster.* Hoc fragmentum deprompsit Suidas ex Menandro in Excerptis Hœschelii, pag. 123. ubi ita haud paulo emendatius exhibetur: Εἰ ξυγχωρήσομεν τὸ ΠΑΡΑ σῦ ΠΡΟΚΟΜΙΣΘΕΝ γράμμα ξυναιρόμενον τῇ κατά σε πολιτείᾳ ἔχειν τὸ πιςόν. *Si concesserimus literas a te allatas, et pro te facientes, veras esse atque indubitatas.* Συναίρεσθαι est *adjuvare, facere cum aliquo.*

Schol.

Schol. ad Ariſtoph. Plutum ver. 328. Παροιμία ἐπὶ τῶν ὑπισχνουμένων παντὶ θένει ΣΥΜΠΡΑΤΤΕΙΝ καὶ ΣΥΝΑΙΡΕΣΘΑΙ εἰς βοήθειαν. Herodian. lib. iii. cap. 29. Πλὴν παρεμυθήσατο αὐτὸν ἡ ΣΥΝΑΙΡΟΜΕΝΗ τότε τοῖς ἐκείνου πράγμασι τύχη. *Sed eum conſolabatur fortuna, quæ ejus cœptis adſpirabat.* PARS II.

ΞΥΝΝΕΝΟΦΕΝ. Ἐπινεφῆ καὶ συννεφῆ καὶ συννέφελά ἐστιν. Ἀριστοφάνης Ἀναγύρῳ·

Καὶ ξυννένοφε, καὶ χειμέρια βροντᾷ μάλ' εὖ.]

Emendat neſcio quis:

Καὶ ξυννέννοφε χειμέρια, καὶ βροντᾷ μάλ' εὖ.

Sed vulgatam lectionem retinet Photius in Lexic. MS. Horatius Epod. ii. 29.

At cum tonantis annus hibernus Jovis
Imbres niveſque comparat.

Dicitur autem μάλ' εὖ et μάλ' αὖ.* Ariſtophanes in Lyſiſt. ver. 144.

Ὅμως γέ μαν δεῖ· τὰς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ.

In quibus verbis ſententia quidem nulla eſt. Adde quod articulus iſte τᾶς plane importu-

* Theognis ver. 520.

Ἦν δέ τις εἰρωτᾷ τὸν ἐμὸν βίον; ὧδε οἱ εἰπεῖν,
Ὡς εὖ μὲν, χαλεπῶς· ὡς χαλεπῶς δὲ, μαλ' εὖ.

nus

PARS II. nus est. Medicam quidem manum admovit vir doctissimus in Miscell. Crit. p. 336. sed siniſtram plane et infelicem. Veram autem lectionem excogitasse videor. Repono,

Tyrwhitt. IV. 420.

Ὅμως γέ μαν δεῖ· ΔΕΙ γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ.

Nos Angli: *There is great need of a peace.*

ΞΥΝΕΣΕΩΣ. Συνέσεως. Φρονήσεως. Ὁ δὲ ὡραῖος ἦν, καὶ ξυνέσεως εὖ ἥκων, (ἀντὶ τοῦ, καλῶς καὶ ἐπὶ τὸ πλεῖον) καὶ ἀρετῆς μεταποιεῖσθαι ἐξεπιτήδειος.] Hæc sunt verba Procopii in Vandalicis, lib. i. p. 94. Leguntur etiam supra, v. Ἰωάννης.

ΞΥΝΕΤΡΙΒΗ ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΗΣ. Οὕτως ἐπὶ γενικῆς τάττουσιν. Ἕως ξυνετρίβη τῆς κεφαλῆς.] Aristoph. Pac. ver. 70.

Ἕως ξυνετρίβη τῆς κεφαλῆς καταῤῥυές.

Huc nota Suidæ referenda est.

ΞΥΣΤΟΝ. Δορύλλιον. Ἀκόντιον. Καὶ τὸ τέλειον δόρυ.—Ἀρριανός· Τὰ σημεῖα τῆς ὁπλέκτου φαλαγγος ἀετοὶ, εἰκόνες βασίλειοι, στέμματα, πάντα χρυσᾶ, ἀνατεταμένα ἐπὶ ξυστῶν ἠργυρωμένων.] Hæc Arriano adsignat Suidas, atque eum secutus Lipsius in Militia Romana. Sed uterque falsus est. Sunt enim verba Dexippi, in Excerptis ab Hœschelio editis, pag. 3. ubi ita loquitur: Κατόπιν δὲ βασιλέως

PARS II.

σιλέως τὰ σήματα ἦν τῆς Ἀπιλέκτε στρατιᾶς. Τάδ' εἰσὶ ἀετοὶ χρυσοὶ, καὶ εἰκόνες βασίλειοι, καὶ στρατοπέδων κατάλογοι, γράμμασι χρυσοῖς δηλόμενοι. Ἃ δὲ σύμπαντα ἀνατεταμένα προὐφαίνετο ἐπὶ ξυστῶν ἠργυρωμένων. Ad hunc locum proculdubio reſpexit Suidas. Atque hinc corrigendus videtur Arrianus, ſive Appianus potius, apud Suidam v. Ναῦς. Αὕτη δὲ τά τε ἀκροστόλια ἔφερε, καὶ ἐπ' ἄκρῳ τῷ ἱστίῳ τὸ βασιλικὸν ὄνομα, καὶ ὅσοις ἄλλοις βασιλεὺς γεραίρεται χρυσῷ ἐγκεχαραγμένα. Fidenter reſcribo, Ἐπ' ἄκρῳ τῷ ΙΣΤΩι ΤΟ ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΟΜΜΑ. Quod ex Dexippo ſatis conſtat. Locus ita vertendus eſt: *Navis autem prætoria aplustria ferebat, et in ſummo malo effigiem imperatoriam, cæteraque quæ imperatori tribuuntur inſignia auro inſculpta habebat.* Suetonius in Calig. cap. 14. *Namque Artabanus, Parthorum rex,— tranſgreſſus Euphratem, aquilas, et ſigna Romana*, Cæſarumque imagines *adoravit*. Cæterum dum hæc ſcribimus, emendandum ſe offert locus mirificiſſimus D. Joannis xix. 29. Σκεῦος ἦν ἔκειτο ὄξους μεστόν· οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. Quod ὑσσωπον Joannes, κάλαμον vocat Matthæus: de quo mox videbimus. Illud autem ὑσσώπῳ vel furca expellendum eſt. Nam interpretationem vulgatam, *a ſponge upon hyſſop*, nec dii, nec homines, ut ille ait, ferre potuerunt. Reſcribendum omnino: Καὶ ΞΥΣΤΩι

≠ Sic quidem Kuſter; ad alites Schweighæuſer, Vol. III. p. 901. ubi ad Arrianum retulit.

≠ Arriano diserte adsignat Suidas.

PARS II. ΤΩι περιθέντες. Quæ quidem vox huic rei adcommodatiſſima eſt: quod ex loco Dexippi, et ſenſu Apoſtoli ſatis patet. Ξυςῷ enim ſive *haſtula longiori* opus erat ad ſpongiam ori admovendam: quod Matthæus Κάλαμον vocat. Idem autem quodammodo Ξυςὸν et Κάλαμος. Suidas: Ξυςὸν, ΔΟΡΥΛΛΙΟΝ. Scholiaſtes ad Homer. Il. N. 497. recte admodum Δόρυ ἐξεσμένον exponit. *Haſtula* RASA *et polita.* Angl. *A rod.* Heſych. Καλαμὶς——ὁ ἁλιευτικὸς ΚΑΛΑΜΟΣ. *A fiſhing* ROD.* Quare locum Joannis, qui Matthæo reſpondet, ita tandem interpretandum eſſe cenſeo: *Illi vero implentes ſpongiam aceto, et* HASTULÆ *affigentes, ejus ori appoſuerunt. And they filled a ſponge with vinegar, and fixing it to a* ROD *gave him to drink.* Quod veriſſimum eſt. Error autem ortus videtur ex omiſſione literæ initialis. Hinc

---

* Diogenes Laertius in Procem. p. 2. Καὶ ΚΑΛΑΜΟΣ, ἡ βακτηρία, ὯΙ ΚΕΝΤΟΥΝΤΕΣ (φασὶ) τῷ τυρῷ ΑΝΗΡΟΥΝΤΟ, καὶ ἀπήδιον. Arrianus de Exped. Alex. iv. 24. p. 185. Edit. Gronov. Καὶ ὁ μὲν Ἰνδὸς τῷ Πτολεμαίῳ διὰ τῦ θώρακος παίει ἐκ χειρὸς ἐς τὸ ςῆθος ΞΥΣΤΩ ΜΑΚΡΩ, ᾧ ὁ θώραξ ἔιχε τὴν πλαγήν. Antiphanes apud Athenæum x. 9. p. 433.

——ΞΥΣΤΟΝ ΤΕ ΒΕΛΟΣ.

Plautus in Sticho Act. ii. Scen. ii. v. 23.

Munditias volo fieri: efferte huc ſcopas, ſimulque *arundinem,*
Ut operam omnem aranearum perdam et texturam improbem,
Dejiciamque earum omnîs telas——

υςῳ——

υσῳ — υστῳ — υσωπῳ. Sic ex uno errato, aliud, ut ſolet, progignitur.* Quod vero ſpongiam aceto impleverunt ad ſugendum, id utique apud veteres haud inuſitatum. Suidas v. Βεβυσμένα. Χύτραν ἔφερον, ἐν ᾗ ἦν ΣΠΟΓΓΟΣ ΠΕΠΛΗΡΩΜΕΝΟΣ ΜΕΛΙΤΟΣ, ὃν ἐτίθεσαν ἐν τῷ στόματι τῶν παίδων, διὰ τὸ ΕΚΜΥΖΑΙΝ. *Ollam ferebant, in qua erat ſpongia melle repleta, quam ori infantum inſerebant, ut eam ſugerent.* Quæ ex Scholiis ad Ariſtoph. Acharn. ver. 462. maximam partem ſunt petita.

O.

ΟΔΕ ἐγώ. Αὐτὸς ἐγώ.] Reſpexit Suidas ad Homer. Odyſſ. Φ. 207.

Ἔνδον μὲν δὴ ΟΔ' ΑΥΤΟΣ ΕΓΩ κακὰ πολλὰ μογήσας.

En jam ego hic adſum mala multa paſſus.

Ad quem locum conſulendus Euſtathius. Sunt autem hæc paulo exquiſitiora, et non pro captu vulgari. Vox enim ὅδε tum primæ, tum ſecundæ, tum tertiæ perſonæ inſervit. Quod viros eruditiſſimos fefellit. Sophocl. Oedip. Tyr. ver. 978.

* Confer Ulitium ad hunc locum in Epiſt. apud Burman. Syllog. vol. iii. p. 721.

PARS II.

——ΕΓΩ Δ' ΟΔ' ΕΝΘΑΔΕ.

Optime Schol. Ἐγὼ ὁ ἐνταῦθα ὤν. Atque hinc instaurandus locus celeberrimus Euripidis in Iphig. Taur. ver. 343.

Τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς οἷα φροντιούμεθα.

Ubi vox οἷα vitii manifesta est. Apellat tamen vir optimus et doctissimus Musgravius noster Hesychium: Οἷα, τὰ δεινά. Αἰολεῖς. Quæ quidem glossa vereor ut satis integra sit. Deinde Euripides non *Æolice*, sed *Attice* locutus est. Tu, qui sapis, noli dubitare, quin scripserit poëta:

Οἶδε proposuerat et Reiskius. Person. IV. 460.

Τὰ δ' ἐνθαδ' ἡμεῖς ΟΙΔΕ φροντιούμεθα.

Quæ vero hic facienda sunt, nos, qui hic adsumus, procurabimus.

Quæ locutio Librariis fraudi fuit. Non aliter Sophocles Oedip. Tyr. ver. 40.

ΙΚΕΤΕΥΟΜΕΝ σε πάντες ΟΙΔΕ πρόστροποι.

Te precamur nos omnes, qui hic adsumus, supplices.

ΟΙΑ. Μακρὸν τὸ ἄλφα.

Οἵα κατέσχε τὸν τρισάθλιον δόμον.]

Senarius iste depromptus est ex Sophocl. Oed. Col. ver. 361. ubi legitur,

——τὸν σὸν ἄθλιον δόμον.

Et

Et recte quidem legitur. Sed proximus ardet Ucalegon. Verſiculus enim, qui ſequitur, miſere laborat:

Νῦν δ' ἐκ θεῶν τε καἰξ ἀλῑτηρᾰ̃ φρενός.

Quemadmodum etiam laudat Suidas v. Ἀλιτηρᾰ̃. Sed perperam. Iambi enim ſedem occupat Pyrrichius. Nec nuperrimi Editores malo ſuccurrere potuerunt. Tu vero in tranſitu rem ita reſtituendam curabis:

Νῦν δ' ἐκ θεῶν τε ΚΑΙΛΙΤΗΡΙΟΥ φρενός.

i. e. καὶ ἀλιτηρίᾳ. Quod omnino verum eſt.*

ΟΙΚΗΤΗΣ. Ὁ οἰκῶν.

Ἐμᾰ̃ δὲ μήποτ' ἀξιωθήτω τόδε
Πατρῷον ἄστυ ζῶντος οἰκητᾰ̃ τυχεῖν.]

Hæc ſunt verba Sophoclis in Oedip. Tyr. ver. 1448.

ΟΙΚΟΓΕΝΗΣ. Ὁ κάτης. Ὁ ἐν οἴκῳ γενηθείς.

Οἰκογενῆς αἴλουρος ἐμὴν πέρδικα φαγοῦσα
Ζώειν ἡμετέροις ἔλπεται ἐν μεγάροις.]

---

* Eubulus apud Athenæum iii. 25. p. 108.

Τρίφει μὲ Θετταλὸς τὶς ἄνθρωπος βαρὺς,
Πλουτῶν, φιλάργυρος δὲ Κ'ΑΛΙΤΗΡΙΟΣ,
Ὀψοφάγος, ὀψωνῶν δὲ μέχρι τριωβόλου.

Suidas ad v. Ἀλιτηρᾰ̃ pro ἐκ θεῶν ΤΕ κ. α. φ. legit ἐκ θεῶν ΤΟΥ. Et ſic Sophocles. Recte.

" Potius

PARS II. " Potius ὁ κάτος vel κάττος. i. e. *catus* vel " *felis*. Videndum tamen annon potius ſcri- " bendum ſit, οἰκέτης." *Kuſter*. Satis ingenioſe vir doctiſſimus, ſed minus tamen vere; reſpexit enim Suidas ad exemplum allatum, Οἰκογενὴς αἴλυρος. Quare diſtinctione ſolummodo locus ſublevandus eſt. Οἰκογενής. Ὁ κάτ]ης, ὁ ἐν οἴκῳ γεννηθείς. Quomodo recte exhibet Edit. Mediolanenſis. Recte vero ſcripſimus, ὁ κάτ]ης. Noſter ſupra: ΚΑΤΤΗΣ. κάτ]ᾳ. Ὁ καλοικίδιος ΑΙΛΟΥΡΟΣ. Cæterum vocem αἴλυρος, ut obiter notem, nimium quantum exagitavit vir doctiſſimus in Miſcell. Crit. p. 261. Sed fallitur. Idem ΑΙΟΛΟΥΡΟΣ et ΑΙΛΟΥΡΟΣ. Quam ſcripturam, ut Callimachum taceam, ſatis confirmat Oppianus Cyneget. ii. 572.

Πάνθηρας χαροπὸς, ἦδ' ΑΙΛΟΥΡΟΥΣ κακοεργός.

ΟΙΚΤΟΣ. Ἔλεος.

Οἶκτος δὲ Νύμφας εἵλεν, αἳ τ' ἐρινόμῳ
Αἴτνης παρωρείῃσιν Εὐμήθῃ πατρὸς
Ἔχουσι δνήεντος ὑγρὸν οἰκίον.]

Hunc locum ne verbo quidem dignatus eſt Cl. Kuſterus: atqui inſigniter corruptus eſt. Vir doctiſſimus Petrus Weſſelingius, in Probabil. p. 260. legit, idque recte:

—— παρωρείῃσι ΣΥΜΑΙΘΟΥ πατρός.

Symæthi

Symæthi fluvii in Sicilia ad Ætnæ radices præter Strabonem meminit Thucydides vi. 65. Et ſic quoque legerat Salmaſius in Exercitationibus ad Solinum, p. 73. qui et nobis ipſum Epigramma dedit, ex quo hos verſiculos deprompſit Suidas. Carmen integrum, quod non uno loco depravatum eſt, hic emendatum adſcribam: nam profecto viri docti in eo emaculando parum perſpexerunt. Eſt autem Philippi Theſſalonicenſis in anum claudicantem, quæ aquis calidis Symæthi opem atque ſalutem pedibus debilitatis nacta fuerat. PARS II.

Ἡ γρῆυς, ἡ χερνῆτις, ἡ γυρὴ πόδας,
Πύσιν κατ' ἐθλὴν ὕδατος Παικνίης
Ἦλθέν ποθ' ἑρπύζουσα σὺν δρυὸς ξύλῳ,
Τὸ μὲν διεσκήριπτε ΤΗΝ ΤΕΤΡΥΜΕΝΗΝ. Lege ΥΛΙΝ. Tyrwhitt. IV. 420.
Οἶκτος δὲ Νύμφας εἷλεν αἱ ΠΥΡΙΠΝΟΟΥ
Αἴτνης παρωρείῃσι Συμαίθιδ πατρὸς
Ἔχουσι δινήεντος ὑγρὸν οἰκίον.
Καὶ τῆς μὲν ἀμφίχωλον ἀρτεμὲς σκέλος
Θερμὴ διεσκήριζεν Αἰτναίη λιβάς.
Νύμφαις δ' ἔλειπε βάκτρον, αἱ δ' ἐπήνεσαν
Πέμπειν μιν ἀσκήρικτον ἡθεῖσαι δόσει.*

* Reſpexit ad Sophoclis Philoct. ver. 1394.

Εἰ μὲ πάρχειν ταῦθ' ἅπερ παθεῖν με δεῖ·
Ἃ δ' ΗΝΕΣΑΣ μοὶ δεξιᾶς ἐμῆς θιγών,
ΠΕΜΠΕΙΝ πρὸς οἴκους, ταῦτά μοι πρᾶξον, τέκνον·
Καὶ μὴ βράδυνε, μηδ' ἐπιμηθὴς ἴτι
Τροίας· ἄλις γάρ μοι τεθρήνηται γόοις.

PARS II. In hoc Epigrammate omnia ſunt plana, et, ut ait ille, τετραχηλισμένα. In verſu quarto vulgo legitur, τετρωμένην· quod plane nihili eſt. Nos vere emendavimus, τετρυμένην. Quod de mulierecula ſenio morbiſque confecta recte dicitur. Epigram. in Anthol. lib. iii. p. 323.

Γήραϊ καὶ πενίῃ ΤΕΤΡΥΜΕΝΟΣ ——

Deinde elegantiſſime ſcripſimus, πυριπνόα Αἴτνης. Ætna πυριπνόος, ſive *ignivoma*, omnibus nota. In verſu ſeptimo notandum ὑγρὸν οἰκίον. Propertio i. 20. *domus humida.*

Hic erat Arganthonei ſub vertice montis
Grata domus *Nymphis* humida *Thyniaſin.**

Poſtremo non inepte dicitur, αἱ δ' ἐπήνεσαν—— ——ἡδεῖσαι δόσει. Nimirum Nymphæ dono delectatæ, aniculæ de ſalute congratulatæ ſunt.

---

* In verſiculo ſequenti pro ἀμφίχωλον legendum ἀμφίκωλον. Lenis pro aſpirata. Pollux x. 7. §. 34. Κλίνη——καὶ ἀμφίκολλος· (vel cum MS. ἀμφίκωλος) οὕτω γὰρ τὴν κατακεκολλημένην ὠνόμασεν ἐν ταῖς Ἑορταῖς Πλάτων,

Ἔπειτα κλίνην ἀμφίκολλον πυξίνην.

Sic οἰνοδόκον, non οἰνοδόχον. Confer Etymol. Mag. ad v. Ἰσοδόκη. Τὰ δὲ παρὰ τὸ δέχω πάντα, διὰ τοῦ κ. Ξεινοδόκος, καὶ τὰ ὅμοια. Recte igitur ἀμφίκωλον legit Cl. D'Orvill. in Siculis p. 166. qui tamen aliis in locis hujus Epigrammatis lectionem Salmaſii ſequitur. Conſulas etiam doctiſſimum Brunck in Analect. vol. ii. p. 213. et vol. iii. p. 180. qui emendationes noſtras probat omnino atque recipit.

Hæc

Hæc mens poetæ eſt. Hippocrates in Epiſt. ad Demagetum: Οἱ δὲ ΕΠΗΙΝΕΟΝ ἀκούοντες ἠ, ΗΣΘΗΣΑΝ. Xenophon Inſtit. Cyri lib. vi. 2. 8. Οἱ δὲ σύμμαχοι πάντες ΗΣΘΗΣΑΝ ΤΕ ΤΩΙ ΛΟΓΩΙ ΚΑΙ ΕΠΗΙΝΕΣΑΝ. *Socii autem univerſi ſermonem læti audiebant, eumque approbarunt.** PARS II.

ΟΙΝΑΡΑ. Τὰ τῆς ἀμπέλου φύλλα.

Δήμητρι ταύρων ὄχλον ἀγρότης θύσας
Ἅλως πλατεῖαν οἰνάροις ὑπεστρώκει.]

Choliambi iſti ex Babrio deprompti ſunt, ut recte vidit Cl. Kuſterus. Sed, quod non vidit, cōrrupti ſunt et indigniſſime accepti. Quid enim? Taurorum ὄχλον immolabat ille ruſticus? Julianus, credo, ab oriente victor. Nugæ. Latet elegantiſſima lectio, et eruditorum auribus perquam adcommodata. Repono certiſſime:

---

* Item Æſchylus apud Athenæum lib. xii. 6. p. 528.

Χλιδῶν τὶ πλόκαμος ὥστε παρθένοις ἀβραῖς,
Ὅθεν καλεῖν Κυρῆτα λαὸν ΗΝΕΣΑΝ.

Antholog. lib. iii. p. 311.

Ἰφθίμῳ τόδ' ἐπ' ἀνδρὶ φίλη πόλις ΗΝΕΣ' Ἀχαιῷ
Γράμμα παρ' εὐύδρῳ νάμασιν Ἀσπανίης.

Lycophron ver. 782.

——— τὰς ὁ λυμιὼν
Ἐπεγκολάπτειν ἀσίνακτος ΑΙΝΕΣΕΙ.

PARS II.

Δήμητρι ΤΑΥΡΟΝ ΕΥΧΛΟΩι ἀγρότης θύσας
Ἅλω πλατεῖαν οἰνάνθοις ὑπεστρώσατο.

Agricola, cum Cereri frugiferæ taurum immolasset,
Aream latam pampinis constravit.

Sophocles, Oedip. Col. ver. 1596.

Τὼ δ' ΕΥΧΛΟΟΥ ΔΗΜΗΤΡΟΣ οἷς ἐπόψιον
Πάγον μολοῦσα ——

Ubi Schol. Εὐχλόου Δήμητρος ἱερόν ἐστι τοῦτο τῇ ἀκροπόλει. Quare non est quod de hac emendatione dubitemus.

ΟΙΝΟΨ, ΟΙΝΟΠΟΣ. Μέλας. Ἐν Ἐπιγράμματι·

Ὧν ἡμεῖς σπείσαντες ὅσον θέμις οἴνοπι Βάκχῳ
Καὶ Σατύροις ———

Est pars Epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. vi. p. 553.

ΟΙΝΩΠΟΣ. Οἰνώδης. Διαυγής. Ἢ μέλας.
Οἰνωπὸν Βάκχῳ βότρυν ἐρεπτόμενοι.]

Scribendum ἐρεπτόμενος. Quomodo recte legitur in Epigram. Anthol. lib. iii. p. 396. unde hunc locum decerpsit Suidas. Est autem Simonidis in Sophoclem:

Ἐσθλέ θης, γηραιὲ Σοφόκλεες, ἄνθος ἀοιδῶν,
Οἰνωπὸν Βάκχῳ βότρυν ἐρεπτόμενος.

OMMA.

ΟΜΜΑ. Ὄμμα αἰθέρος ὁ ἥλιος. Ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀκάματον σελαγεῖται. Ἐπεὶ καὶ οἱ τραγικοὶ εἰώθασιν ὀνομάζειν αὐτὸν ὀφθαλμόν.] Aristoph. Nub. ver. 284.

Ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀ-
κάματον σελαγεῖται.

Ad quem locum consulendus Scholiastes, cujus scrinia compilare non erubuit noster Lexicographus.

ΟΜΑΙΜΟΣ. Ἀδελφός. Ἐν Ἐπιγράμματι.

Οἱ τριστοί τοι ταῦτα τὰ δίκτυα θῆκαν ὁμαιμοι.]

Hexameter iste est pars Epigrammatis quod exstat in Anthol. lib. vi. p. 565.

ΟΝΑΙΜΗΝ. Ἐπιτύχοιμι. Ἀπολαύσω.

Κἀυτὴ γὰρ ἐγὼ ἔτως ὀναίμην τῶν τέκνων.]

Aristoph. Thesmoph. ver. 476.

Κἀυτὴ γὰρ ἔγωγ' ἔτως ὀνοίμην τῶν τέκνων.

Ubi legendum, cum auctoritate Suidæ, tum sententiæ jussu, ΟΝΑΙΜΗΝ. Aliud est ὀναίμην, aliud ὀνοίμην. Quod magnum Pearsonum ad Vindicias Epist. Ignatii fugisse miror. Lucian. in Philops. 27. ΟΥΤΩΣ ΟΝΑΙΜΗΝ, ἔφη, τέτων τ' ἰέων. Accedit Hesychius: ΟΝΑΙΜΗΝ, τύχοιμι, ἀπολαύσαιμι, ὠφεληθείην. Ad hunc ipsum Comici locum respexit.

PARS II. ΟΝΟΣ ΥΕΤΑΙ. Ἐπὶ τῶν μὴ ἀπιστρεφομένων. Κρατῖνος Δραπετίσιν·

Οἱ δὲ πυππάζουσι περιτρέχοντες, ὄνος ὕεται.

Verſus Cratini claudicat, atque ita articuli ope eſt ſublevandus:

——— Ὁ ὄνος ὕεται.*

Eſt enim Trochaïcus. Hic adludit Heſychius: Πυππάζουσι, φωνῇ ποιᾷ χρῶνται. Nullum autem animal Jovis ſive frigidi, ſive pluvii, magis patiens quam aſinus. Hinc proverbium: Ὄνος ὕεται. *Let it rain: Jack aſs does not mind it.* Οὐ φρόντις Ὀνοκλείδῃ. Dum hæc ſcribo, ſuccurrit locus Polyæni ſuaviſſimus quidem et lepidiſſimus, in quo de aſino ſcilicet, qui nocte ſtabulum ſuum deſeruerat, et milites turbaverat, per præconem proclamari juſſit Iphicrates: ΟΣ ΑΝ ΜΗΝΥΣΗ ΤΟΝ ΑΦΕΝΤΑ ΤΟΝ ΟΝΟΝ ΕΣ ΤΑ ΟΠΛΑ. Ita legendum. Vulgo τὸν νόμον. *Si quis nomen ejus detulerit, a quo aſinus fuit dimiſſus, huic fore paratum præmium.* Idem præconium *de equo* factum fuiſſe dicit, nullo imperatoris nomine adjecto, Æneas Tacticus cap. 27. ſed cujus verba turpiſſime depravata ſunt: Στρατοπέδῳ

* ——— Ὁ δ' ὄνος ὕεται.

Sic Photius in Lex. MS. Vide nos in Præfat. ad Emend. P. III.

θορυβα-

θορυβημένῳ νυκτὸς, κηρύξας σιγῇ ὁ κήρυξ ἀνήγγειλε τὸν μηνύσαντα τὸν ἀφεθέντα τὸν ἵππον διώκειν θορυβηθῆναι. PARS II. Emendabat Iſaacus Caſaubonus, τὸν ἀφέντα τὸν ἵππον, δι' ὃν ἡ θορυβηθῆναι. Senſus conſtat, verba non item. Nam locus mutilus eſt, quem inſtaurare velle, perinde quidem foret, ac in tenebris micare. Illud certiſſimum, reponendum ſcilicet, κηρύξας ΣΙΓΗΝ ὁ κήρυξ. *Silentio prius indicto.* Quod eruditiſſimum Caſaubonum fugiſſe miror. Reſpexit autem uterque ſcriptor, quod nemo vidit, ad Xenoph. Exped. Cyri, lib. ii. 2. 10. ubi hoc ſtratagema memorat, et rem totam luculentiſſimis verbis, ut ſolet, depingit: Προιούσης μέν τοι τῆς νυκτὸς ταύτης, ἡ τοῖς Ἕλλησι φόβος ἐμπίπτει, καὶ θόρυβος, καὶ δεῖπος ἦν, οἷον εἰκὸς φόβε ἐμπέσοντος γίγνεσθαι. Κλέαρχος δὲ Τολμίδην Ἠλεῖον, ὃν ἐτύγχανεν ἔχων παρ' ἑαυτῷ κήρυκα ἄριστον τῶν τότε, τοῦτον ἀνειπεῖν ἐκέλευσε ΣΙΓΗΝ ΚΑΤΑΚΗΡΥΞΑΝΤΑ, ὅτι πρωαγορεύσειν οἱ ἄρχοντες, ὃς ἂν ΤΟΝ ΑΦΕΝΤΑ ΤΟΝ ΟΝΟΝ ΕΙΣ ΤΑ ΟΠΛΑ καταμηνύσῃ, ὅτι λήψεται μισθὸν τάλαντον ἀργυρίου. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐκηρύχθη, ἔγνωσαν οἱ στρατιῶται, ὅτι κενὸς ὁ φόβος εἴη, καὶ οἱ ἄρχοντες σῶοι. Ita legendus iſte locus. *Verum hac procedente nocte Græcis etiam incidit terror, ac tumultus erat ſtrepituſque tantus, quantum eſſe conſentaneum eſt, cum terror aliquis incidit. Clearchus vero Tolmidem Eleum, quem præſtantiſſimum ejus temporis præconem apud ſe forte habebat,*

PARS II. *habebat, pronuntiare juſſit, ſilentio prius indicto, ſignificare duces, ſi quis indicarit eum, qui aſinum in caſtra emiſerat, huic præmium fore argenti talentum. Id poſtquam proclamatum per præconem fuit, intellexere milites vanum fuiſſe terrorem, et duces eſſe ſalvos.* Atque hinc dilucidandus inſignis locus Artemidori, cujus ſenſus omnes Interpretes latuit. Eſt autem lib. v. cap. 12. Καὶ πρὸς τὰς ΦΟΒΟΥΣ δὲ ἀγαθοὶ οἱ ὄνοι, διὰ τὴν περὶ αὐτὰς ἱστορίαν, καὶ τὸν ἐν συνηθείᾳ λόγον. *Faciunt etiam aſini contra timores, propter hiſtoriam quæ de ipſis fertur, et fabulam apud omnes divulgatam.* Ad hanc ipſam Xenophontis hiſtoriam adludit Artemidorus.

ΟΠΛΙΤΑΙ——Ἀριστοφάνης· Τὸν θυμὸν κατάθες καὶ μὴ τὴν ὀργήν, ὥσπερ ὁπλίτης.] "Hoc "fragmentum corruptum eſt vel interpola- "tum: quod ubi apud Ariſtophanem exſtet, "nunc non ſuccurrit." *Kuſter.* Fallitur vir doctiſſimus. Ita enim totidem verbis recte legitur apud Ariſtoph. Av. ver. 401. ubi conſulendus Scholiaſtes.

ΟΠΟΣ. Τὸ τῶν δένδρων δάκρυον. Καὶ τὸ ἀποσάλαγμα τῆς γάλακτος·

Προχοιτός ἐστι φίλιννά τε, ἡ ῥυτὶς, ἢ ὀπὸς ἥδης
Πάσης——

"Locus

PARS II.

" Locus eſt corruptus, qui rectius ſic ſcribe-
" tur :

" Πρόκριτός ἐϛι Φιλίννας ἡ ῥυτὶς, ἢ ὁπὸς ἥβης.

" Hanc lectionem in verſione ſecutus ſum." *Kuſter.* Haud vidi quidquam infelicius. Equidem diu eſt quod emendaveram: Φίλαννα ΤΕΗ ῥυλίς. Quod veriſſimum eſſe conſtat. Ita enim legitur in Epigrammate, quod ex Anthologia inedita non ita pridem nobis dedit vir doctiſſimus in Miſcell. Lipſ. vol. ix. p. 675.* Ipſum Carmen, quod Pauli Silentiarii eſt, adponam :

τεὴ exhibet Lit. Mediol. Piſa. IV. 461.

Πρόκριτός ἐϛι, Φίλιννα, τεὴ ῥυτὶς, ἢ ὁπὸς ἥβης
Πάσης, ἰμείρω δ' ἀμφὶς ἔχειν παλάμας
Μᾶλλον ἐγώ σεο μῆλα καρηβαρέοντα κορύμβοις
Ἢ μαζὸν νεαρῆς ὄρθιον ἡλικίης.
Σὸν γὰρ ἔτι φθινόπωρον ὑπέρτερον ἔαρος ἄλλης,
Χεῖμα σὸν ἀλλοτρίῃ θερμότερον θερέϊ.

Cæterum ſecundum diſtichon hujus Epigrammatis legitur apud Suidam, v. Κόρυμβοι.

ΟΡΕΙΧΑΛΚΟΣ. Ὁ διανγὴς χαλκός. Ὁ δόκιμος.——Ἐν Ἐπιγράμματι· Ταῦτ' ὀρειχάλκῳ λάλα

---

* In Buheriano Cod. hic verſus ita ſe habet :

Πρόκριτός ἐϛι, Φιλίννα, τεὴ ΚΥΠΡΙΣ, ἢ ὁπὸς ἥβης.

Vide Cl. Brunck in Analect. vol. iii. p. 246.

κύμβαλα,

PARS II.

κύμβαλα, καὶ μυρόεντα βόστρυχον θήκατο.] Erycius in Epigram. apud Holsten. ad Steph. Byzant. v. Τύμωλος, et Cl. Reisk. in Anthol. p. 36.

Γάλλος ὁ χαιτήεις, ὁ νεητόμος, ὅς ποτε Τμώλῳ
Λύδιος ὀρχηστὰς μάκρ' ὀλολυζόμενος,
Τᾷ παρὰ Σαγγαρίῳ τάδε ματέρι, τύμπανα ταῦτα
Θήκατο, καὶ μάστιν τὰν πολυαστράγαλον,
Ταῦτά τ' ὀρειχάλκου λάλα κύμβαλα, καὶ μυρόεντα
Βόστρυχον, ἐκ λύσσας ἄρτ' ἀναπαυόμενος.

Ita legendum et distinguendum est istud Carmen, quod minus perspectum habuerunt nostri Editores. Confer Suidam supra, v. Γάλλος. Notandum autem illud, μάστιν πολυαστράγαλον. Quod genus flagelli Gallis bene notum scilicet. Plutarch. advers. Colot. p. 1127. Οὐδὲ ΜΑΣΤΙΓΟΣ ἐλευθέρας δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ΑΣΤΡΑΓΑΛΩΤΗΣ ἐκείνης, ᾗ ΤΟΥΣ ΓΑΛΛΟΥΣ πλημμελοῦντας ἐν τοῖς ΜΗΤΡΩΙΟΙΣ κολάζουσιν. Quæ nostrum Epigrammatistam illustrant egregie.

ΟΡΕΧΘΕΙΝ. Κινεῖν. Συνταράττεσθαι. Αριστοφάνης·
Κἀνταῦθα πῶς οἴεσθέ μου τὴν καρδίαν ὀρεχθεῖν;]

Respexit noster ad Aristoph. Nub. ver. 1371. quod et recte monuit Kusterus. Verbum autem ὀρεχθεῖν de *palpitatione cordis* accepit Suidas: quod ex interpretamento ejus constat. Est autem verbum φωνῆς μιμητικόν. Quo fit, ut nunc

nunc de hoc, nunc de illo dicatur. Scholiastes ad Homer. Il. Ψ. 30. non male ἐπιστένειν interpretatur. De *allisu maris ad terram* utitur Theocritus Idyl. xi. 43.

Τὰν γλαυκὰν δὲ θάλασσαν ἔα ποτὶ χέρσον ΟΡΕΧΘΕΙΝ.

De *terræ mugitu* Æschylus in Niobe apud Strabon. lib. xii. p. 870. cujus versiculos, quia depravatissimi sunt, et eruditissimorum virorum acumen hactenus eluserunt, hic emendatos adscribam:

Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδὸν,
Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος,
Ἴδη τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασι
ΤΕΡΠΟΥΣΙ μήλων, πᾶν δὲ ΚΩιΡΕΧΘΕΙ πέδον.

Ita scribendus iste locus. Vulgo nullo sensu legitur, Ἕρπουσι. Quod Interpretes cruciavit admodum.* Recte autem et eleganter, πᾶν δὲ κῴρεχθεῖ πέδον. i. e. καὶ ὀρεχθεῖ.† Optime expressit Virgil. Æn. xii. 722.

---

* Ita Addæus in Epigr. qui emendationem nostram valde confirmat:

——ὁ δέ που βαθέῃ ἐνὶ ποίῃ
ΜΥΚΗΘΜΟΙΣ ἀρότου ΤΕΡΠΕΤ' ἐλευθερίῃ.

Integrum Epigramma exhibetur apud Antholog. p. 555. et emendatum apud nos in Emend. P. III. ad v. Τετρυμένον.

† Aristias apud Athenæum lib. ii. 19. p. 60.

Μύκαισι δ' ὀρέχθει τὸ λαΐνον πέδον.

De

PARS II.

——*Gemitu nemus omne remugit.*

ΟΡΘΟΤΙΤΘΙΟΣ. Ἡ παρθένος, ἡ ὀρθὺς τὺς τιτθὺς ἔχυσα.] Ita recte Suidas. Epigram. modo supra:

——ΜΑΖΟΝ νεαρῆς ΟΡΘΙΟΝ ἡλικίης.

Papillas sororiantes vocant Latini: de quo viri docti ad Catullum in Carm. lxv. 65.* Respexit autem, ni fallor, Noster ad Procopium in Arcana Hist. p. 46. Παρθένον τινὰ, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον, ὀρθότον οὖσαν. Audacter rescribo, ΠΑΡΘΕΝΟΝ—ΟΡΘΟΤΙΤΘΙΟΝ.† Voce etiam utitur Nicetas in Andronico: Παραγκαλιζόμενος ὁ πέπων τὴν ὀμφακίζουσαν, ὁ ὑπέρωρος τὴν ἡλικίαν ΤΗΝ ΟΡΘΟΤΙΤΘΟΝ ΝΕΑΝΙΔΑ. Idem ὀρθότιτθος et ὀρθοτίτθιος.

De versiculis, quos supra emendavimus, confer Cl. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. p. 245. ubi fallitur.

* Lucilius lib. xxix. apud Nonium Marcell. v. *Stare.*

Hic corpus solidum invenies, hic stare *papillas*
Pectore marmoreo———

† Huc refer Epigramma, cujus pars legitur apud Suidam v. Αὐγδινα. Idem autem integrum apud Antholog. lib. vii. p. 586. quod propter suavitatem hic apponitur.

ΑΔΗΛΟΝ.

Αὐτοὶ τὴν ἁπαλὴν Εἰρήνιον εἶδον Ἔρωτες,
Κύπριδος ἐκ χρυσέων ἐρχόμενοι θάλαμων·
Ἐκ τριχὸς ἄχρι ποδῶν ἱερὸν θάλος· οἷά τε λύγδυ
Γλύπτην, ΠΑΡΘΕΝΙΩΝ ΒΡΙΘΟΜΕΝΗΝ ΧΑΡΙΤΩΝ.
Καὶ πολλὺς τότε χέρσιν ἐπ' ἠϊθέοισιν ὀϊστὺς
Τόξυ πορφυρέης ἧκαν ἀφ' ἁρπεδόνης.

ΟΤΑΝ

ΟΤΑΝ ΣΥ ΠΟΤ ΑΛΛΟΣΕ ΧΑΣΚΗΙΣ. Ἀντὶ τοῦ, περὶ ἄλλα τὴν διάνοιαν ἔχῃς.] "Hanc lectionem ex MSS. Pariſ. revocavi. Ante enim "male legebatur χάσῃς." *Kuſter.* Recte vir doctiſſimus. Ita enim legitur hic locus apud Ariſtoph. Equit. ver. 1029. Atque hinc de præſtantia MSS. Pariſienſium non male judices. PARS II.

ΟΥΔΕΝΕΣ. Οἱ ἀδαμινοὶ τῶν ἀνθρώπων.—Καὶ Οὐδένεια. Ἡ ἀπανθρωπία.] "Interpretatio inepta. "Rectius, ἀσθένεια vel ἀτέλεια: ut interpretatur "Heſychius." *Kuſter.* Scribendum, Οὐδένεια. Ἀνανδρία. Error ortus ex compendio ſcripturæ. Uſurpatur autem vox ἀδένεια de homine ignavo, et qui nullius frugis ſit. Strabo lib. xiv. p. 984. Τοῖς δὲ Κίλιξιν ἀρχὴν τοῦ τὰ πειρατικὰ συνίσασθαι, Τρύφων αἴτιος κατέστη, καὶ ἡ τῶν βασιλέων ΟΥΔΕΝΕΙΑ. *Cilicibus autem, ut ſocietates prædandi in mari inirent, Trypho auctor fuit, et regum ſocordia.** Jamblichus in Protreptico, cap. 14. Ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρὸς, καὶ ἡ ΟΥΔΕΝΕΙΑ ΚΑΙ ΑΝΑΝΔΡΙΑ.†

ΟΥΚ ἀποδύσῃ τῶν νυκτῶν, ἣν οἶκοι γε καθεύδῃς, ἀλλ' ἣν γε θύραζε, ὥσπερ πρότερον.] Hunc locum

* Polybius in Fragment. p. 1507. Ἐξ ἔθους γὰρ παλαιοῦ ξένους ἔτρεφον τοὺς τὰ ὅπλα ἔχοντας, ἄρχειν μᾶλλον, ἢ ἄρχεσθαι δεδιδαγμένους διὰ ΤΗΝ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΟΥΔΕΝΕΙΑΝ.

† Hæc ſunt Platonis verba in Theæteto p. 157. Edit. Lipſ.

decerpſit

PARS II. decerpſit Suidas ex Ariſtoph. Eccleſ. ver. 664. ubi ita haud paulo emendatius legitur:

Α. Οὐδ' ΑΠΟΔΥΣΟΥΣ' ἄρα τῶν νυκτῶν; Β. Οὐκ ἦν οἴκοι γε καθεύδῃς,
Οὐδ' ἦν γε θύραζ', ὥσπερ πρότερον.——

A. *Neque nocte ſpoliabunt?* B. *Minime id quidem, ſive domi dormias, ſive foris, ut antea.*

ΟΥΡΑΝΙΑ ΑΧΝΗ. Ἡ δρόσος.

Θάλλει δ' ἐρανίας ὑπ' ἄχνης
Ὁ καλλίβοτρυς κατ' ἦμαρ ἀεὶ νάρκισσος.]

Vox καλλίβοτρυς eſt Kuſtero ſuſpecta; mihi non item. Eſt enim pulchrum epithetum floris Narciſſi. Cæterum, quod virum doctiſſimum latuit, hoc fragmentum decerptum eſt ex Sophocl. Oedip. Col. ver. 673.

ΟΥΤΕ ΣΥΝ ΠΑΝΩΛΕΘΡΟΙΣΙΝ, ΟΥΤ' ΑΝΕΥ ΠΑΝΩΛΕΘΡΩΝ. Παροιμία.

Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.]

Suſarionis* trimetri non nihil corrupti ſunt: quod miror non animadvertiſſe Cl. Kuſterum. Legendum, *οἰκεῖν οἰκίαν*. Ita enim legitur apud

---

* *Suſarionis* meminit Libanius Epiſt. 1600. Σουσαρίων ὁ πάλαι ἐπιτάμενος.

Diomedem

Diomedem Scholasticum, Joan. Stobæum, et Nostrum denique v. Τοῦπος.† Quin et hinc restituendus Schol. ad Aristoph. Lysist. ver. 1037. ubi verbum οἰκεῖν perperam omittitur. Οἰκεῖν οἰκίαν est *domum gubernare. Rem domesticam administrare.* Xenoph. Oeconom. cap. i. Δοκεῖ γοῦν οἰκονόμου ἀγαθοῦ εἶναι εὖ ΟΙΚΕΙΝ ΤΟΝ ΕΑΥΤΟΥ ΟΙΚΟΝ. *Videtur utique boni* οἰκονόμου *esse, domum suam recte administrare.* Quod vero accidit Scholiastæ Aristophanis, ut verbum οἰκεῖν exciderit, idem quoque D. Paulo, nescio quomodo, accidisse videtur. Nam, ut ait ille,

PARS II.

---

* Vide autem Menandrum apud Stobæi Floril. p. 407. Edit. Grotii:

Ἀνεῦ κακῶν γὰρ ΟΙΚΙΑΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ
ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ ΕΥΡΕΙΝ, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἡ τύχη
Τούτων δίδωσιν ἀφθονίαν, τοῖς δ' οἱ τρόποι.

Genes. xxv. 27. Ηὐξήθησαν δὲ οἱ νεανίσκοι· καὶ ἦν Ἡσαῦ ἄνθρωπος εἰδὼς κυνηγεῖν, ἄγροικος· Ἰακὼβ δὲ, ἄνθρωπος ἄπλαστος, ΟΙΚΩΝ ΟΙΚΙΑΝ. Quem locum non ceperunt Interpretes. Eodem quoque infortunio laboravit iste locus Euripidis in Melanippa apud Athenæum xiv. 1. p. 614.

Ἀνδρῶν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος οὕνεκα
Ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους· ἐγὼ δέ πως
Μισῶ γελοίους, οἵ τινες ἐπὶ σοφῶν
Ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα· κ' εἰς ἀνδρῶν μὲν οὐ
Τελοῦσιν ἀριθμὸν, ἐν γέλωτι δ' εὐπρεπεῖς.
ΟΙΚΟΥΣΙ Δ' ΟΙΚΟΥΣ, καὶ τὰ ναυστολούμενα
Ἔσω δόμων σώζουσι.

Domos divitum administrant.

Iliacos

PARS II.

Iliacos intra muros peccatur et extra.

Eſt autem in Epiſtola prima ad Timotheum, v. 4. Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις. Eſt locus inſignis, ſed minus hactenus perſpectus. Nam Græca ὑποσόλοικα ſunt et neutiquam ſana. Quo fit, ut interpretationes virorum doctorum futiliſſimæ ſint et nullius pretii. Repono certiſſima, opinor, emendatione: Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΟΙΚΟΝ ΟΙΚΕΙΝ, εὐσεβεῖν,† καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις. *If a widow has children or grandchildren, let them learn firſt to govern their own houſe, to fear God, and to requite their parents.* Ita locutus eſt Æſchines, Orat. contra Timarch. p. 22. Ed. Taylor. Τὸν δὲ ΤΗΝ ΙΔΙΑΝ ΟΙΚΙΑΝ κακῶς ΟΙΚΗΣΑΝΤΑ, καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως ὡδιαπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν. Quin ita loquitur Dio Chryſoſt. Orat. de Virt. p. 618. cujus verba, quia elegantiſſima ſunt, et noſtrum Paulum egregie illuſtrant, hic adſcribenda eſſe duxi: Καὶ πράττωσι πάντα πρότερον, ἢ ὅπως σωφρονήσουσι, καὶ φρόνιμοι ἔσονται, καὶ δίκαιοι, καὶ ἄνδρες ἀγαθοὶ καλῶς

† Iſocrates in Panegyr. p. 154. Edit. Wolf. Ἐπὶ τίνας δὲ μᾶλλον προσήκει στρατεύειν, τοὺς ἅμα μὲν ΕΥΣΕΒΕΙΝ βουλομένους, ἅμα δὲ τῶν συμφέροντος προνοουμένους;

μὲν

μὲν αὐτῶν δυνάμενοι σωφίσασθαι, καλῶς δὲ ΟΙΚΟΝ ΟΙΚΗΣΑΙ——ΔΙΚΑΙΩΣ ΔΕ ΕΠΙΜΕΛΗΘΗΝΑΙ ΓΟΝΕΩΝ, ὅπως τε ΘΕΡΑΠΕΥΣΟΥΣΙ ΘΕΟΥΣ. *Atque omnia malint esse, quam ut sobrii prudentesque fiant, et justi, virtutisque studiosi, atque ut sibi ipsi præesse possint, beneque gubernare domum suam,——justamque habere curam parentum, atque ut Deos colere discant.* Ita legendus et vertendus iste locus, qui Apostolo plane gemellus est. Recte autem Paulus τέκνα ἢ ἔκγονα. *Filios aut filiorum filios.* Respexit, opinor, Hesychius: Ἔκγονα, τέκνα τέκνων.* PARS II.

Ω.

Ω ΘΑΥΜΑΣΤΑΣ ΕΞΕΥΡΙΣΚΩΝ ΕΠΙΝΟΙΑΣ.] Hic locus legitur apud Aristoph. Equit. ver. 1319.

Καὶ ταῦτ' ἐστὶ νῦν, ὦ θαυμαστὰς ἐξευρίσκων ἐπινοίας.

Ω ΦΘΟΡΕ. Ὦ ὄλεθρε. Ἄπαγ' ἐς μακαρίαν ἐκποδὼν, ὦ φθόρε.] Hæc sunt verba Aristophanis in Equit. ver. 1148.

---

* Plato de Repub. Dial. v. p. 354. Edit. Massey—Καὶ ἐκεῖνα, ἐκεῖνον πατέρα· ἢ ὅτω δὴ τὰ ἔτων ΕΚΓΟΝΑ, παίδων παῖδας· ἢ ἐκεῖνα αὖ ἐκεῖνες, πάππους τὶ ἢ τίτθας.

PARS II.

ΩΒΕΛΙΣΤΑΙ. Ἠθέτηται. Ἠλλοτρίωται. Ὁ γὰρ ὀβελὸς ἐν τοῖς βιβλίοις ἀθετήσεως σύμβολον.] Locus notandus, ſed non obelo: obelus enim nota ἀθετήσεως.* Atque iſto ſenſu verbum ὀβελίζειν uſurpat Cicero in Epiſt. ad Dolabellam: *Profert alter, ut opinor, duobus verſiculis expenſum Niciæ: alter Ariſtarchus hos* ὀβελίζει. *Ego, tanquam antiquus criticus, judicaturus ſum, utrum ſint* τοῦ ποιητοῦ, *an* παρεμβεβλημένοι. Quæ παρεμβεβλημένα Ciceroni, ἐμβόλιμα dixit non nemo. Heſych. Ἐμβόλιμα ἔπη, τὰ ὑπὸ τῶν γραμματικῶν ὡς ΑΛΛΟΤΡΙΑ καὶ νόθα ΑΘΕΤΟΥΜΕΝΑ. Atque hinc obiter emendandus locus Ælii Herodiani a Cl. Pierſono nuperrime editi, et locus quidem, ſi quis alius, conclamatus. Eſt autem pag. 448. Γραμματεῖον καὶ Δέλτον ἐρεῖς, οὐχὶ πίνακα. Θετταιὸν γὰρ τοὔνομα. Ubi illud θετταιὸν nec Græcum, nec Latinum, nec Syrophœnicium eſt. Nec docti quidquam ex penu ſuo contulerunt. Tu vero, mea fide, ſi qua demum, reponas: ΑΘΕΤΗΤΕΟΝ γὰρ τοὔνομα. *Vox enim iſta explodenda eſt, atque obelo notanda.* Quæ egregia medicina eſt.†

---

* Diog. Laërtius in Platon. p, 226. Edit. H. Stephani 1593. ΟΒΕΛΟΣ περιεστιγμένος, ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΕΙΚΑΙΟΥΣ ΑΘΕΤΗΣΕΙΣ· ἀντίσιγμα περιεστιγμένον, πρὸς τὰς διττὰς χρήσεις καὶ μεταθέσεις τῶν γραφῶν·——ἀστερίσκος, πρὸς τὴν συμφωνίαν τῶν δογμάτων· ΟΒΕΛΟΣ, ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΑΘΕΤΗΣΙΝ.

† Polybius lib. iii. p. 254. Πρῶτον μὲν, ὅτι τὰς πρὸς Ἀσδρούβαν γενομένας ὁμολογίας οὐκ ΑΘΕΤΗΤΕΟΝ, καθάπερ οἱ Καρχηδόνιοι λέγειν ἐθάῤῥουν.

ΩΚΥ-

ΩΚΥΤΟΚΙΟΝ ΤΗΛΕΦΟΥ. Τοῦτο δέ ἐστι βιβλίον ἄξιον κτήσεως, πρὸς εὐπορίαν φράσεως, καὶ ἐράσμιον.] Telephus, nobilis Grammaticus, Pergamenus, Veri imperatoris in Græcis præceptor. Eum laudant Julius Capitolinus in Vero, cap. ii. et Schol. ad Ariſtoph. Plut. v. 725. Plurima ſcripſit, in quibus Ὠκυτόκιον, ſive *Collectionem epithetorum*, ad ingeniis juvenum *obſtetricandum*: de quo conſulendus Suidas in v. Τήλεφος.* Hinc libro nomen ΩΚΥΤΟΚΙΟΝ impoſitum. Βιβλίον ἐράσμιον hic vocat Noſter. Quæ vox Interpreti noſtro minus perſpecta fuit. Vult autem Suidas, librum iſtum Telephi eruditis in manibus atque oculis eſſe. *In eſteem.* Leonidas in Epigram. Anthol. lib. i. p. 140. PARS II.

Ἦν ὁπότε γραμμαῖσιν ἐμὴν φρένα μᾶνον ἔτερπον,
Οὐδ' ὄναρ εὐγενέταις γνώριμος Ἰταλίδαις.
Ἀλλὰ τανῦν πάλεσιν ΕΡΑΣΜΙΟΣ. Ὄψε γὰρ ἔγνων
Ὀππάσον Οὐρανίην Καλλιόπη φορέει.

ΩΝΕΡ. Ὦ ἄνερ· κατὰ συναίρεσιν.

Τὸν τέτλιγ' ὄψει μ', ὦνερ, ἐφεζόμενον.

Pentameter hic eſt pars Epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. vi. p. 570.

* Schol. ad Euripidis Hippolytum ver. 58. Τοῦτο δὲ καὶ ΩΚΥΤΟΚΙΟΝ εἶναι, διὸ καὶ ταῖς δυσπαίσαις δίδοσθαι χάριν τοῦ ταχέως τίκτειν.

PARS II.

ΩΝΕΥΟΝ. Ἐκίνȣν ϗ περιῆγον. Θȣκυδίδης· Ὤνευον ἀναδȣ́μενοι τȣ̀ς ϛαυρȣ́ς. Τȣτέϛιν, ὄνοις ἔχρῶντο. Ἔϛι δὲ ὄνος μηχανὴ, ἐπ' ἄκρων τῶν ἀκατίων πηγνυμένη, ἀφ' ἧς περιϐάλλοντες βρόχοις τȣ̀ς ϛαυρȣ̀ς, ῥᾳδίως ἐκ τȣ̃ βυθȣ̃ ἀνέσπων.——Καλȣ̃σι δὲ τὴν μηχανὴν οἱ τȣ̀ς χαμαὶ λείχοντας ἕλκοντες ἁλιεῖς ἠλακάτην.] "Schol. Thucydidis lib. vii. cap. 25. τȣ̀ς "χαμαιλίχοντας. Sed quid vox iſta hic ſibi velit, "ignorare me fateor. Quare quærant alii, "quibus plus otii eſt." *Kuſter*. "Quid ſit "χαμαὶ λείχοντας vel χαμαιλίχοντας non magis "intelligo quam Portus et Kuſterus. Nam de "χαμȣλκοῖς hic vix cogitari poſſe arbitror, quod "hi non ſunt piſcatorum." *Dukerus*. Mendum antiquiſſimum. Veſtigia tamen veræ lectionis deprehendiſſe videor. Reponendum ſine dubio: οἱ τȣ̀ς ΧΑΜΑΙ ΙΧΘΥΑΣ ἕλκοντες ἁλιεῖς. *Hanc autem machinam* ἠλακάτην *vocant ii, qui piſces ex imo verrunt.** Horat. Serm. ii. 3. v. 235.

——*Tu piſces hiberno ex æquore verris.*

Ad quem locum conſulendus ὁ πάνυ Bentleius.

ΩΝΗΤΗ. Τιμῆς κτητή. Καὶ τὴν χώραν ἐπιτρέπειν Τραϊανῷ Αὔγαρον, καίπερ ὅτι ὠνητὴν ἐκ Πακόρȣ

---

* Manethon lib. v. ver. 279.

Ἐν δὲ τρίταις χώρεσσιν ἀφ' ὡρόνομοιο τυχήσας
ΑΓΡΕΥΤΗΡΙ ΛΙΝΩΝ ΑΝΕΦΕΛΚΕΤΑΙ ΕΞ ΑΛΟΣ ΙΧΘΥΝ.

ἔχει

ἔχει λαβὼν πολλῶν χρημάτων.] Locus manifesto laborat. Noſtri autem Interpretes, homines cogitabundi, nihil viderunt. Audacter repono ex vi et ductu ſententiæ: καίπερ ΕΓΝΩ-ΚΟΤΙ ΟΤΙ ὠνητὴν ἐκ Παχόρου ἔχει.* Græca ita vertenda ſunt: *Abgarus regionem Trajano roganti permiſit, etſi ſciret Trajanus, eum a Pacoro ingenti pecuniæ ſumma emiſſe.* Hæc mens ſcriptoris eſt. Deſumptus autem eſt hic locus, ni plurimum fallor, ex Dio. Caſſio: quod collegiſſe videor ex Excerptis ejus ab Urſino editis, pag. 406. ubi de iſto Abgari cum Trajano commercio ita loquitur: Ὁ δὲ (Αὔγαρος) ἀπήντησέ τε αὐτῷ (Τραϊανῷ) προσίοντι, καὶ ἀπελογήσατο, συγγνώμης τε ἔτυχεν. Ὁ γὰρ πᾶς λαμπρὸν οἱ ἱκέτευμα ἦν. Quæ verba leguntur etiam apud Suidam ſupra, v. Ἱκέτευμα.

PARS II. Koen ad Greg. p. 92 Eximie Toupius: ſcribebatur: καίπερ εἰδότι ὅτι — cauſa magis liquet, cur εἰδότι excideret. Porſon. IV. 461.

ΩΡΓΩΝ — Οἱ δὲ ὄργων τοῖς πολεμίοις ὁμόσε ἰέναι.] Procopius in Gothicis, lib. iv. p. 328. Πρῶτοι δὲ αὐτοὶ κατὰ μόνας ΩΡΓΩΝ τοῖς πολεμίοις ὁμόσε ἰέναι. *Illi vero ſoli cum hoſtibus congredi*

* Vide Cl. Koen ad Gregorium Corinthi Metropol. de Dialectis p. 92. qui ἀντὶ τοῦ, ἐγνωκότι, anteferre videtur εἰδότι. Sed et vide Ariſtoph. Veſp. ver. 742.

——ΕΓΝΩΚΕ γὰρ ἀρτίως, ΟΤΙ
Λογίζεταί τ' ἐκεῖνα πάνθ' ἁμαρτίας,
Ἃ σοῦ παρακελεύοντος οὐκ ἐπείθετο.

PARS II.

gestiebant. Ad hunc locum referendus est Suidas.

ΩΣ Γ' ΕΜΟΙ ΚΡΙΤΗι. Ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐμοὶ χρῆσθαι κριτῇ. Σοφοκλῆς· Ἔρεβος φαεννότατον, ὡς ἐμοὶ κριτῇ. Παρέλκει τὸ ὡς.] Hæc neutiquam sana sunt. Editio Mediolan. ita exhibet: Σοφοκλῆς· Ἔρεβος φαεννότατον ὡς ἐμοί. Παρέλκει τὸ ὡς ἐμοὶ κριτῇ. Locus utrobique luxatus est, quem ita nullo negotio ex more atque consuetudine nostri Grammatici in integrum restitueris: Σοφοκλῆς· Ἔρεβος φαεννότατον ὡς ἐμοί. Ὡς ἐμοὶ κριτῇ, ἢ παρέλκει τὸ ὡς. Bina interpretamenta hic subjicit Suidas. Quod et fecit Scholiastes ad Sophoclem, quem respexit Noster. Respexit autem ad Sophocl. Aj. ver. 394.

Ἰὼ σκότος, ἐμὸν φάος,
Ἔρεβος ὦ φαεννότατον, ὡς ἐμοί.

Ita scribendus iste locus, cum auctoritate Suidæ et Scholiastæ, tum fide Edit. Aldin. et MSS. Bodl. Nam lectio vulgata futilissima est. Recte autem, ὡς ἐμοί. Ita locutus est Sophocles, Antig. ver. 1279.

Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτὸς, ΩΣ ΕΜΟΙ ποτε.

Huc facit Lexic. Bibl. Coisl. p. 469. ΩΣ ΕΜΟΙ. Σοφοκλῆς ἐν Ἀντιγόνῃ κατελλείψας εἶπεν τοῦ, ἐμοὶ δοκεῖ, ἢ ἐμοὶ κριτῇ, ἤ τινος τοιούτου. Ita legendum. Cæterum hæc locutio occurrit apud Ælian.

Ælian. Var. Hist. ii. 41. Κλειώ, φασι, δεινοτάτη πιεῖν ἦν, καὶ ἐκράτει πάντων, αἴσχιστόν γε τοῦτο φερομένη τὸ νικητήριον, ΩΣ ΓΕ ΕΜΟΙ ΚΡΙΤΗι. Atque huc Suidæ nota referenda est.

PARS II.

ΩΣΑΤΟ ΕΑΥΤΟΝ. Κατέβαλεν ἀπὸ τοῦ ἵππου. Ἀππιανός· Οὐ μὴν ἔφθασε τρῶσαι, συναρπασάντων αὐτὸν ὑπασπιστῶν, ᾗ παρενέβαλεν εἰς κίνδυνον ἑαυτόν.] In hoc articulo multa sunt, quæ minus satisfaciant. Primum, interpretamentum non convenit. Deinde nihil quidquam prodest exemplum allatum. Illa denique ᾗ παρενέβαλεν &c. aliquanto corrupta sunt, et nihil attinent ad Appianum. Quid multa? Vel quovis pignore contenderim, ita hunc locum ab auctore fuisse profectum: Ὤσατο ἑαυτόν. Ἀππιανός· Ὤσατο ἑαυτὸν ΚΑΙ κατέβαλεν ἀπὸ τοῦ ἵππου, οὐ μὴν ἔφθασε τρῶσαι, συναρπασάντων αὐτὸν ὑπασπιστῶν. *In medios se conjecit, et de equo eum deturbavit, interficere autem non potuit, quod satellites eum statim exciperent.* Ita recte se habet pulcherrima ῥῆσις, parente suo neutiquam indigna. Quæ sequuntur ita scribenda sunt: Ἢ παρενέβαλεν εἰς κίνδυνον ἑαυτόν. Sunt autem non nisi explanatio τοῦ, Ὤσατο ἑαυτὸν, a Suida pro more adjecta.

ΩΤΕΙΛΗ. Τραῦμα.] Vox Homerica. Bœotorum esse propriam scribit Etymologus: Ὠτειλὴ. Παρὰ τὴν οὐτήσω μέλλοντα, οὐτηλὴ καὶ ὠτειλή.

Βοιωτι-

PARS II. Βοιωτικῶς. Veſtigia tamen ejus reperiſſe videor apud Euripid. Suppl. ver. 945.

Πικραὶ γὰρ ὄψεις χ' ἅμα τῷ τέλει νεκρῶν.

Locus, ſi quis alius, deploratus; in quo tum emendando tum explicando fruſtra ſe exercuerunt viri eruditiſſimi. Audacter repono:

Πικρὰ γὰρ ὄψις ΑΙΜΑ ΚΩΤΕΙΛΑΙ νεκρῶν.

Sanguis et vulnera mortuorum viſu ſunt acerba.

Quod elegans, et antiqui coloris eſt. Homer. Il. P. 86.

—Ἔρρει δ' ΑΙΜΑ κατ' ἀταμενὴν ΩΤΕΙΛΗΝ.*

Ad Euripidem reſpexit Heſychius: Ὠτειλαί, τραύματα. Cæterum, dum hoc agimus, libet unum atque alterum locum ejuſdem fabulæ, qui hodie in luto jacent, in tranſcurſu ſublevare. Nam profecto medici primarii hic parum viderunt. Ver. 1150. ita legitur:

---

* Orpheus in lib. de Lapid. περὶ τῦ Ἀχάτυ. ver. 12.

Δή τοτε ἀμβροσίοιο κατειβόμεναι φορέοντο
ΑΙΜΑΤΟΣ ΩΤΕΙΛΗΘΕΝ ἐπὶ τραφερὴν ῥαθάμιγγες.

Iſte verſus Homericus, qui ſupra ſcribitur, in MSS. et apud Heſychium ad v. Αἷμα ita ſe habet:

——αἷμα κατ' ΟΥΤΑΜΕΝΗΣ ΩΤΕΙΛΗΣ.

Recte. Sic Epigr. Antholog. p. 527.

——καδδὲ ΠΑΡΕΙΗΣ
Δάκρυα μὲν γαλάεις——

Στάσω.

Στάσω. Πȣ̃ με δέξεται γάνος.

PARS II.

Hæc mala et mutila ſunt. Nomen quidem Ἀσωπȣ̃ hic feliciter detexit vir doctiſſimus. Sed aliud quid reſtat, quod omnes fefellit. Repono, ne litera mutata:

ΣΤ. ΑΣΩΠΟΥ με δέξεται γάνος.

Illud ΣΤ eſt nota ſilentii, quæ a Græcis ad Romanos devenit. Terent. Phorm. v. 1.

ST. Quid has metuis fores?

Vide Scaligeri Conject. in Varr. p. 24.* Senſus autem Tragici eſt: *Deſine mollium tandem querelarum. Mox ad Aſopum miles contendam.* Atque hoc primum. Deinde illud vide ver. 220.

Ὅστις κόρας μὲν, θεσφάτοις Φοίβȣ ζυγεὶς,
Ξένοισιν ὧδ' ἔδωκας, ὡς ζώντων θεῶν.

Verba poſtrema ridicula ſunt: et tamen non deſunt qui defendant. Alii λώντων, alii δόντων θεῶν. Utrumque pravum, et non hujus loci. De Phœbo enim ſolummodo hic ſermo eſt. Reſcribo certiſſima, opinor, emendatione:

Ξένοισιν ὧδ' ἔδωκας, ΩΣ ΣΥΝ ΤΩι ΘΕΩι.

Sophocl. Aj. ver. 382.

ΣΥΝ ΤΩι ΘΕΩι πᾶς ϗ γελᾷ κῳδύρεται.

---

* Confer Cl. Burmannum in Antholog. Vet. Lat. lib. iii. p. 630.

Idem

PARS II.

Idem Oedip. Tyr. ver. 146.

ΣΥΝ ΤΩι ΘΕΩι φανέμεθ', ἢ πεπλωκότες.

ΩΦΕΛΕΙΑΣ. Χρείας.—Ἐν δὲ τῷ Ἐπιγράμματι διὰ τοῦ ι. Ὧδε νέμοις ἥρος ὠφελίην.] Scribendum,

——Ὦι δὲ νέμοις ἥρος ὠφελίην.

Ita enim legitur in Epigram. Anthol. lib. vi. p. 567. ex quo hoc fragmentum decerpſit Suidas.

ΩΦΕΛΙΩΝ. Κωμικός. Μέμνηται αὐτοῦ καὶ Ἀθηναῖος ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν. Φησὶ δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ εἶναι ταῦτα· Δευκαλίωνα, Κάλλαισχρον, Κένταυρον, Σατύρους, Μύσας, Μονοτρόπους.] Quam vere et fideliter hæc in commentarios ſuos retulerit Suidas, docti viderint. Addo tamen ſeptimam Ophelionis fabulam, ΙΑΛΕΜΟΝ, cujus meminit Athenæus, lib. iii. p. 106. Καὶ Ὠφελίων ἐν Ἰαλέμῳ·

Ὠρχοῦντο δ', ὡς παρῳδὲς ἀνθράκων ἔπι
Πηδῶσι κυρταί ——————

Recte autem Suidas, ΚΑΛΛΑΙΣΧΡΟΝ. *Callæſchrus* eſt nomen viri. Fabulam iſtam laudat Athenæus, lib. iii. p. 106. Deinde lego, Σατύρους, Μύσας, ΜΟΝΟΤΡΟΠΟΝ. *The Hermit.**

* Plutarch. in Pelopida p. 201. Edit. Bryan. Ἐπαμεινώνδας μὲν ἦν συνήθη καὶ πατρῴαν οὖσαν αὐτῷ τὴν πενίαν, ἔτι μᾶλλον εὔζωνον καὶ

Quo titulo fabulam ſcripſit Phrynichus, Comicus. Suidas: Φρύνιχος, Ἀθηναῖος, κωμικός. Δράμα]α δὲ αὐτῆ ἐϛι ταῦτα· ΜΟΝΟΤΡΟΠΟΣ, Μῦσαι, Σάτυροι. Cæterum exſtat Ophelionis hujus fragmentum apud Athenæum, lib. ii. p. 66. quod, quia non incommodum eſt, hic emendatum adſcribam: PARS II.

Λιβυκὸν πέπερι καὶ θυμίαμα, βιβλίον
Πλάτωνος ἐμβρόντητον ——

Ita ſcribendus eſt iſte locus. Vulgo, invitis Muſis, legitur θυμίαμα καὶ βιβλίον. Huc referendus Horatius, Epiſt. ii. 1. v. 269.

Deferar in vicum vendentem TUS *et* ODORES,
Et PIPER, *et quicquid* CHARTIS *amicitur* INEPTIS.

ΩΦΘΑΛΜΙΣΜΕΝΟΥΣ ἄνθραξι καὶ ἠλέκτροις εἶχον τὰς ᾠδὰς αἱ κλίναι τῶν ἀρχαίων.] "Ex Schol. "ad Ariſtoph. Equit. ver. 529. ſed ubi pro "ὠφθαλμισμένας rectius legitur ἠσφαλισμένας." *Kuſter.* Locus elegantiſſimus. Notandum autem verbum ὀφθαλμίζειν, quod rariſſimum eſt. Latinis *oculare*, ſive, *inoculare*. Apuleius,

---

καὶ κῦφον ἐποίησεν φιλοσοφῶν, καὶ ΜΟΝΟΤΡΟΠΟΝ ΒΙΟΝ ἀπ' ἀρχῆς ἑλόμενος· Πελοπίδα δὲ ἦν μὲν γάμος λαμπρὸς, ἐγίνοντο δὲ καὶ παῖδες, ἀλλ' ὀδὲν ἧττον ἀμελῶν τῆ χρηματίζεσθαι, καὶ σχολάζων τῆ πόλει τὸν ἅπαντα χρόνον, ἠλάτλωσι τὴν ὐσίαν. *Single life.* Quare vox MONOTPOΠOΣ hic forſan reddenda: *The Bachelor.*

Metam.

PARS II. Metam. vi. *Bullis te multis aureis* inoculatum, *veluti ſtellis ſidereis relucentem, quotidie ſaginabo.* Confer Caſaubon. ad Ariſtophanis Equites.* Nam Kuſterus hic egregie hallucinatus eſt, et nubem pro Junone amplexus eſt.

ΩΧΡΟΣ. Ὠχρίασις. Ἐν Ἐπιγράμματι· Ὡς εἶδον Μελίτην, ὦχρος μ' ἔλεν.] Hoc fragmentum eſt pars Epigrammatis quod legitur in Anthol. lib. vii. pag. 605. Eſt autem Carmen prætextatum, de quo adeundus vir doctiſſimus in Miſcell. Lipſ. vol. ix. pag. 478. Ipſum Epigramma, quod Agathiæ eſt, ne quid deſideres, hic adſcribam:

Ὡς εἶδον Μελίτην ὦχρος μ' ἔλε· χὠ γὰρ ἀκοίτη
Κείνη ἐφωμάρτει· τοῖα δ' ἔλεξα τρέμων.
Τὸ σὸ ἀνακρᾶσαι δύναμαι πυλεῶνος ὀχῆας,
Δικλίδος ἡμετέρης τὸν βάλανον χαλάσας.
Καὶ διοτῶν προθύρων πλαδαρὴν κρηπῖδα περῆσαι
Ἄκρον ἐπιβλῆτος μεσσόθι πηξάμενος.
Ἡ δὲ λέγει γελάσασα, χὠ ἀνέρι λοξὸν ἰδοῦσα·†
Τῶν προθύρων ἀπέχε, μὴ κεφαλὴν ὀλέσεις.

* Confer et Suidam ad v. Ἠλεκτρα.

† Suidas ad v. Λοξίας—Λοξοῖς ἰδὼν ὄμμασιν ὁ φθόνος. Callimachus in Epigr. xxii.

—— Μῶσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
Ἄχρι βίου πολιὸς ἐκ ἀπέθεντο φίλους.

Ubi doctiſſimus Bentleius pro ἄχρι βίου legit ex Schol. ad Heſiod. ΟΥ ΛΟΞΩ.

Mentem

Mentem poetæ facile hic per ſe videt lector naſutus. Sed poſtremi diſtichi uterque verſus corruptus eſt. Quin et Cod. MS. μὴ σκεϋὴν ὀλέσεις. Reſcribo: PARS II.

Ἡ δὲ λέγει γελάσασα, κἀ ΑΝΕΡΑ λοξὸν ἰδοῦσα·
Τῶν θυρῶν ἀπέχου, μὴ ΣΚΕΥΗΝ ΟΛΕΣΗΙΣ.

Reſpondebat illa ridens, et maritum ex obliquo intuens,
Noli valvas meas tangere, ne inſtrumenta tua amittas.

Quod proculdubio verum eſt.* Τὸ σκεῦος eſt *ea pars viri, qua viri ſumus.*† Hinc σκευὴ de apparatu illo dicitur, qui proprie virorum eſt: in quo elegans poetæ ἀμφιβολία.‡ Eandem rem aliis verbis expreſſit Horatius Serm. i. 2.

Diſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo;
Ne nummi pereant aut puga ———

Et ante eum lepidiſſimus ille gerro, Epicharmus Siculus, in elegantiſſimo trimetro, cujus mentem minime perſpexerunt viri eruditi:

---

* Vide Cl. Brunck in Analect. vol. iii. p. 254.

† Sic etiam vox uſurpatur apud Antholog. lib. iv. p. 478.

‡ Heſychius ad v. Λόμβαι. Αἱ τῇ Ἀρτέμιδι θυσιῶν ἄρχουσαι, ἀπὸ τῆς κατὰ ΠΑΙΔΟΠΟΙΙΑΝ ΣΚΕΥΗΣ. Ita legendum. Vulgo male, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν παιδείαν σκευῆς. Schol. ad Sophoclis Ajacem v. 492 — τὴν εὔνοιαν δηλῶν τῶν ὕστως συνόντων ΕΠΙ ΜΟΝΗ ΠΑΙΔΟΠΟΙΑ.

Μὴ

PARS II.

Μή μοι ΤΑ ΜΑΛΑΚΑ μώεο, μὴ ΤΑ ΣΚΛΗΡ' ἔχῃς.

Ita legitur iſte verſiculus ex emendatione Leunclavii. Notandum autem illud, Μώεο. Nam Siculi, opinor, Μωεῦ. Sed de hoc viderint eruditi. Feſtivus autem eſt Cl. Erneſtus ad Xenoph. Memor. ii. 1. *Sive autem μώμεο legas*, inquit, *ſive μώεο, διασυλλαβῶς pronuntiandum eſt.* Atqui, mi bone, ſi διασυλλαβῶς extuleris, trimetrum diſperdideris. Sed ab hac parte ſatis ſuperque ſecurus fuit vir doctiſſimus.* Eſt autem verbum Μῶω ex antiquioribus. Helladius apud Photium, p. 1581. Τὸ γὰρ ζητεῖν Δωριεῖς λέγουσι ΜΩ. Καὶ ΜΩΤΑΙ τὸ τρίτον πρόσωπον παρὰ Ἐπιχάρμῳ· καὶ ΜΩΝΤΑΙ παρ' Εὐφορίωνι· καὶ ΜΩΜΕΝΑΙ ἡ μετοχὴ παρὰ Σοφοκλεῖ. Etymol. Mag. v. Μῶσα. ΜΩ γὰρ καὶ ΜΩΜΑΙ τὸ ζητῶ. Ἐπίχαρμος ὁ κωμικός·

Πύῤῥαν γε ΜΩ καὶ Δευκαλίωνα ——

Heſychius: Μωσοῖ, ζητεῖ. Μῶται, ζητεῖ. Repone, ΜΩΣΘΑΙ, ζητεῖν. Μῶται, ζητεῖ. Error ortus ex affinitate literarum Θ et Ο. Suidas, ΜΩΣΘΑΙ. Ἀντὶ τοῦ, ζητεῖν, παρὰ Λάκωσι. Verbi ſedes eſt apud Theognidem, ver. 767.

---

* Vide Cl. Valcken. ad Herodotum p. 157. qui iſtum verſiculum Epicharmi trochaicum eſſe dicit. Fallitur autem vir eruditiſſimus. Neque enim trochaicus vel ſpondæum vel dactylum in quinto loco admittit. Sed μώεο pro μόιω tribrachys.

Χρὴ

Χρὴ Μισῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, ἤ τι πέριττον PARS II.
Εἰδέη σοφίης, μὴ φθονερὸν τελέθειν·
Ἀλλὰ τὰ μὲν ΜΩΣΘΑΙ, τὰ δὲ δεικνῦν', ἄλλα δὲ ποιεῖν.
Τί σφιν χρήσηται μῦνος ἐπισάμενος;

Ita recte, opinor, legitur. Putabam aliquando hunc locum ita esse interpungendum:

—— σοφίης μὴ φθονερὸν τελέθειν.

Sed vulgatam lectionem retinent libri universi. Τὶ πέριττον σοφίης, est *flos sapientiæ*: quod eximium atque exquisitum est, et proinde scitu dignum.* Atque hinc obiter redintegrandus, ut clavus clavum trudit, Philiscus in luculentissimo Epigrammate apud Plutarchum in vita Lysiæ, qui ad hunc Theognidis locum respexisse videtur. Carmen integrum, quod doctissimorum virorum acumen, nescio quomodo, effugit, hic emendatum adscribam. Erat autem Philiscus ille, ut videtur, Pythagoreus.

Καλλιόπης θύγατερ, πολυήγορε, φροντίδι δείξεις
Εἴ τι φρονεῖς, ΣΟΦΙΗΣ καί τι πέριττον ἔχεις.
Τῷ γὰρ ἐς ἄλλο χῆμα μεθαρμοσθέντι, χ' ἄλλοις
Ἐν κόσμοισι βίᾳ σῶμα λάβοντ' ἕτερον,
Δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινα Λυσίᾳ ὕμνον,
Δόντα καταφθιμένῳ χ' ΤΑΦΟΝ ἀθάνατον.

* Porphyrius de Abstin. p. 155. ΕΚ ΠΕΡΙΤΤΗΣ ΣΟΦΙΑΣ. Synesius de Providen. sub init. ΠΕΡΙΤΤΟΙ ΣΟΦΙΑΝ Αἰγύπτιοι.

Ὃς

PARS II.

Ὃς τό τ' ἐμῆς ψυχῆς δεῖξαι φιλέταιρον ἅπασι,
Καὶ τὴν τῶ φθιμένω πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν.

Ita ſcribendum iſtud Epigramma.* Hymnum ἐπιτάφιον in Lyſiam eleganter vocat Philiſcus τάφον ἀθάνατον. *Monimentum ære perennius.* Vulgo nullo ſenſu legitur, καὶ σοφῷ ἀθάνατον. Sed noſtra emendatio veriſſima eſt.†

---

* Notandum iſtud, ἄλλοις ἐν κόσμοισι βίω. Sic Libanius in Epiſt. 790. Προσδείην δ' ἂν τούτοις καὶ τῶν ἐν ταῖς ναυσὶ φερομένων, τύς τε ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΕΙΔΕΣΙ ΤΩΝ ΒΙΩΝ ζώνλας. In ſequenti hexametro forte legendum eſt, Διῖ Μ'—Sed recte ΚΗΡΥΚΑ δόλα, vel ΥΜΝΟΝ δόλα· quanquam ἀντὶ τῦ, δόλα, rectius forſan legeres, ΟΝΤΑ. Pulcherrime Epigrammatiſta, ΚΗΡΥΚΑ ΑΡΕΤΗΣ. Vide doctiſſimum Caperum in Apotheoſi Homer. p. 94. et confer Hagenbuch. in Epiſt. Epigraph. p. 152. Ita Antipater in Epigram. in Homerum apud Anthol. lib. iii. p. 388. quod hic apponere libet.

Ἡρώων ΚΑΡΥΚ' ΑΡΕΤΑΣ, μακάρων τε προφήτην,
Ἑλλάνων βιοτᾷ δεύτερον ἀέλιον,
Μουσέων φέγγος Ὅμηρον ἀκηράσιον, τόμα κόσμυ
Παντὸς, ἁλιῤῥοθία, ξεῖνε, κέκευθε κόνις.

Ita ſcribendum poſtremum diſtichon. Vide nos ſupra ad v. Ἀκήρατον. Pro ἀκηράσιον vulgo inepte legitur ἀκήρατον, et in Cod. Vat. ἀγήραλον· hinc Cl. Brunck ἀγήραλον excogitavit: quæ forſan vera lectio.

† Nicephorus vol. ii. p. 811. ΣΤΗΛΗΝ ΑΘΑΝΑΤΟΝ. Sophocles in Aj. ver. 1186.

Ἔσαι μεγάλης ἔριδός τις ἀγών·
ἀλλ', ὡς δύνασαι, Τεῦκρε, ταχύνας
σπεῦσον κοίλην κάπετόν τιν' ἰδεῖν
τῷδ', ἔνθα βροτοῖς ΤΟΝ ΑΕΙΜΝΗΣΤΟΝ
ΤΑΦΟΝ εὐρόντα καθέξει.

Atque

Atque hæc habui dicenda ad ſecundum volumen Suidæ. Non poſſum autem, quia haud incommodum eſt, quin tecum agam, lector erudite, de loco inſigni, ſed corrupto, Ariſtophanis, quem ſupra laudavit noſter Lexicographus, v. Οὐκ ἔϛι, atque ita laudavit, ut veram lectionem quodammodo ſubminiſtraverit. Eſt autem in Pluto, ver. 886. PARS II.

A. Οὐδὲν ϖροτιμῶ σε· Φορῶ γὰρ ϖριάμενος
Τὸν δακτύλιον τονδὶ ϖαρ' Εὐδάμε δραχμῆς.
B. Ἀλλ' ἀκ ἔνεϛι συκοφάντε δήγματος.

Verſus poſterior futilis eſt, et ſenſu caret. Verbum enim ἔνεϛι ſententiæ obſtaculo eſt. Deinde nec vim τῦ, δακτύλιος, ſatis perceperunt viri eruditiſſimi. Quo factum, ut ſenarium innocentem, qua emendando, qua explicando, torſerint egregie. Res autem, ſi quid video, in vado eſt. Nimirum Græci dicebant δακτύλιον ἔρωτος, δακτύλιον βασκανίας, δακτύλιον δήγματος ὄφεως· ut φάρμακον ἔρωϛος, φάρμακον βασκανίας, φάρμακον δήγμαϛος ὄφεως. Sic nos Angli: *A love-powder. An ague-ſtone. A* CRAMP-RING. Et ſimilia ſexcenta. Quod et alteri Scholiaſtæ ſuboluiſſe videtur. Hinc δακτύλιον φαρμακίτην recte exponunt veteres Grammatici. Heſychius: Δακτύλιος φαρμακίτης, ὃν οἱ φαρμακοπῶλαι εἰώθασι ϖιπράσκειν ἀντὶ φαρμάκε. Quare nec de ſenſu, nec de manu Comici ulterius dubitandum eſt. Reſcribendum omnino:

PARS II.

Ἀλλ' ΟΥΚ ΑΝ ΕΣΤΙ συκοφάντᾳ δήγματος.

Dicit A. *Se* δακτύλιον, ſive *amuletum ſibi comparaſſe.* Reſpondet B. *Non eſſe* δακτυλιον δήγματος συκοφάντᾳ. Vel, *Nullo modo fieri poſſe, ut* δακτύλιος *proſit adverſus morſum ſycophantæ.* Hæc mens ſcriptoris eſt. Vocula autem ἂν, cum verbo modi indicativi apponatur, vim δυνητικὴν habet, et plurimas elegantias parit. Quod Criticis, tum antiquis, tum recentioribus, minus perſpectum, loco pulcherrimo fraudi atque exitio fuit. Eadem labes infeſtat Ariſtoph. Nub. ver. 1472,

Α. Ἰδοῦ γε, Δία πατρῷον. Ὡς ἀρχαῖος εἶ!
Ζεὺς γάρ τις ἐστίν; Β. Ἔστιν. Α. Οὐκ ἔνες', ἐπεὶ
Δῖνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακώς.

Ita hodie legitur, tum ſenſu, tum gratia procul. Ego vero nullus dubito, quin reponendum ſit:

Ζεὺς γάρ τις ΕΣΤΙΝ; Β. ΕΣΤΙΝ. Α. ΟΥΚ ΑΝ ΕΣΤ'——

Eſtne aliquis Jupiter? B. *Eſt.* A. *Non poteſt fieri ut ſit.*

Vides venuſtam repetitionem verbi ἐστί. Quo pacto ſermo rotundior exit, et κωμικώτερος. *He is. He cannot be.* Non potuit ſignificantius

tius noſter Comicus.* Haud aliter locutus eſt Euripides in Danae: PARS II.

Τόν θ' ὃν καλοῦσιν αἰθέρ' ὅς τ' ΑΝ ΕΣΤΙ δή.

Et quem vocamus, quiſquis tandem ſit, *æthera.*

Atque hæc locutio notanda, quia rariſſima eſt, et haud vulgaris elegantiæ.

---

* Eodem mendo dehoneſtatus eſt Sophocl. Oedip. Tyr. ver. 586.

Ἀρησίς ἐκ ἔνεστιν ὧν ἀνισορεῖς.

Legendum ſine dubio:

Ἀρησὶς ΟΥΚ ΑΝ ΕΣΤΙΝ ——

Negari non poteſt. Ita Demoſthenes Περὶ Παραπρεσ. p. 170. Edit. Taylor. Ὅτι τοίνυν ΟΥΔ' ΑΡΝΗΣΙΣ ΕΣΤΙΝ αὐτοῖς. Æſchines contra Cteſiphont. p. 439. Τί γαρ ΑΝ ΕΣΤΙΝ ἀνοσιώτερον ἀνδρος παράνομα λέγοντος καὶ πράττοντος; Ita MS. Mead. atque ita legendum.

TANTUM.

ERRATA.

Pag. 166. *pro* intelligeudus, *lege* intelligendus.
266. *pro* carceribns, *lege* carceribus.
263. *pro* occulorum, *lege* oculorum.

MVSEVM
BRITAN
NICVM